Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 L
34

13-7.6.23

AN ET QVANDO
Liberi in conditione poſiti vocentur,
TRACTATVS,
AD POTENTISSIMVM AC INVICTISS.
DON PHILIPPVM .II.
AVSTRIACVM,
Hiſpaniarum, Neapolis, aliorumque Regnorum, Catholicum Regem,
Omnium Regum Maximum, Dominum ſuum,

IOSEPHO DE RVSTICIS
PATRICIO AQVILANO,
AC I. C. CELEBERRIMO,
IN ENODANDIS LEGIBVS ACVTISSIMO
AVCTORE.

Omnibus quidem Doctoribus Ius publicè profitentibus, ex eo reſpondentibus, cauſarum patronis, Iudicibusque vtiliſſimus, & valde neceſſarius.

Nunc ſecunda ac poſtrema editione ab ipſo Auctore correctus, auctus, & emendatus, cum inſertione trium eius Reſponſorum eandem materiam concernentibus.

Cum Indice etiam tum capitum & locorum Iuris, tum rerum & ſententiarum locupletiſſimo.

CVM PRIVILEGIIS.



BIBLIOTECA NAZ. ... EMANUELE

Venetijs, Ex Officina Damiani Zenari, 1598.

DON PHILIPPO .II.
AVSTRIACO,
HISPANIARVM; NEAPOLIS, SICILIAE, ALIORVMQ. REGNORVM, ATLANTICI MARIS, AC NOVI ORBIS, REGI CATHOLICO, MAXIMO, INVICTISS. POTENTISSIMOQVE DOMINO SVO,

Ioſephus de Ruſticis, V. I. C. Fęlicitatem.

OMNIVM veterum, recentiumq́ue in nuncupandis libris inſtitutio, cùm in triplici cauſarum genere potiſſimùm verſetur: aut enim ſummis viris illos ob virtutis, ac nobilitatis meritum inſcribunt, vt eorum gratiam, fauoremq́ue ſibi comparent: aut conſulentium more, vt iudicium Doctorum ſubeant: quod ex Iuriſconſultis Sext. Pomponium, qui ad Q. Mutium, itemq́ue ad Sabinum, Iulium Paulum qui ad Neratium, Iulianum qui ad Ferocem ſcripſerunt, feciſſe compertum eſt: aut vt accepti beneficij gratias habere videantur, illudq́ue aliqua grati animi ſiguificatione compenſare; cœpiſſemq́; proinde mente reuoluere, in cuius fide tractationem hanc, Liberorum in conditione poſitorum vocationem, abſoluentem deponerem, ſtatim ingenti deſiderio incenſus flagrare cępi, vt ſub glorioſiſſimi nominis tui Maieſtate, PHILIPPE AVSTRIACE REX INVICTISSIME, lucubtationes haſce in lucem mitterem, totiq́; orbi meum erga te perpetuum cultum, omneq́; ſtudium hoc argumento aperirem: Nam ſi virtutis meritum, nobilitatiſq́; faſtigium cauſa erit, in te vno PHILIPPO REGE omnium virtutum culmen reſidet, ac nobilitatis fulgor prælucet: cùm

tuæ ſtirpis Sereniſſima gentilitate, per tot Archiduces, Reges, & Auſtria-
cos Imperatores in te transfuſa conſulto prætermiſſa, quæ Romanorum
Auguſtorum limites tranſcendit, CAROLI V. IMP. patris tui ingens fama,
vltra anni, Solisq́ue vias gentium miro applauſu euecta, eiusq́ue admira-
bilia facta nunquam peritura, Regiam tuam Coronam, velut ſol Zodia-
ci ſigna, incomparabili claritate perluſtrant, cuius certè veram imaginem
refers, tot victorijs, tot triumphis onuſtus, tot etiam imperatorijs titulis,
heroicisq́ue dotibus exornatus: cùm vltra Alexandri, & Herculis colum-
nas, extremasq́ue Orientis partes, vltra Atlanticum, aliaq́; maria, tui im-
perij fines propagaueris: vt ſi regna, prouincias, ciuitates, oras, litoraq́; in
quibus ſtabili iure dominaris, recenſere pergerem, longo ambitu oratio-
nis opus eſſet. Itaque ſi ab aliquo ſupremo Heroe gratiam inire cupiam,
nullius quærenda eſt, vbi tanta tua Maieſtas artiſerit, tuaq́; pietas illuxerit;
Si eruditiſſimorum exploranda ſententia foret, poſthabitis ego iurium
Interpretibus, tibi, à quo omnis penè iuriſdictio in terra, mariq́; pendet,
opus hoc inſcribam, vti optimo Legum conditori, æquiſſimo, prouiden
tiſſimoq́; moderatori. ſub tua namque ditione, Erigone ab aſtris reuoca-
ta, bonisq́ue artibus vbique reſtitutis rectè viuitur, & quod memoria di-
gnum, æternisq́; monumentis exiſtit, acerrimus Fidei, Chriſtianiq́; no-
minis defenſor conſpiceris, nullisq́ue laboribus, nullis vigilijs, nullis ma-
ximis impenſis parcis, ad proſternendos, extirpandosq́; hoſtes ſanctæ Ro
manæ Eccleſiæ, ex quo PHILIPPVM AVSTRIACVM REGEM CATHOLICVM
omnes populi, ac nationes colunt, & ſuſpiciunt; Si demùm beneficio-
rum acceptorum gratia quempiam ad ſcribendum impulit, iuſtiſſimum
fore cenſui, tibi meo Regi, ac Domino, cui ſanguinis iure veram præſtiti
fidelitatem, quam ſemper conſtantem ſeruabo, vt ARAGONEIS REGIBVS,
ac CAROLO V. CAESARI IMP. ipſorum legitimo in hoc Neapolitano Re-
gno ſucceſſori, maiores mei Ruſticæ familiæ intrepidè præſtitere, cui
etiam vitam, liberos, & reliqua omnia, quibus tuo immenſo beneficio
fruor, profectò debeo, ac debere glorior, Librum hunc dicare. Supplex
ergò SACRAM CATHOLICAM MAIESTATEM tuam oro, obſecro, atque ob-
teſtor, vt pro tua excelſa clementia munus leue hoc ſerena fronte excipere,
tuoq́; maximo imperio defendere non dedigneris, hincq́ue magis intel-
ligere tuo me nomini propenſiſſimè addictum eſſe, integramq́ue meam
deuotionem tibi conſecraſſe: quod ſi aſſequar, ac in tuam me tutelam re-
cepiſſe benignè annueris, ſummam fœlicitatem me nactum arbitrabor;
Sed cùm tot & tanta pro ſubditorum tranquillitate, proq́ue Fidei defen-
ſione negotia ſuſtineas, totumq́ue ferè orbem armis tueris, moribus or-
nes, legibusq́ue emendes, ne in publica commoda peccem, pluribus tua
tempora, REX AVGVSTISSIME, non morabor: ſis ſemper glorioſiſ-
ſimus. Aquilæ.

ILLVSTRISSIMO, AC EXCELLENTISS. DOMINO, DON IOANNI DE ZVNICA, COMITI MIRANDAE, MARCHIONI LABAGNESAE, NEAPOLITANIQVE REGNI GENERALI PROREGI,

Ioſephus de Ruſticis I. C. Aquilanus, S. D.

PVBESCENTIS Herculis anceps propoſitum, licet aliqui apud Xenophontem admirentur, quòd is in ſolitudinem exiens, ibiq́ue diu conſiſtens, plurimùm dubitauerit, cùm duas cerneret vias, vnam voluptatis, alteram virtutis, vtram ingredi melius eſſet. Quod Herculi ſatu Iouis edito potuerit fortaſſe contingere: nobis non item, qui imitamur quos cuique viſum eſt, & ad eorum ſtudia impellimur, hancq́ue deliberationem experimur omnium difficillimam. Horum tamen ego admirationem inanem, ab ómniq́ue ratione penitus alienam ſemper ſum arbitratus. Nam qui velut hæreditario iure parentum virtute, & rerum geſtarum gloria clarent, dum mente gerunt ab illis degenerare nefas eſſe, eo diſcrimine paſſim vtuntur, maiorumq́ue præceptis imbuti ad eorum morem deducuntur. Cumq́ue hoc animi motu ad iuris ciuilis ſcientiam tanquàm ad veram philoſophiam non ductus ſolùm, ſed impulſus Subſtitutionibus inſudarem, nodoſam illam controuerſiam, *An & quando liberi in conditione poſiti vocentur,* in breuem tractationem, quibuſdam ſuceiſiuis horis redegi. Paucis enim, quod Antiſtio Labeoni felicioribus annis nato datum eſt, qui annum ita diuiſerat, vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, & ſex menſibus ſecederet, conſcribendiſq́ue libris operam daret: hinc quadraginta volumina, ex quibus plurima inter manus verſari Sextus Pomponius teſtatur, vrbi reliquit, quod priſcos etiam Sapientum cognomen adeptos Pittacum, atque Biantem, & eos, qui Thaletis Mileſij tempore, quivè deinceps vſque ad Anaxagoram ſapientiæ ſtudio floruerunt, aſſequutos fuiſſe Socrates apud Platonem meminit, eatenus prauitas horum temporum excreuit, vt animi inſignes affectus non ſolùm labore, horarumq́ue anguſtia tepeſcant, ſed varijs ærumnis ferè extinguantur, & quis dubitat iuris interpretationes non ſecus, ac poematum flores ſereno animo proſilire. Cæterùm tractationem ipſam cum diutius premere, tenuiq́ue pumice (vt aiunt) extergere nequirem, vt in apertum referrem, nonnullorum ſtimulis debella-

tus, quorum votis acriter obſiſtens, ac tandem cedens, cum imprimendam propoſuiſſem, & alicui ex celebri conſuetudine nuncupandam, PHILIPPO AVSTRIACO Auguſtiſſimo Hiſpaniarum Regi, ad quem omnium ſtudiorum gloria,& celebritas pertinet,ſacrandam, deuouendamque iure exiſtimaui: Teque DON IOANNEM ZVNICAM Illuſtriſſimi,ac ornatiſſimi nominis,patronum delegi,vt meos hoſce labores commendare DiuoRegi dignareris. Tuis itaque inclytis virtutibus allectus fiduciam hanc concepi, vt huiuſmodi perſonam benignè ſuſtineres, cum nemo ſit qui facilius id patrocinium ſuſcipere, ſuſceptoque rectius perſungi poſſit, non vno virtutis ſpecimine Regi charus, & admirabilis omnibus. Temperantia enim velut præcipuo vitæ candore animi perturbationes concilias, & temperas: magnanimitate res omnes externas deſpicis, ac forti animo,quæ eximia pleriſque, & præclara videntur, parua ducis, ſtabiliq; ratione contemnis,cum tibi tantum propoſueris, quod egregium,decorumq; ſit, aut ſuſcipere, aut expetere oportere: eademque virtute res geris magnas, & illas quidem maximè vtiles, ſed vehementer arduas, plenasq; laborum, periculorũque,tum vitæ, tum aliarum rerum, quæ ad vitam pertinent,vt nulli neque homini, neque perturbationi, nec fortunæ ſuccumbas. Prudentiæ ac veri cognitione cuncta perſpicis, eiusq; lumine pro cognitis incognita non ſequeris. Iuſtitia conſtanti tua voluntate ſuffulta,clariſſimus nunc in Neapolitani Regni adminiſtratione eluces pro Rege. Vnicuique enim ius ſuum æqua lance tribuis, controuerſias componis, pacem & perennem tranquillitatem ſubiectis paris, ac ſeruas; malos ſupplicijs deterres,& deprimis; bonos præmijs effers,atque ornas,quibus rebus appares Δίκης δικαιότερον. Non tam igitur debemus REGI CATHOLICO, & propter dominij amplitudinem glorioſiſſimo,cùm nec Romanus populus, nec Regum quiſpiam ab orbe condito per tot regiones ditionem glorioſè protulerit, ſicut is, qui innumerabiles gentes populosque ſyncere Chriſtianæ religioni addictos, imperij maieſtate pijſſimè regit, ac moderatur, quòd nos iuxtà protegat,ac cœteros ſibi obtemperantes populos: quàm multo magis hinc obſtrictos nos profiteamur neceſſe eſt, quòd te Principem nobis præfecerit æquiſſimum, qui ipſis adminiſtrationis principijs in eam expectationem proborum animos erexiſti, vt fœdiſſima vitia, ambitionem, auaritiam, crudelitatem penitus extirpanda, & propulſanda breui fore præuideant. Religionis denique affectu templa, & hoſpitales domos inſtauras, pauperes ſubleuas,ardẽtem charitatem vigili animo oſtendis, nihilque relinquis ad Chriſtianæ fidei cultum neceſſarium, cùm nihil tibi fuerit vera religione, virtuteque antiquius, aut dulcius: quod maius nobilitatis teſtimonium, qua adeò emicas, quàm viuida virtus? Redolent hic maiorum tuorum, & gentilium præclariſſima geſta, pacis, belliq; artibus, quorum memoria non ex ſermone hominum, ſed ex annalium vetuſtate eruenda eſt. His autem videre temporibus licuit D. Don Aloyſium Zunicam Commendatarij Maioris militiæ Sancti Iacobi in Caſtella titulis illuſtratum, apud Pont. Max. pro Catholico Rege Legatum; is etiam inuictiſſimi DON IOANNIS AVSTRIACI Turcarum domitoris, vicem in victrice claſſe obtinuit, & Mediolanenſibus primùm, tum Belgis, quos Flandrios dicimus, præfuit: in quibus regendis vitæ munere clariſſimè functus eſt. In ſublimi inſuper honoris dignitate, ac celſitudine dudum emicuit Don Ioannes Zunica, huius germanus frater,qui maioris equeſtris ornamenti, qua parens, & frater fuerat commendatione inſignitus,apud Chriſti Vicarium magna fide legationem cùm obierit, & Regnum hoc Neapolitanum feliciter adminiſtrauerit,optimo Regi à conſilio fuit pro incolumi ſtatu gentium quæ ei obediunt,& quod primas ſibi vendicat partes, ex ipſius dicto, idem Rex fęliciſſimum PRINCIPEM noſtrum pendere iuſſit, deſtinatum tantorum regnorum hæredem. At verò quando in mentem venit genitoris tui, nunquàm eum ſatis laudari pro meritis poſſe exiſtimo, de cuius immortalibus operibus ne quid verbis detraham, ſatius illa fuerit venerari ſilentio. Quid nunc de tua eximia pietate, facundia, atque eloquentia inæſtimabili dixerim? deciperer certè ſi tuum encomium exactè ſcribere auderem, cùm non vno Homero, aut Pindaro laudatore opus eſſet: his paucis proinde tanquàm ex digito gigantem, tuam amplitudinem indicare libuit, Thimantis pictoris nobiliſſimi exemplo: qui cùm prægrandi ſtatura hominem vellet effingere, artisque ope deſtitutus, in tabellæ anguſtijs id efficere non valeret, ludentem Satyrum thyrſo illius digitum menſurantem ad pedes adiecit, hoc argumento gigantis magnitudinem oſtendens. Porrò etſi multa ac maxima alia tua ornamenta, quorum pondus ſtyli robore ſuſtinere nequeo, taciturnitatis velo inuoluam, illud aperta fronte explicabo, ſcientias te omnes ſic amanter proſequi, imo venerari, vt indies magis augeri ac perfici gaudeas: hinc optima ingenia promoues, cum vt Aquila pullos ad volandum excitans, ſu

perq;

perq́; eis volitans humeris etiam deferens, & expanſis alis aſſumens, iuriſprudentiæ, aliarumq́; ſcientiarum illuſtrium cultores, alarum tuarum plauſu ac fauore effers, exciras, & dignos reddis, quid pręſtantius? quid Principe ſapientiſſimo dignius? exortus ſiquidem es hiſce temporibus diuina quadam prouidentia rariſſimum omnium virtutum exemplar, vt ſtudia hæc refloreant, & aureo quodam ſæculo renaſcente ſtudioſi reſurgant. Nulla certè eſt ex tot, ac tantis, quæ in te enireſcunt, virturibus, maior, illuſtrior, ac diuinior, quàm hoc perpetuum de probis eruditisq́; hominibus benemerendi ſtudium, quorum commoditates incredibiles ex re velut ex foute quodam clariſſimo, & vberrimo ſcaturiunt, & profluunt. Hoc igitur opus ad compendium præparatum, quantumq́; rario paſſa eſt, moderatè repreſſum, PHILIPPI REGIS POTENTISSIMI ATQVE INVICTISSIMI Maieſtatem adeat te auſpice, mihiq́; ceu propitio ſidere, rutelariq́; numine affulgente, vt Regiæ Serenitatis ſplendore heſpero etiam, luciferoque micantioris per Italiæ oras, ſuperq́ue Garamantas, & Indos tutius & alacrius euadat: erit hoc tuæ humanitatis, qua omnes allicis, præclarum monumentum: quod ſi effeceris, non luſiſſe operam mihi videbor: cùm enim abſolutam eruditionem adeptus fueris, doctrinæq́ue eminentiam, ac gloriam virtutis, vt non minus variarum ſcientiarum cultu, quàm nobilitatis, morumq́ue præſtantia te præcellere omnes prædicent, nec quicquam adeorarum, eximiumq́ue ſit, quod in te non conſpiciant, teq́ue ſummum iudicem ingeniorum admirentur, ſuccedet apud Sacram Maieſtatem iudicium tuum vice Athenienſium inſtituti, quod Solonem cum legibus ſuis edidiſſe refert Demoſthenes, vt cum lex aliqua, rogariovè ad populum ferretur, à legiſlatore primùm recitaretur, deinde vt in loco maximè celebri, conſpicuoque ad tertiam concionem vſque perſcriberetur, non aliter atque Romæ trinundino die leges promulgari ſolitas teſtantur, inde ſcribæ vt daretur palam pro concione legenda, vt ſi quid cuiquam non placeret, id in medium proferret, & ſi ea tum quoque populo placuiſſet, ita demum nomothetis daretur poſtremum exploranda, qui vti eam probaſſent, improbaſſentve, ita proferretur, & antiquaretur. Ceſſabunt ſuaui grataq́ue tua aura aſpirante quorundam ſuſurri, qui velut cancer ille ex Lernæa palude dum pugnantis Herculis pedem momordit, in cœleſtia ſigna referri ſe arbitrantur. quis enim tam inſolenti audaciq́ue erit animo, vt ſpernat quæ Rex Sereniſſimus PHILIPPVS AVSTRIACVS clementer ſuſceperit, tuq́; ſolida probaueris? Mihi verò ſic animi vires ſuppetent, vt te fautore ac vindice reliqua ardentius proſeram. Viue felix Princeps Illuſtriſſime ac Excellentiſſime, pergeq́ue vt cœpiſti, Doctorum hominum conatus tuo patrocinio, & auctoritate, quam quidem maximam meritiſſimo partam habes, faciles à ventis procelliſq́ue tutos reddere, & ad portum tranquillitatemq́ue prouehere, meq́ue omni beneficiorum genere tibi, in quo tantam ſpem collocaui, deuinctum protegere. AQVILAE.






PER.TELA.PER.HOSTES
CONCENTVS

ILLVSTRI D. IOSEPHO DE RVSTICIS, V. I. CONS. PRAECLARISSIMO,

Franciſcus Viuius, V. I. Conſ. S. D.

*L*YSANDRVM *Lacedæmoniorum Ducem præſtantem ingenio, & rei militaris gloria clarum, ſummæ pulchritudinis agrum, Cyri minoris Perſarum Regis, cui à ſocijs dona attulerat, manu conſitum admiratum ferunt: & in eum vt erat toga purpurea ornatu Perſico, multo auro, multiſq́ gemmis amictus, exclamaſſe, Rectè ò Cyre te beatum dicunt, cuius virtuti fortuna coniuncta ſit; Ego contra mi Ioſephe, meliori conditione felicem te exiſtimo, qui minimum fortunæ tribuens in hoc incumbis, vt virtuti multò magis tua omnia accepta ferantur; quid enim in illa glorieris, quam ſæpè viceris, & depreſſeris aduerſantem? Quod non eo ſentire me arbitreris, quo tibi extrinſecus petitas laudes deeſſe putem, quas perſequenti magnus & immenſus aperiretur campus, in quo excurrere oratio cum honore poſſet. Nam patriam habes* AQVILAM *vndique laudatiſsimam, ex illuſtri origine, ex inſigni in Deum Opt. Max. pietate, ex ſingulari in Reges ſuos fide, ex aſsiduo cultu artium optimarum, ex præclaris rebus geſtis, & ex ijs quos præſtantiſsimos in omni facultatum genere genuit, in quibus ſi immorari paululum libeat, ab incepto longius diſtrahar: magnis nanque voluminibus opus foret ad ſingula comprehendenda. Quanto deinde ornamento tibi eſt paternus, maternuſq́ ſanguis? an non ductum te ſolum, verum etiam raptum ad res honeſtas oportuit familiæ Ruſticæ imaginibus, in qua tot bellica virtute, tot iuris ciuilis, & rerum magnarum ſcientia claruerunt? ſi igitur (quod Lyricus canit) fortes creantur fortibus, & bonis: eſt in iuuencis, eſt in equis patrum virtus: Nec imbellem feroces progenerant Aquilæ columbam; profectò vis inſita quam tibi pater, auus, ſuperioreſq́ tui merito arrogabunt, non tibi defuerit, non ab hac proficiſcens laus quæ tamen aliena eſt: illud, quod principio volebam te exornat, atque adauget, quòd ingenita nobilitas labore, conſtantia, laudabilibus inſtitutis incrementum adeò ſumpſerit, vt poſteris maius decus ſis ipſe, quàm tibi maiores fuerint, cum nullum ſit virtutum genus, in quo non eniteas; ſiquidem in te quanta ſit prudentia, & rerum gerendarum ſolertia, conſenſu omnium patruum ſummus ciuitatis Magiſtratus dudum tibi mandatus oſtendit, qui in tempus incidit, vt videbatur maximè calamitoſum: ſed tua ſapientia, & vigilantia ſingulari perfectum eſt, vt nihil detrimenti Reſpublica acciperet. In cauſis ſiue iudicem agas, ſiue patronum, vtrobique iuſtitia apparet, vtrobique integritas: Idcirco* MARGARITA AVSTRIACA, PHILIPPI REGIS SEMPER AVGVSTI, ATQVE MAXIMI SOROR; *in re plena diſſenſionis, & diu Romæ controuerſa cum Gallorum Regina, te cuius fidei, diligentia, & doctrina plurimum confidebat, Aduocatum delegit, qui apud Rotæ Auditores eadem de re diceres, & ſibi in iudicio adeſſes. Cæterum norunt omnes, quàm vir frugi ſis, & in omnibus vitæ partibus moderatus, ac temperans, quàm plenus officij, quàm plenus religionis; Quotus enim quiſque eſt, qui in iuuandis, & fouendis liberalibus diſciplinis te ſuperet, vel æquet potius? quæ amanter, at verè ex Viuio accipe, nam diſsimulare quæ cernas inuidentis eſt; reticere enim dicenda ſunt, maleuoli, & iniqui. Emines demùm honeſtarum facultatum, & rerum cogni-*

tione

tione inter homines noſtri ordinis, qui cum in alijs tibi multum deferunt, tum in his præcipuè quæ pertinent ad ius ciuile. Licuit nobiliſſimo Lacedæmonio ex agri conſitura quam cernebat, tanquàm ex doctrinæ indicijs, quo ingenio eſſet Cyrus cognoſcere, & pronunciare: ſi mihi itaque ex libro quem cum auiditate perlegi, & cum voluptate recolo, ac cæteris monumentis tuis per te licuerit de tua Minerua iudicium ferre, & licebit quidem, quando præſtantia animi non elicitur coniectura certior ex operibus manu factis, quàm ex oratione, quæ ſola hominis eſt, cum illorum pleraque etiam mutis animantibus ſint communia, breuibus exponam quid ſentio. Liber tuus máteriam continet ſatis arduam, & longè vtiliſſimam, in qua cognoſcenda graues, & docti viri, in forenſibus cauſis frequenter, diúque verſati, & qui in publicis gymnaſijs ius ciuile interpretati ſunt, deſudarunt, atque elaborarunt, quam tamen mancam, & inchoatam nobis dederint, ex his ſcriptis liberum eſt cuique decernere. Nunc verò examinata, & dilucidata ſunt omnia, vt nullus in poſterum relinquatur tractationi, aut dubitationi locus. Porrò oratio, quæ non alia nitidior, aut elegantior, aut aptior ad exprimenda animi ſenſa, nihil dormitans, aut otioſum admitti, quæque vel breuitate, vel opinionum nouitate, vel cuiuſlibet rei proprietate, vel varietate lectionis ſatietatem diſcutiat, attentionem requirat, ac inuitet. In poſtrema autem varietate apparent vigilia, labor, ſagacitas, & acre ingenium tuum: nam quos autores in controuerſiam vocas multos, & diuerſos, his voluntandis, & legendis ætatem hominis ſufficere vix arbitror: quid enim dicam iudicandis? quorum tamen dicta breuiter, & tam accommodatè referuntur, vt ex te nata videantur, præter ea, quæ nulli veterum in mentem venerunt, à te tamen acutè inuenta, & affabrè dicta. Hinc quod conſilium do, capias velim, & pro noſtra amicitia, pro tui nominis celebritate, pro charitate in patriam & in tuos, quibus proſpectum eſſe & conſultum non me fugit te item cupere, quæſo, & hortor, vt peruulgari, & edi quamprimùm cures hoc volumen, & alia immortalitate digniſſima à te compoſita, tractationes inquam de bonis, quæ paraphernalia vocant; de Decimeſtri partu, de expreſſa ſi ſine liberis deceſſerit conditione, & expoſitionem in Papiniani reſponſum ad l. cum auus, de cond. & dem. de quibus ſi pro dignitate parem diſſerere, me tempus quàm res maturius deſeret. Quæ cùm omnibus probentur, ac permagni æſtimentur, vide ne tu annorum numerum impreſſioni prorogans, homines certa vtilitate priues, & in tuos partus nimis ſeuerus ſis iudex; iam nec verbum addam, Εἰ γὰρ ἐγώ σοι νῦν αὐτὸν γνωρίζω πέπονθα τὸν παροιμίας, τὸ σοι σταρ σοι διηγούμενος. Vale, Aquila.

AD D. IOSEPHVM DE RVSTICIS

excelſi, ſummiq́ue ingenij,
V.I. Conſultum,

IO. VINCENTII MARTINI,

V.I. Doctoris Carmen.

NON vltra crepidam ſutorem iuſſit Apelles
Dicere, & hac aliud non ſibi voce notat,
Res hominũ niſi tunc habituras ſe bene, quando
Iudicium faciunt de artibus artifices:
Quapropter cùm tot morum, legumque peritos,
Teſtes doctrinæ cernis adeſſe tua:
Edere quid differs? quid non monſtratur inhærens
Sanguine in illuſtri nobilitas animi?
Qua tecum occiduis patria & clareſcet Eois,
Quique rigat croceos pulcher ATERNVS *agros;*
Nec poterit quiſquam male (crede) laceſſere dictis,
Iudicium, quia habent de artibus artifices.

CAMILLI DE BENEDICTIS,

V. I. Conſulti.

CVM ſit honeſtorum non vlla expletio, libris
Sæpius, e doctis quæ repetita placent;
Diuinus meritò Plato, quæ perpulchra videtur
Hæc ſemel atque iterum conſpicienda monet;
RVSTICE *propterea in leges dictata relegi,*
In quibus ipſa tibi virgo patrima ſanet;
Vilis adulator non ſim, non vera fatenti
Officiat veræ nexus amicitiæ;
Non odiũ in quenquam, aut liuor me agat, accipe gratus
Quæ meus ergo animus ſenſa fidelis habet;
Candidius nihil eſt illis, nil doctius illis,
Ite hinc iam veteres, cedite ſponte noui.

AD PRÆSTANTISSIMVM V. I. D.

DO. IOSEPHVM DE RVSTICIS,

Cæſaris Riueræ, V. I. D.

O D E.

SI Muſa iuris lumina nobili
Quandoque ſueta es carmine tollere
Atque in ſupernis collocare
Sedibus emeritos, bonosque:
Nunc lumen eia iuris, & vnicum
Prudentiæ exemplum cane RVSTICVM
Hunc optimum, qui dignus extat
Cantu, & amore tuo, & ſororum:
Magnæ patronus nam fidei, dedit
Cui præter alto à ſanguine originem,
Natura quicquid poſſidere
Munere fas homini Deorum eſt;
Salue ergo nobis viue diù, & vale
Dijs chare IOSEPH, *ſecula nulla quem*
Laudare ceſſabunt, & ex te
Commoda quæ capiunt referre.

AD OPERIS AVTHOREM,

Inſignem Iuriſconſultum,

HIERONYMI DE ROSIS, I. C.

HVNC fæcundi AQVILAE *potentis horti*
Magnis ingenijs, viriſque magnis,
Illuſtrem modò RVSTICVM *dedere:*
Qui ſi RVSTICVS *ornat arua legum,*
Multarum tamen & ſcientiarum;
Solers eſt quoque, gratus, & colonus
Fruges qui metit, & reponit omni
Dignas ex numero ſibi reponi,
Cui nunquam ſimilem tulere ATERNI
Campi, non Tyberina qui fluenta
Tangunt, nec mage pinguis vlla tellus:
Eſt ciuis bonus, inclytus Senator
Dicundis bene rebus, ac gerundis.
Quod ſi non mihi credis, hoc loquuntur
Illius monumenta doctiora.

IOANNIS VINCENTII COLANTONII

Olim Archidiaconi Aquilani.

DOCTRINA varia, elegantijsque
Miris edere quos paras refertos,
Conſultiſſime iuris vtriuſque,
Et probè ſophiam tenens vtranque,
Hi planè referunt libri Vlpianum,
Hi Paulum, Iabolenum, & hi trecentos,
Quotquot temporibus magis beatis,
Fælix Imperij excitauit aura
Prudentes, nitidos, & eruditos,
Vt vellent reſerare iura chartis,
Queis nil doctius, elegantiusque
Queis nil vtilius datur videri:
Sed ſi idem licet æſtimare Muſæ,
His certè tua ſcripta ſunt IΩSEPH
Si quid doctius, elegantiusque
Si quid vtilius datur videri.

AD IOSEPHVM DE RVSTICIS,

V. I. Conſultiſs. & peritiſs.
LL. Interpretem,

BERNARDINI NARDI, I. V. D.

CLARE ò RVSTICE *nobiles poetæ*
Tentant nomen ad vltimos Britannos
Quid proferre tuum? tibi ipſe quando
Hac in re quidem es optimus poeta:
Sermo nam tuus elegans, grauisque
Quo pandis ſacra iura, te Deorum
Aſcribit numero nouum Lycurgum.

IV-

IVLIANI OLIVAE V. I. D.

Archidiaconi Aquilani.

VRBS *Aquila etſi ſe officijs, multisq; tuorum*
Deuinctam meritis, non negat eſſe tibi;
Illorum in bello dum fortia facta recenſet,
Et prouiſa domi tam benè, tam properè.
Quod tamen illuſtri veterum non laude quieſcit,
Nec trahit ad proprium facta aliena decus,
Auratis quæ te circumuolat inclita pennis
Gloria ſublimes mox aditura Deos:
Scilicet in primis patria hoc tibi RVSTICE *debet,*
Præclarè hoc ſecum nomine credit agi.

CYNTHII VETVSTI, V. I. C.

NON *Athamantiadæ nocuerunt facta nouercæ,*
Nec damnoſa feres inuida verba liber;
Ille olim pecoris Nephelæi tergore vectus,
Per mare Colchorum mœnia tutus adit;
Aera per medium diuum tu ad templa fereris,
Prodi igitur fama nobiliore duce.

ANTONII AMICII AQVILANI A FOSSA, I. C.

QVOD *ſis tanta acie, & Iuris penetralia cernas,*
Ruſtice, nil mirum: es filius ipſe AQVILÆ.

AD LECTOREM.

DIFFICILEM, valdeq; periculoſam in omni ſcientia, & in legali quàmmaximè, ſcribendi libros, enitet fuiſſe rationem: illos autem vigilijs conſcriptos in lucem mittere, non eruditæ ſapientum virorum cenſuræ vt plurimum ſubmittendos, ſed vulgi ineffrenatæ licentiæ (quod graue ferendum eſt) ne improborum dicam latratibus, atque ictibus, præſtare cæteris exiſtimantium, dùm temerario auſu Scriptorum celebre nomen, perenni memoriæ ſurripere, ex gentiumq; animis excerpere, omni ope nituntur, difficilius ſanè habitum fuit, & periculoſius. ſunt equidem qui ingenij vim, intelligendi, ac enodandi peracutam quandam viam, & peritiam efferentes, volumina inutilia coniunctim reddunt, & pertinaciter aſpernantur, quòd forenſibus diſceptationibus cauſarum, parum aut nihil conferant, ijque illi eſſe videntur, qui poſthabita ſcientiarum intima ſpeculatione, & quaſi medulla, aduerſa Minerua, illam iuris cognitionem conſectantur, quæ ſine delectu, imò potius ſucco, in cortice reſidens, non perfectionem aliquam, ſed adumbrationem conſpergens, populo vendibilior cenſetur, & certarum rerum cancellis coanguſtata reperitur. Alij copiam, & ordinem comprobantes, ſtyli puritatem, nitoremque abhorrere præſumunt, vt cùm politioris, & emunctæ literaturæ homines intelligunt, illos tanquàm architectos verborum lacerent, piaculum autumantes, ciuile ius Romanorum, ciuiliori Romana oratione proferri. Hos autem toto cœlo aberrare dixerim, cùm ius ciuile ab exercitatione non rectè tantùm, ſed eleganter, & ſplendidè dicendi, ſcribendiq; diuidere, ſit velut vniſonam elementorum colligationem ſeiungere, & primum informe Chaos reuocare. Nam obſcurari nequit venuſtatis, & leporis in dicendo acceſſione, leges cohoneſtari, longeq; illuſtriores reddi: quod à legumlatoribus ad iuris prudentiæ ornamentum obſeruatum extitit, qui incredibili artificio, exquiſita eloquentia, ac vrbanitate coniuncta, ipſam celebrarunt. Et quis, ſi veritatem colimus, antiquiores illos palmam Iuriſconſultorum reportantes, præclarè cecinerit, ſi ex ipſorum reſponſis candidiorem, terſioremque dictaturam ademerit? niſi tam præpoſtero, infelicique fuerit propoſito, quòd melioribus relictis deteriora ſequatur, & aduerſus ipſum tam iniquus ſit arbiter, quod auro neglecto, rugoſum æs cooptet, & contrahat. Vnde non ſecus ac Plato admirabilem dicendi copiam, ipſamque facundiæ venerem, imò omnes literarum iucunditates ſubuenire, & ancillari, atque adeò lenocinari Philoſophiæ docuit, & inſtituit, veluti matronæ grauiſſimæ, & venerandæ; omnes flores literarum legali diuinarum, & humanarum rerum præpotenti, & glorioſæ ſcientiæ, veluti alteri matronæ, non venerandæ ſolùm, ſed ex Ariſtotele architectonicæ, ancillari, ac deſeruire neceſſario iure decernendum eſt. Nec deſunt, qui antiquorum Interpretum præruptam methodum, & miſeram, ac exilem eloquutionem feriunt, illosq; vt mucoſos, & infantes penitus explodunt. Nonnulli cum libros aperiunt, nudis Iuriſconſultorum authoritatibus perſpicuos, magis lege ipſa renidentes, nec nominum recentium ſarcinas intuentur, confeſtim claudunt, & quaſi anguem mortiferum adinuenerint commoti, animum retrahunt. Quid acrius, aut durius, legum, ac iuſtitiæ cultum in nominibus Doctorum, excelſiori grauitate omiſſa conſtituere? miſerendum certè eſt noſtri ſeculi, cùm ad ſupremum ventum ſit: virtutes etenim, ſcientiasq; inuertimus, & ſpecie recti fallimur. Seuerioribus etiam, & graui ſupercilio viris cenſorijs, naſo (vt aiunt) adunco premimur,

mimur,

mimur, qui adeò delicato ſunt ſtomacho, guſtuque contaminato, vt nihil videant, quod tanquàm rancidum non reſpuant, & contorto ore non irrideant. Sed ſi eorum dicta attendantur, ut ægri ſomnia, vanas fingunt ſpecies, & ex illo hominum genere producti, qui eſſe primos ſe omnium volunt, tales tamen non ſunt, præſumendo nihil intelligunt, ſed macilentia quadam, & inuidia, quæ ingens tormentum eſt, correpti, vruntur & anguntur, nec ſe reſpiciunt, eleuata ventoſitate inanis laudis imbuti, digito vt commonſtrentur: enimuerò optimi animi mentem, non præſtringit legitimus ſplendor ſui nominis, nec mentis quaſi luminibus, officit altitudo proſperæ fortunæ, honosq́; veræ gloriæ. Hinc plures alioqui præſtantes Iuriſconſulti, voluntatem ſcribendi repreſſerunt, & fęlices in interpretando conceptus reticuerunt, celebri tantùm dignitatis contenti gradu, atque fama, publicæ lectionis munere, vel cauſarum nobili patrocinio obtenta, ampliſſimisq́; finibus propagata. Álij uerò huiuſmodi timore admoniti, poſt contexta volumina, ne eadem limæ labor moraque offenderet, ſed multa dies, multaque litura coerceret, perfectè decies ad vnguem caſtigando, non antequam in publicum emiſerint ſolùm conſenuere, ſed cum ſuarum lucubrationum pernicioſo interitu, ipſi quoque acerbo funere interiere. Scriptorum tamen non deficit chorus, qui inuicta virtute, ac animi magnitudine, inuidorum quæſtuoſis ſpretis verſutijs, & calumnijs, velut Excetra, Gorgonibusq́ue deuictis, Marte dextro in theatrum prodiere, illud obloquentes: Et dubitamus adhùc virtutem extendere factis? haudquaquàm ignari, multos ſtudioſè contra eſſe dicturos, idq́ue non aliter effugere poſſe, niſi nihil omninò ſcriberent; ita enim comparatum eſt, hominum naturam omnium, aliena melius vt videant, & iudicent, quàm ſua. Egregijs itaque laudibus, omnium applauſu integerrimorum, hæc deliberatio eſt extollenda, publicum, priuatumq́; bonum reſpiciens, eum ſi Bartolus omni honore cumulatus Doctor, à ſcribendi conſuetudine, & fundatiori interpretatione, ſuum incorruptum ingenium reflexiſſet, quis dubitat ius ciuile claudum, & inconditum, maximoq́ue lumine orbatum fuiſſe relicturum? diuinitus profectò eſt loquutus de rebus ciuilibus, & controuerſis. Quis nunc eius vberem, profundamq́ue doctrinam impiè momorderit, quòd mediocri illam elimatione tradiderit, & quaſi circumforaneaveſte, ac triuiali cultu legibus claritatem attulerit? Quis tam imbecilli mente aliorum eius claſſis Doctorum, qui in ipſorum libris quicquid ſalſum, aut ſalubre in iure eſt miſcuerunt, illamq́; dignitatem, quam poſteriorum pauci ſunt conſequuti aluerunt, eminentem ſanè ſcientiam irritauerit? Quis annorum ſubſequentium ſummorum hominum ſcripta, ſubtilitatibus, & explicandi certa acie, opera improbauerit, niſi qui tantùm id probandum eſſe exiſtimet, quod probabile vtcunque ſit, quando vltra progredi nequit ipſe? Subſannauerint fortaſſe ne obtrectatores iſti publicæ offenſioni expoſiti, Alciati, Budæi, Zaſij, Duareni, Cuiacij, aut Connani, in iure inſtaurando ſuauitatem ſelectumq́ue recens iter, quo ad verum intelligendi ſcopum dirigimur, enunciandi menſuram lænimur, diſceptandi paleſtram acuimur, propriumq́ue literarum facilem curſum vehimur? Quid modò refert vulgi iudicium diſſentire, Quid inſipientium opinionem honeſtati in vulgus ipſum præualere, ſi eximio corde homines, ea ſentiunt, quæ non probantur in vulgus, ſed longiſſimè ſunt ab imperitorum intelligentia, ſenſuq́; diſiuncta? diuerſos ſiquidem diuerſa iuuant, nec eadem omnes admirantur, amantq́ue. ex diſſimilibus ergo, & varijs dicendi, diſſerendiq́ue præceptis, non redargutionem, in quolibet autem genere commendationem mœrentur. Vna (vt M. Ciceronis illud vſurpem) fingendi eſt ars, in qua præſtantes iudicantur Myro, Polycletus, Lyſippus, qui omnes inter ſe diſſimiles fuerunt, ſed ita tamen, vt neminem ſui velis eſſe diſſimilem: vna eſt ars, ratioq́ue picturæ, diſſimilimiq́; tamen inter ſe Zeuſis, Aglaophon, Apelles, neque eorum quiſquam eſt, cui quicquàm in arte ſua deeſſe videatur: & ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen verum, quanto admirabilius in iure ciuili, atque lege, quæ cùm ijſdem ſententijs, diffinitionibus, ac verbis verſetur, ſummas habet diſſimilitudines, non ſic, vt alij vituperandi ſint, ſed vt ij, quos conſtet eſſe laudandos, in diſpari genere laudentur. Sed prout ſcribendi ſtudio obſequendum eſſe contendunt, abſonumq́ue illud obtundere, cùm virtus non ſumat, aut ponat ſecures, arbitrio popularis auræ, repulſæq́; neſcia ſordidæ, intaminatis fulgeat honoribus; ſic vt apertè rem ipſe loquar, nihilq́; circuitione vtar, præcauendum arbitror, & vero quippe conſilio, ne ad aſſem aliquid aliàs explicitum, & extricatum aggrediatur: ſunt namque qui ex libris fabricantes libros, vt in bibliothecis proceres inter Scriptores nominum inſcriptionibus decorentur, materias abundè, helluanterq́; digeſtas congerunt, quævè difficiles ſunt, expolitione dignę raptim effugiunt. Quid igitur pro iuris incremento extruunt?

Quo-

Quomodo publicæ vtilitati ſtudent, non aliud quàm nauſeam, ſoporemq; inanium legendorum operum inducentes? Eo enim adhuc peruenimus, vt peramplæ Craſſi opes deficerent, ſi quis omnibus illis, quæ in iure ciuili aliquando ſcripta ſunt, communiri propoſuerit. Opinantur proinde, nec iniuria aliqui, exuberante in infinitum ferè editione, efficaci abolitionis ieiunarum, & exanguium interpretationum edicto opus eſſe. Quid rogo perniciosius, Quid infeſtius, quàm inutiliter materias tranſplantare, iuris ordinem confundere, eiusq; lumen obſcurare, ne dixerim in totum tollere? Imò ſæpè euenit, in peius reforment, & tranſcribant: non tamen tranſcribere, aut reformare intellexerim, ſed turpiter ac dolosè corrumpere. Hos & cuidam paſtori circa diei medium iuxta Orphei ſacrum tumulum conſidenti, in illudq; (vt aiunt) capite inclinato obdormienti, non abſimiles fore cenſuerim: cùm enim magna & ſuaui quadam voce Orphei carmina decantaret, paſtores, primò quidem qui haud procul à tumulo oues paſcebant ſuas, cantus ſuauitate pellecti, mox aratores etiam nonnulli, aratra, operaq; relinquentes, ſedulò accurrerunt: cumq; omnes pro miraculo, (vt res erat) ducerent, rudem alioquin, & omnium ignarum paſtorem, Odas, & carmina in ſomnis canentem, & alter alterum auſcultandi ſtudio, vt propior illi fieret, ſine reſpectu propelleret, fortè fortuna euenit, vt columna ſupra quam vrna cum Orphei oſſibus inerat impulſa ſubuerteretur, difractaq; teſta, Orphei reliquias Sol aſpiceret: ſtatim nocte proxima, maximis pluiſſe imbribus, quibus Sus torrens ab Olympo monte decurrens increuit adeò, vt Libethræ ciuitatis Macedoniam proſpectantis muros ſubruerit, ciuitatemq; ipſam cum habitatoribus, vt oraculum Liberi patris ex Tracia præmonuerat, ruinis, vorticibusq; oppreſſerit, & inuoluerit. Ruditer enim ij aliena decantantes, ferè in ſomnis, alios rudes, ingenioq; agreſtes, velociter alliciunt, cantationes quas proferunt admirantes, quòd hiſce miſeris temporibus ciuitates, ipſarumq; habitatores, quinimò Iuriſprudentiam ingentibus imbribus, & ruinis ſubuertant, atque obruant. In iure itaque ciuili declarando, illi primas, & ſecundas laudis partes, tertiasq; citra omnem controuerſiam tulerunt, qui difficultatibus inſudarunt, & non in portu nauigantes, tranquillo mari, ac proſpera aura, ſed in vaſto altoque gurgite, contrarijs ventis, turbinibus, & procellis excitis irruentibus, in portum à ſcopulis, ſyrtibus, concitata in obſcuro ponto tempeſtate erepti, tandem deuenerunt, ij acriter certantes, debellatis anfractibus, triumphali, & victrici fronde digni ſunt cenſendi: ij maximam authoritatem adepti, velut militiæ non incelebris notam, ſtygmaq; præferentes, fauoribus ac præmijs ſunt proſequendi. Ius autem ciuile quot ſiniſtris, ſinuoſisq; intelligentijs immerſum, tot ſeculis perdurauerit, quotq; ex humanæ naturæ varietate ambiguitates contineat, Doctorum (vt cetera taceã) diſſentiones teſtimonio ſint, cum plerunque non veriorem ſolùm, ſed etiam crebriorem queſtionum ſententiam ignoremus: Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν. Quid ergo inertius quàm in promulgato iure decipi, atque errare? Cumque ita mihi opinanti, inter legales nodos, Gordij illo inextricabilior imagine difficultas occurrerit, *An & quando liberi in conditione poſiti vocentur*. quę à Riccardi Malumbri, & Raynerij temporibus ſub incude æſtuat, velut in Cyclopum officina, adeò vt eius negocium Imperiali deciſione, ſublimis ſpiritus vir Franciſcus Purpuratus, inter Syluani reſponſa egere tradiderit, ſyncerum vas non incruſtare, nec Liciniano errore in meam ipſe legem incidere viſus ſum, ſi ipſam diſſolutam ac perplexam ἐξείης nullo ambitu, vel vt ſic dixerim, emphaſi, ſed erga omnes pietatis religione, in quandam ceu περίοχλο: Vitæ enim ſumma breuis, ſpem nos vetat inchoare longam, πᾶσαν ἐπ' ἔθνν elucidarem, diſputationeq; perſtringerem; illam ęquo animo legito, Θηλόθεν ἐκ πολυμῶν ὀρίων, vt ex propinqua, & penetrabili mentis perueſtigatione, rectum emergat iudicium.

INDEX RERVM OMNIVM, LOCORVMQVE INSIGNIVM, QVAE IN HOC TRACTATV CONTINENTVR.

A

ABLATIVOS abſolutos conditionem importare, ex communi opinione, ſed diſcutitur. lib. 6. cap. 1. nume. 1. & numero 25. reſolutio affertur. folio 105. & 107

Ablatiuos abſolutos, ex Bald. aliquando in vim cauſæ finalis, aliquando in vim conditionis, aliquando in vim ſuppoſitionis terminorum poni. ibid. nu. 9 107

Ablatiuos abſolutos, ex eodem Bald. quandoque conditionem, quandoque priuationem, quandoque limitationem ſignificare. ibid. nu. 10. & nu. 11. aliam diſtinctionem dari. eo.

Ablatiuos abſolutos in contractibus, conditionem importare. ibidem. nu. 12. & nu. 21. idem in ſtatutis. eo.

Ablatiuos, cum facti narrant contingentiam, non reſolui. ibid. nu. 15 eo.

Ablatiuos abſolutos, ſi ex communi dixerimus, conditionem ſignificare, non tacitam, ſed expreſſam conditionem inducere. ibid. nu. 18 eo.

Ablatiuos abſolutos, in conditionem non reſolui, cum ad leuem conditionem referuntur. ibidem. nu. 22 eo.

Ablatiuos abſolutos, per ſe ſtantes eſſe, nec ab alio regi. ibid. nu. 24 eo.

Ablatiuos, aliquando in vim ſeptimi caſus, aliquando per participium proferri, tuncque naturam adiuncti participij expendi. ibid. nu. 25 eo.

Ablatiuos abſolutos, diſpoſitionem inducere, cum ab eo qui circa actum poteſt diſponere, proferuntur. ibid. cap. 3. nu. 2 109

Ablatiuos abſolutos, formam importare, nedum expreſſam conditionem. ibid. nu. 4 110

Ablatiuos abſolutos non inducere conditionem, cum in contrarium de teſtatoris mente conſtaret. ibid. nu. 5. eo.

Ablatiuos abſolutos diſpoſitioni magis, quàm conditioni accedere. ibid. nu. 6 eo.

Ablatiuos abſolutos cum in eum qui vult agere referuntur, diſpoſitioni inducendæ adaptari. lib. 1. cap. 2. p. 2. nu. 22 31

Ablatiuos abſolutos non reſolui in conditionem, cum reſultaret in ſubiecto repugnantia. lib. 6. cap. 1. nume. 23 107

Ablatiuorum abſolutorum, quo ad modum ſignificandum, explicatio. ibid. nu. 13 eo.

Ablatiuorum abſolutorum, circa admonitionem inducendam, declaratio. ibid. nu. 14 eo.

Ablatiuorum abſolutorum ex Signorolo diſtinctio. ibid. num. 16 eo.

Ablatiuorum abſolutorum, ſententia aliquorum, regulam non dari. ibid. nu. 17 eo.

Actus etiam perfectos, formam declaratoriam recipere. lib. 6. cap. 8. nu. 43 119

Aduentitium, non profectitium dici, quod nepoti ab auo relinquitur, & quando. lib. 1. cap. 2. p. 1. nu. 105 21

Aduerſatinam dictionem cum copula, in facto non in iure aduerſari. ibid. nu. 90 19

Adæquatione facta per modum regulæ, diſpoſitum in vno ex æquiparatis, in alio etiam diſpoſitum cenſeri. lib. 1. cap. 2. p. 2. nu. 50 34

Adoptione, in filium adoptatum, ius agnationis, & inſigniorum, ſine arma transferri. lib. 2. cap. 6. nu. 67. & 69 62

Aequalitatem inter liberos, ſeruandam eſſe. lib. 1. cap. 2. p. 1. nu. 30 14

Affirmatiuam, ex diſpoſitionibus negatiuis, non reſultare. lib. 2. c. 2. nu. 19 50

Agnatis, gentilibusque deducendum quempiam eſſe, vti mente captum, prouerbio dictum. lib. 2. cap. 6. num. 12 52

Agnationem, per maſculos conſeruari. lib. 2. cap. 2. num. 6 48

Alexander Raudenſis de Mediolano præclariſſimus Iuriſconſ. lib. 3. c. 1. ante nu. 2. fo. 64. & lib. 6. c. 7. nume. 6 116

Alienari re prohibita, ſi alienetur ex noua cauſa, alienationem confirmari. lib. 1. cap. 2. par. 1. nu. 11 12

Alienatione prohibita in perpetuum, ex huiuſmodi dictione, hæreditatem grauatam dici, & nedum ſit in-

ductum fideicommiſſum in perſonis primorum inſtitutorum, ſed etiam quo ad omnes deſcendentes, etiam vltra quartum gradum, in infinitum. lib. 3. c. 5. nume. 14 — 73

Alienationis ſimplicem, vel nudam prohibitionem, abſque eo, quòd vult bona perpetuò in agnatione conſeruari, vocationem in conditione poſitorum non inducere indiſtinctè. ibid. num. 3. aſſerentes vocationem induci ex prohibitione alienationis, ſine expreſſione cauſæ. vide num. 7 — 72

Alienationis prohibita, cum expreſſione cauſæ coniecturam, latius procedere ſi in clauſula alienationis, verba geminata adeſſent. ibid. nu. 4 — eo.

Alienationis prohibita, cum cauſæ expreſſione coniecturam, latius procedere ad inducendam vocationem, ſi clauſulas annullantes alienationem, ex nunc, pro tunc, & quòd alienatio pro non facta habeatur, in vim legis commiſſoriæ contineret. ibid. nu. 5 — eo.

Alienationis prohibita, cum expreſſione cauſæ coniecturam, & cum clauſulis annullantibus actum, eò maximè procedere, ſi clauſulæ irritantes, ac reſoluentes in eodemmet teſtamento eſſent appoſita. ibidem. numero 6 — eo.

Alienationis prohibita ex cauſa, coniecturam, in caſu Car. Rui. limitari. ibid. nu. 9 — eo.

Alienationis prohibita ex cauſa, coniecturam limitari, cùm filij ſunt in conditione tanquam filij, prohibitio verò fieret vti hæredibus. ibid. nu. 10 — eo.

Alienationis prohibita ex cauſa, coniecturam declarari, vt ſit vera, cùm inſtitutus eſſet alienare prohibitus fauore ſubſtituti ſub conditione, ſecus fauore aliorum. ibid. nu. 11 — eo.

Alienationis prohibitio, vt inducit grauamen hæreditatis, & fideicommiſſum, nedum quo ad perſonas primorum inſtitutorum, ſed etiam vltra quartum gradum in infinitum, ex dictione in perpetuum, ſic ex dictione omninò, quia ſit dictum omninò alienationem prohiberi. ibid. nu. 14. & 15 — 73

Alienationis prohibitionem factam vni, ad alium non extendi. lib. 1. c. 2. p. 1. nu. 122 — 23

Alternatiuam, fauore liberorum, in coniunctam reſolui. ibid. nu. 44 — 15

Amiterni Samnitum, inſignia, leonem fuiſſe, inueniri. lib. 2. c. 6. nu. 36 — 60

Andream Alciatum, multis eſſe nominibus efferendum, de quo complura. lib. 6. c. 1. nu. 27 — 108

And. Alc. cùm ſubtilitate, ſumma copia, nitido iuri ciuili, dicendi amenitatem coniunxiſſe. lib. 4. cap. 2. par. 1. numero 11 — 79

Andr. Alciati, de Bar. carmen. lib. 1. cap. 2. par. 2. numero 86 — 38

Andr. Alcia. verba lib. 3. de verb. ſign. circa coniect. vocat. in cond. poſitorum, rigoroſè prolata. lib. 2. cap. 1. num. 15 — 45

Angeli Peruſini fratris Baldi, ex Perillu. Vbaldorum familia geniti, celeberrimam eſſe authoritatem. lib. 3. cap. 2. nu. 11 — 68

Anonyma multa in iure ciuili inueniri, remiſſiuè. lib. 6. cap. 6. nu. 18 — 113

Antecedens maius, ex conſequenti inferri, cum actus nullus redderetur. lib. 4. cap. 2. p. 2. nu. 14 — 86

Antonium Capycium, præclar. Doctorem, de gente patritia Sedilis Capuanæ, Neapolitanum Regium Conſiliarium fuiſſe. lib. 1. c. 2. p. 2. nu. 90 — 38

Anton. de Alex. Neapol. Doct. ſummi, illuſtriſq; fuiſſe ingenij. lib. 1. c. 2. p. 1. nu. 34 — 14

Aquilam, quam Rom. milites in militia habebant, non clypeo depictam, ſed fuſilis impoſitam fuiſſe. lib. 2. c. 6. nu. 30 — 60

Aquilam vrbem, ex ruinis Amiterni, Duroniæ, Furconijque clariſſimarum vrbium conſtructam fuiſſe, originemq; excelſam ducere. ibid. nu. 36 — eo.

Argumentationem à contrario ſenſu, non procedere, vbi abſurdum reſultaret, vel legum correctio. lib. 1. cap. 1. nu. 22 — 6

Argumentationem à contrario ſenſu, coniecturalem eſſe. lib. 1. cap. 2. par. 1. nu. 51. fo. 16. & lib. 2. cap. 2. numero 15 — 49

Argumentationem à contrario ſenſu, expreſſim non inducere, ſed per coniecturas. lib. 1. cap. 2. par. 1. nume. 117 — 22

Argumentum à contrario ſenſu, ex verbis expreſſis ſemper validum eſſe. lib. 2. c. 2. nu. 14 — 49

Argumentum à contrario ſenſu, non ſumi ex verbis negatiuis, & priuatiuis. ibid. nu. 17 — eo.

Argumentum à contrario ſenſu, in contractibus quando ſumi poſſit. lib. 1. c. 3. nu. 8 — 40

Argum. de pacto ad ſtatutum, validum affirmatiuè in iure eſſe, ſecus negatiuè. lib. 1. c. 2. p. 2. nu. 24 — 32

Argumentum ex verbis ſtatuti, ad verba teſtamenti validum eſſe. ibid. nu. 20 — 31

Argum. de nomine familiæ, ad inſignia, & è contra valere. lib. 2. c. 6. nu. 71 — 62

Argumentari de tranſmiſſione ad vocationem, ad vtranque coniecturandam. lib. 5. c. 1. nu. 3 — 94

Arma, & gentilitia inſignia, memoriam defunctorum ſeruare. lib. 2. c. 6. nu. 2 — 58

Arma domus reuulſa conſpicere, lugubre eſſe. ibidem. num. 5 — eo.

Arma vt dicunt, vel inſignia domus nunquid in fideicommiſſarium tranſeant, vel penes directum hæredem remaneant. ibid. nu. 65 — 62

Aſcanius Ruſſus I. Conſ. Neapolit. lib. 3. cap. 3. numero 6 — 70

B

BARTOLI dictis, ſemper ineſſe veritatem, eiuſque ſublimitatem indicari. lib. 1. c. 2. p. 2. nu. 85 — 38

Bartoli opinionem, circa vocationem poſitorum in conditione, & grauatorum, explicitè procedere, in deſcendentibus teſtatoris. lib. 4. cap. 3. numero 16 — 90

Barto. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſthum. aſſertionem, non procedere mortis mentione adiecta, tunc enim per fideicom. intelligitur. lib. 6. cap. 5. nu. 8. vel quando in contrarium aliqua coniectura adeſſet. num. 10 — 111

Bartolum I.C. celeberrimum, à Lau. Valla, in vocis armorum vſu, iniuſtè reprehenſum fuiſſe. lib. 2. cap. 6. num. 66 — 62

Bannitum ex cauſa proditionis, inſignia, ſiue arma in dedecus abraſa conſpicere, veteris inſtituti exemplo, quo imaginum, ac nobilitatis iura damnatione, rei amittebant. ibid. nu. 47 — 61

Bernardinus Senenſis, Patronus Ciuitatis Aquilæ. lib. 4. c. 2. p. 2. nu. 19 — 87

Bulgari conſuetudinem, in caſu etiam contrario procedere, in vxore ſcilicet maritum vſufructuarium relinquente. lib. 1. c. 2. p. 1. nu. 43 — 15

CARO-

C

CAROLVM Antonium Puteum Archiepiſcopum Piſarum, ſublimibus maximiſq; en comijs dignum eſſe, ac eius nobilitatem virtutemq; extolli. lib. 2. c. 5. ſub nu. 9. f. 57. & lib. 5. c. 6. nu. 21 — 100
Carolus Magnus. lib. 2. c. 6. nu. 43 — 61
Cauſam finalem, ſemper legi cohærere. lib. 1. cap. 2. p. 2. nu. 25 — 32
Ciuem eſſe, & debere tractari vt ciuem differre. lib. 2. c. 2. nu. 31 — 51
Clauſulam in fine poſitam, vniuerſaliter ad præcedentia, in quibus ſpecialiter eſt prouiſum, non referri. lib. 1. c. 2. p. 1. nu. 65 — 17
Clauſulam in fine poſitam, ad præcedentia non referri, ex rationis diuerſitate. ibid. nu. 68 — eo.
Clauſulam codicillarem, ſolum operari, vt fidcicommiſſi iure debeatur, quod directò relictum eſt. lib. 6. c. 4. num. 4 — 110
Clauſulam codicillarem, tendere ad teſtatoris voluntatē, omni meliori modo conſeruandam. ibid. nu. 6 — eo.
Claudiorum familiam, in pulchros patritios, & Marcellos plebeios conſtitutam. lib. 2. c. 6. nu. 8 — 58
Cohæredem, contra cohæredem actione ex teſtamento non agere, ſed petitione hæreditatis, vt cohæres declaretur, rerum autem reſtitutionem officio iudicis fieri. lib. 6. c. 6. nu. 19 — 113
Collectas, forenſibus de generali conſuetudine Italia, imponi, Bar. Bal. & Alex. illuſtres Doctores teſtari, quibus eſt credendum. lib. 1. c. 2. p. 2. nu. 70 — 36
Collationem propria rei fieri. ibid. nu. 29 — 32
Commoda ſentire eum debere, qui incommoda patitur. lib. 5. c. 5. nu. 7 — 98
Commune quod eſt, meum dici poſſe. lib. 1. cap. 2. par. 1. num. 8 — 12
Communiter poſſeſſum, negligi ſolere. ibidem. numero 32 — 14
Communem loquendi vſum teſtatoris voluntatem interpretantem, de loquendi communi vſu tempore mortis vigente, intelligi. lib. 6. c. 8. nu. 52 — 119
Communem loquendi vſum, tempore conditi teſtamenti viguiſſe, probandum eſſe. ibid. nu. 53 — eo.
Communem opinionem reijci, ſi melioribus rationibus altera fulciatur. lib. 2. c. 2. nu. 41 — 53
Communes opiniones maturè decernendas eſſe, ponderatis rationibus, Doctorumq; authoritate, ac celſitudine, calculatiſq; nominibus. lib. 3. c. 1. nu. 15 — 66
Compendioſa ſubſtitutione, nonnullorum opinione, liberos in conditione poſitos vocari. lib. 6. c. 5. nu. 1. Aliquos verò per ſolam fideicommiſſariam vocari crediſſe. nu. 5. Plures denique, per ſolam vulgarem. nu. 6. Sed vocari etiam per fideicommiſſariam concluditur. n. 7. & 17. Etiam per fideicommiſſariam in compendioſa comprehenſam. nu. 9 — 111. & 112
Compendioſa, & fideicommiſſaria ſubſtitutione, primo gradu admiſſo, ſequentes admitti. ibidem. numero 14 — 112
Compendioſam ſubſtitutionem adiectione verborum, ſi hæres ſine filijs deceſſerit, induci. ibid. nu. 2. Et non eſſe opus verbo, quandocunque. nu. 3. & 4. — 111
Compendioſam ſubſtitutionem, etiam fideicommiſſariā, vltra vulgarem continere. ibid. nu. 11 — eo.
Concordiam inter partes conſulendam eſſe, Stephani Bertrandi ſententia, cum de veritate opin. Bar. in d. l. Centurio, circa illam quæſtionem, Nunquid filij in conditione poſiti, & nominatim grauati, ſint diſpoſitiuè vocati, diſceptatur. lib. 4. cap. 4. nu. 16 — 92
Poſitos in conditione, in legatis particularibus diſpoſitiuè vocari. ibid. nu. 63 eo.
Poſitos in conditione in eiſdem legatis, facilius eſſe vocatos, ſi Petri Anch. coniectura adſit. ibid. nu. 64 eo.
Poſitos in conditione data ipſorum vocatione per patrem alienata poſſe reuocare. ibid. nu. 71 136
Prædilectos à teſtatore, in ſubſtitutionibus præferri. conſil. 2. num. 24 143
Prædilectos in inſtitutione, in ſubſtitutione etiam prædilectos cenſeri. ibid. nu. 25 143. in fi.
Pronepotes patris locum vt nepotes ingredi. ibidem. nume. 91 153
Proximitatem grauati, cum in fideicommiſſis plures ſub nomine collectiuo vocantur, & non teſtatoris attendi: licèt contrarium concludatur. ibid. nu. 27 144
Proximitatem teſtatoris in iure accreſcendi vulgarique ſubſtitutione inſpici. ibid. nu. 104 155
Proximitatem teſtatoris, & non grauati multo magis inſpici, ſi grauati linea finita fuerit. ibid. nu. 112 eo.
Proximitatem teſtantis inſpici, ſi verbis vſus fuerit, quæ ad eius perſonam referuntur. ibid. nu. 114 eo.
Proximitatem grauati ſpectari ſubſtitutione concepta per verba collectiua, vt puta familiam, agnationem, & his ſimilia, ſi grauati proximitas ex alia opinione ſpectanda foret. ibid. nu. 157 159
Proximitatis teſtatoris, vel grauati difficultatem ex coniecturis ſecundum aliquos diffiniri. ibi. u. 113 155
Proximum dici, quem nemo præcedit. ibid. nu. 29 144

R

REGNVM *totum pro vna prouincia haberi. conſ. 2. nu. 127* 157
Relatiuum ſine copula reſtrictiuè manere. ibid. nu. 76 150. in fi.
Repetitionem maſculinitatis in ſequenti ſubſtitutione non fieri. conſ. 3. nu. 25. f. 163. Sed contra nu. 66. & 67. maximè ſtante geminatione dictæ qualitatis. numero 68 169

Repræſentationem in decimo etiam gradu permitti. conſil.2.nu.92 153

Repræſentationem filij in locum patris ex verbo, ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, non impediri. ibi.nu.95.f.eo.

S

STATVTO *vocante proximiores, nepotem ſimul cum patruo concurrere. conſ.2.nume.116* 155

Subrogatum naturam eius ſapere, in cuius locum ſubrogatur. ibid.nu.99 154

Subſtituere aliquem, ſi viuit, vel eum nomine proprio nominare, paria ſe haberi. ibid.nu.81 151

Subſtitutionem alleganti, in eaq; ſe fundanti, onus ipſam probandi incumbere. conſ.3. num.27.f.163. Sed ex Franciſco Marzario declarari.nu.70 169

Subſtitutionem ex verbis, tunc & eo caſu, ad alios caſus nequaquàm extendi.ibid.nu.10 162

Subſtitutionem probari oportere ab eo, qui ſe ſubſtitutum dicit: eiq; poſſe obijci, ſubſtitutionem de hoc caſu non loqui. conſ.1. nu.9. fo.128. Sed id declarari. num.49 132

Subſtitutionem de vno caſu ad alium, extendi poſſe. ibid. num.13 129

Subſtitutionem de perſona ad perſonam non fieri ex mente etiam tacita, ac veriſimili teſtatoris, contrarium verò afferri.ibid.nu.14.& 65 129.& 135

Subſtitutionem pupillarem de ſui natura non transmiſſibilem, ex vnione cum iure accreſcendi, tranſmitti. conſ.2.nu.63. 149

Subſtitutionem fideicommiſſariam, cum iure accreſcendi vnitam, tranſmiſſibilem eſſe.ibi.nu.64.& 68.f.eo.

Subſtitutiones ſequentes expirare, extincta prima per ſuperexiſtentiam liberorum in conditione poſitorum. conſ.1.nu.8 128

Subſtitutionis probationem non extendi, etiam ſi ſubſtitutus allegauerit, teſtatorem illam in mente habuiſſe, deque ea cogitaſſe, niſi diſpoſitum appareat. ibid. nu. 10 eo.

Superfluitatem ratione maioris declarationis non ſemper tolerari. conſ.2.nu.83 151

Superſtites verbum, conditionem importare.ibidem. numero 74 150

T

TALI *caſu, dictiones reſtrictiuas & limitatiuas eſſe. conſ.3.nu.9* 162

Teſtatore vocante agnatos poſt aliquem nominatim vocatum, teſtatoris agnatos potius quàm ipſius nominati vocatos cenſeri. conſ.2. num.102 154

Teſtatorem aliquid ſenſiſſe, niſi illud diſponat, non ſufficere. conſ.3.nu.28 164

Teſtatorem in dubio cum diſpoſitione iuris communis conformare ſe voluiſſe, præſumi. conſ.2.nu.90.f.153

Teſtatoris voluntatem in caſu vero, non ficto interpretandam eſſe.ibid.nu.22 143

Tractum ſucceſſorium, ex digreſſione ad plures ſubſtitutionum gradus, expreſſioneque maſculorum ſæpius repetita, inductum videri. conſ.3.nu.38 165

Tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis, ad poſitos in conditione fieri.conſ.2.nu.56 148

Tranſmiſſionem conditionalis fideicommiſſi induci, ſi conſtaret teſtatorem ſuæ cognationi conſulere voluiſſe. ibid.nu.57 eo.

Tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis fieri ob expreſſam maſculorum qualitatẽ. ibi.n.59.f.148.in fi.

Tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis cauſari ex alienationis prohibitione in perpetuum cum cauſa expreſſione. ibid.nu.61 149

Tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis, ex verbo, ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, impediri. Sed contrarium concluditur. ibid.nu.73.& 79 150.& 151

Tranſmiſſionem cum quis nomine proprio ſubſtituitur, non impediri .ibid.nu.82 151

Tranſmiſſionis coniecturas ex diſpoſitis in teſtamento, iuxta vnam opinionem colligi debere. d.conſ.2.n.55. fo.148.& conſ.3.nu.56 168

Tranſmiſsionis coniecturam ex digreſſione ad plures ſubſtitutionum gradus, pariter aſsumi. conſ.2. num.62. fol.149.& conſ.3.nu.57 168

Tranſmiſſionis ius fauorabilẽ eſſe.conſ.2.n.135.f.157

Tranſmiſſionis fideicommiſſi conditionalis coniecturam oriri, ſi liberos teſtator in conditione poſuerit, licèt enim vocati tunc non dicerentur, ad eos tamen tranſmiſſio fieret. Hocque ſubſtituta etiam pia cauſa verum eſse. conſ.3.nu.58. & 60 168

Tranſmitti nullatenus poſſe, quod non exiſtit. ibidem. nu.19 163

V

VERBA *in dubio ad teſtatorem magis quàm ad eius hæredem referri. conſ.2. numero 110* 155

Verba teſtatoris ad naturalem, non ciuilem intelligentiam referenda eſſe, hoc tamen limitari.ibid. nu.140. & 151 158

Verba in caſu ficto verificari, natura rei repugnante. ibid.nu.149 eo.

Verba ex coniecturata voluntate teſtantis ciuiliter etiam intelligenda eſſe. ibid.nu.151 eo.

Verba reſtrictiua, diſpoſitionem etiam fauorabilem reſtringere.conſ.3.nu.11 162

Verbum quodlibet, ſic intelligendum videri, vt aliquid operetur.conſ.2.nu.78 151

Vocationem difficilius induci, quàm tranſmiſſio fiat.conſil.3.nu.59 168

Voluntatem teſtatoris legibus regulari debere. ibidem. num.32 164

FINIS.

TRACTATVS CELEBERRIMI IVRISCONS.

D. IOSEPHI DE RVSTICIS, PATRICII AQVILANI,

An, & quando liberi in conditione poſiti vocentur.

SVMMARIVM.

1 *L.cum avus.ff.de cond.& demonſt. in filijs tantum in conditione poſitis, nec ex teſtamento vocatis, non procedere.*

2 *Liberos in conditione poſitos, niſi ipſos vocari dixerimus, per patrem in contractu, vel in vltima voluntate alienata non renocare, quod & ſi reÿciatur, non tamen à communi opinione receditur.*

3 *Liberos in conditione poſitos, inſtituti patris hæreditatem repudiantes, ex propria perſona non poſſe bona teſtantis non alienata conſequi, niſi ipſos vocari intelligamus.*

4 *Liberos in conditione poſitos, patre inſtituto decedente, teſtantis hæreditate non adita, vel iure aliquo tranſmiſſionis non exiſtente, niſi vocati cenſeantur, in totum exclusos remanere.*

5 *Liberos in conditione poſitos, ſi ipſos vocari dixerimus, ſubſtituto etiam qui ab inteſtato eoſdē excluderet præferri, aliàs ſecus.*

6 *Subſtitutionem reciprocam, per compendioſam, vel fideicommiſſariam vltimo morienti, & in tota hæreditate factam, induci.*

7 *Subſtitutionem reciprocam induci ex compendioſa, vel fideicommiſſaria, in tota hæreditate, poſt mortem vltimi vocatorum, ſecus in conditione poſitorum.*

8 *Subſtitutionem reciprocam non reſultare per compendioſam, vel fideicommiſſariam factam in tota hæreditate, poſt mortem vltimi in conditione poſitorum, etiam ſi eorum aliqui, quibus fit ſubſtitutio, vocati ſint, aliqui vero in conditione poſiti.*

9 *Subſtitutio reciproca nunquid reſultet, cum vltimo poſitorum in conditione nominatim, & ſignanter grauamen eſt adiectum ex veritate dicendorum aperiri.*

PROOEMIVM.

INTER locos honeſti formam habentes, primus ille eſt, qui in veri cognitione conſiſtens, plurimùm naturam humanam attingit: meritò animi cibus veritas dicitur, & ad eam inueniendam oculi, ad diſcendum aures magnoperè conferunt, vt quæ ad rationem, viſum, auditum pertinent, gratia ſui ip-

ſius affectet, quaſi proprium documen-
tum , mentibus etiam per opportunam
inquiſitionem ſegregatis à corpore, at-
que erroribus, diuinitus infunditur; ip-
ſamque profectò tùm Dijs, tùm homini-
bus ducem eſſe omnium bonorum, de Le
gibus aſſeruit Marcus Cicero. Cuius qui
felix, beatusque futurus eſt, ſtatim ab ini
tio particeps eſſe debet, & in veritate plu
rimum tempus & vitam agat. Hinc idem
de Inuentione II. rerum expetendarum
tria genera eſſe ſtatuit: parem autem nu-
merum vitandarum ex contraria parte,
nam eſt quiddam quod ſua vi nos alli-
ciat ad ſeſe, non emolumento captans ali
quo, ſed trahens ſua dignitate, quod ge-
nus, virtus, ſcientia, veritas eſt. Natura
itaque ducimur & trahimur, vt alibi Of-
ficiorum I. ipſe Cicero, ad cognitionis
& ſcientiæ cupiditatem, quod principio
diuinæ philoſophiæ manifeſtis confirmās
indicijs, multo ante vſurpauerat Ariſtot.
πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. Ratione
autem, vt Academicarum. QQ. I. in-
quit, quærendi initium ſuſcipimus, vn-
de labi, neſcire, errare, ac decipi, ma-
lum, & turpe ducimus, in hocque natu-
rali genere & honeſto, duo vitia fugien-
da ſunt, vnum ne incognita pro cogni-
tis habeamus temerè aſſentiendo, alte-
rum ne nimis magnum ſtudium, mul-
tamque operam in res obſcuras, atque
difficiles, eaſdemque non neceſſarias con
feramus. Cumque præſentis controuer-
ſiæ cognitionem, Doctorum fide, ac re ip-
ſa ſatis difficilem, & intricatam propo-
ſuerim, vt à vitijs iſtis declinem, de eius
vtilitate primùm, ac neceſſitate quæren-
dum eſt: omne etenim tulit punctum,
qui miſcuit vtile difficili. Ipſam igitur
non ſolùm fructuoſam eſſe, & notabilem,
ſed primariæ notę, maximorum virorum,
imò in albo ſingularis ſcientiæ conſtitu-
torum authoritate, doctrinaque, pandi-
1 tur. Volunt † namque. l. cùm auus. ff. de cō-
dition. & demonſtrat. eius vim non con-
ſequi, in filijs tantùm in conditione poſi-
tis, non grauatis, nec in teſtamento vo-
catis, licèt cum liberis decedant. l. qui fi-
lium. §. Sabinus, vbi Barto. nu. 2. verſic.
ſecus ſi aliquis, & Paul. de Caſtro poſt
nu. 2. ff. ad Trebell. & in eadem l. cùm
auus, idem Caſtr. poſt nu. 2. verſ. Idem
loquitur, ac Socin. col. 21. Dec. in l. ge-
neraliter. §. cum autem, in 3. limitat. nu.
12. poſt Angel. C. de inſtit. & ſubſtitut.
Curt. Iun. conſ. 33. Præſupponitur in fa-
cto, col. 5. verſic. ſecundò principaliter.
Socin. Iun. in eodem caſu reſpondens,
conſ. 100. eiuſdem initij. col. 4. nu. 8. li-
bro primo. Carol. Ruin. conſ. 35. Adeo
plenè, nu. 12. libro primo. conſ. 106. Viſo,
col. antepenul. nu. 9. libro ſecundo. Hie-
ronym. Alban. conſ. 26. Vidi, nu. quarto,
verſic. & primò, allegans Alexan. conſ. 93.
Aliàs conſultus, col. ſecunda. nu. ſexto. li-
bro tertio. idem Alexand. conſ. 92. ſuper
eo. nu. 7. eod. vol.
2 Et niſi † vocatos eſſe liberos fateamur,
non valere ipſos in cōditione tantùm po
ſitos, & ab inteſtato, ac fortuito quodam
caſu ſuccedentes, in contractu ſiue in vl-
tima voluntate, per patrem alienata re-
uocare: ſecus ſi vocarentur, nollentque
patris hæredes remanere, vel exhæreda-
ti eſſent. Barto. in l. Lucius. huius initij. 2.
in fine. vbi Ioan. de Imol. col. ſeptima. ver
ſic. Item aduerte, quia dicit Bald. ff. de
hæred. inſtit. Paul. de Caſtr. in l. filiusfa-
milias. §. cum quis, nu. 3. verſic. Nam ſi.
de leg. primo. Franciſc. Aret. in prima con
clu. in l. prima. & ibi Iaſ. in 5. not. Socin.
col. 2. poſt nu. 9. in prima concluſ. & Lan-
cel. Dec. col. fin. C. de pac. Iacobi. de San-
to Geor. in dicta l. generaliter, in princip.
nu. 5. Alexan. conſ. 66. Viſo. col. 3. nu. 5.
lib. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 410. Viſo facto,
& dubijs. nu. 5. verſic. Præterea. lib. pri-
mo. conſ. 280. Præſuppoſito ſtatuto. col.
ſecunda. in fine. lib. 2. Socin. conſ. 62. Vi-
ſo capitulo ſubſtitutionis. col. 2. nu. 4.
conſ. 116. In cauſa filiorum. col. 3. in fine.
ante nu. quintū. verſic. Præterea mortuo.
libro tertio. Curt. Sen. conſ. 45. ſæpè re-
uoluta, nu. 12. Pariſ. conſ. 87. Vidi & le-
gi. col. penult. & fi. nu. 51. cum ſequen.
lib. 2. Lancell. Galiaul. in l. Centurio. poſt
nu. 386. & ibi Socin. Iun. nu. 297. de vul-
gar. & pupil. Didac. Toletan. in cap. Ray-
nutius. §. 3. circa princ. de teſtam. Nicol.
Euerar. in loc. dialectic. in argumen. à con
trar. ſenſu, ante fin. Guid. Pap. deciſ. 39.
Doctores in iure ciuili, nu. 2. in fi. verſic.
Et vtile eſt ſcire. Natta conſ. 551. Quo-
niam. nu. quarto. lib. 3. Ioan. Vincent. de
Anna alleg. decima. In cauſa. nu. 18. vbi
non reuocare alienata concludit, plures
allegans, vt per eum. Stephan. Bertrand.
conſ. 129. Dudùm. nu. 3. in 2. par. lib. 2.
Anton. Gomez. in comment. varijsque re
ſolut. Iur. ciuil. tom. 1. de vltim. volunt.
cap. 5. nu. 42. in 8. q. princ. fol. 61. Andr.
Gail. Agrippin. pract. obſeru. lib. 2. obſer.
* 136. nu. 19. verſic. Huius comm. opin. Ia-
cob.

cob.Menoch.conſ.577. Cùm de propoſitis dubitationibus,num. 34. verſic. Quarto accedit. lib.6.Mand.Albenſ. conſ.464. verba teſtamenti. num. 4. lib. 3. & Ioan. Franciſc. Purpur.conſ.351. Præſuppono primo.nu. 10.verſic. Quod patet.lib.1.

Sed cum à teſtatore filij præferantur, ſintque primo loco poſiti, & magis dilecti, quàm ſubſtitutus,vt expreſſe dicit d.l. Lucius,cum præcitatis Doctoribus, aſſerere inſtitutum, & grauatum non natis filijs alienare non poſſe, ſed ipſis natis, contra mentem teſtatoris redundare videtur.l.Publius. §. Tiria. ff. de condit. & demon. etenim videri (inquit Marcellus) contra voluntatem teſtantis, vt amplius ad ſubſtitutum perueniat, quàm ad puerum peruenire potuiſſet. Si igitur alienatio eſt propter ſubſtitutum prohibita, multo magis ob natos filios interdicta intelligetur, ne ipſi, qui ſubſtituto præferuntur,deterioris conditionis exiſtant. Cumque hęc conditio,liberorũ,non patris alienantis adiecta ſit fauore, non debet contra liberos interpretari, ſatiſque conſtat, hæredi alienationem interdixiſſe, cũ ſubſtitutum dederit. vnde quamuis voluerit filios ſubſtituto anteponi, non ex hoc alienandi libertas hæredi conceſſa cenſetur: ſi enim liberi non nominati ad excludendum ſubſtitutum in diſpoſitione exiſtunt. d.l.cum auus, ibi, quòd minus ſcriptum, quàm dictum fuerat inueniretur. facilius in diſpoſitione ij ad impediendam ab eorum patre faciendam alienationem arbitrantur, qui ſub conditione nominati reperiuntur. & ita poſt gl.no. in d. l.filiusfamilias. §.cum quis, in ver.extiterint.vbi Caſtr.ipſam exagerat, concludit Franc.Gratia.in trac.de vulg.& fideicom. ſubſti.fol.20. verſic. Non tñ teneo. & fol. ſeq.ſed à cõibus traditionibus iudicando, ac conſulendo, recedendum non eſt.

3 Neque † expreſſa tantum ex huiuſmodi diſputatione, verum alia longe maiora conſequi: nam filijs inſtituti patris hæreditatem repudiantibus, ſi ipſos non vocari dixerimus, ex propria perſona, non poſſent ad teſtatoris bona non alienata venire, cum ex eiuſdem diſpoſitione ad illa non vocentur Ang.& Io.de Imo. in d.l. Lucius,vbi Bal.in fi.verſic. vnde ſi iſti liberi.dicens idem tenere Cyn. & Iacob. de Are.Paul.de Caſt.in d.§. cum quis, verſi. licet enim.Nicol.Boer. deciſ.155. Gaillardus, nu.12.verſic.& ſecunda vtilitas,in 1. par.Galia.in d.l.Centurio. nu.386.& Socin. Iun. nu. 297. Natta dicto conſ.551. Quoniam.nu.5. verſic. eſt etiam alius effectus. lib.3.

4 Patre inſuper † inſtituto decedente, teſtantis hereditate non adita, nec aliquo tranſmiſſionis iure exiſtente, ſuitatis, ſanguinis, vel deliberandi, aut repudiata hæreditate præmoriente, liberi in totum excluſi dicerentur, ipſorum vocatione non admiſſa, aliàs ſecus, vt per eundem Galiaul. in dicta l. Centurio. d. nu. 386. ex Bar. Bal. & Io.de Imo. in dicta l. Lucius, id colligi dicentem. Boer. d. deciſ. 155. nu.13.verſic. Tertia vtilitas,Gerard. Mazzol.conſ.2.Philippus teſtator.nu.41.iſtãque opinionem, quòd data vocatione liberorum in conditione poſitorum, ijdem ad bona patri non quæſita admittantur in caſu caducitatis, vel mortis ante aditam hæreditatem, veram eſſe dicit Hieronym. Gabriel. alios allegans, & rationibus comprobans,conſ.115.Felix Palinus. nu.9.cum ſequen.

Sed Socin.Iun. dicto num.297. verſic. Tertio quia dubitando contradicit: eſto enim liberos vocatos cenſeri, eorum patre antè aditam hæreditatem decedente, non videt quo pacto ipſis cõſulatur, cum ſoleat tunc fideicommiſſum expirare. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell.cum Boer. tamen, Lancell. atque alijs, ſentit etiam Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei, §.cum ita, num.706. verſic. Sexta & vltima. d.tit. Socin. autem quod non vidit, apertiſſimè inſpexiſſet, ſi per Gabriel. in citato conſilio tradita, eius ingenij maxima quidem præſtantia, eruditioneque aliquando conſideraſſet. Siqueli-

5 beros † iſtos vocatos eſſe credimus, ſubſtituto etiam, qui ab inteſtato ipſos excluderet, præferuntur, vt per eundem Zanch. in dicto §.cum ita. nu.705. iunctis traditis nu.759. verſic. ex quibus. Maximè e-

6 tiam † ad inducendam reciprocam inter grauatos per ſubſtitutionem fideicommiſſariam, vel compendioſam pluribus factam,confert: nam etſi reciproca non reſultet. l.Lucius. §. Caio. d.tit. ad Trebel. niſi ſit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, ſecundum Antiquiores & Recentiores omnes in dicto §. cum ita, & in l.pater filiam. §.fin. ff. ad l.Falcid. in l.ſi pater impuberes. ff. de vul. & pupil. Alexan. conſ.93. Aliàs conſultus, col.3.nu.11. verſic. Nec contrarium, lib.3. Iaſ. conſ.33. Puto in caſu.nu.ſecundo. conſ.41. In hac ardua, nu. ſecundo. lib.primo. conſ.142.

In præſenti conſultatione. col. 9. conſ.
143. Iſta quæſtio, nu. 2. conſ. 206. Viſo te
ſtamento. num. 4. lib. 2. Socin. conſ. 77.
In hacconſultatione, nu. 8. conſ. 113. Su-
praſcripti, num. 9. lib. 1. conſ. 249. Mate-
ria, col. 4. nu. 6. & ſeq. lib. 2. conſ. 104.
Quoniam. nu. 7. & 8. lib. 3. Ioan. Bapt.
de S. Seuer. inter cōnſil. eiuſdem Socin.
conſ. 80. De duobus principaliter. ante
nu. 2. dicto lib. 1. Corn. conſ. 186. eiuſdē
initij, col. 3. nu. 3. conſ. 118. Videtur. nu. 9.
lib. 2. conſ. 273. Dubia ſatis, col. prima.
nu. 2. lib. 4. Ludouic. Gozad. in conſi. 64.
In cauſa. nu. 12. cōſ. 67. In hac cauſa. nu. 5.
Cur. ſen. conſ. 42. Quia inquit Bal. nu. 26.
Auguſt. Bero. conſ. 68. Puncto, & dubijs,
per totum. conſ. 69. Viſis ijs, conſ. 70. Du-
bitationibus, nu. 3. conſ. 78. In præſenti
cauſa, num. 15. & 17. lib. 2. Carol. Ruin.
conſ. 109. Videtur, nu. 7. libro ſecundo.
conſ. 126. Circa duo, nu. 8. conſ. 134. cir-
ca caſum. nu. 8. lib. 3. Pariſ. conſ. 37. Si
bona, nu. 38. conſ. 43. D. Ambroſius, nu.
25. lib. 2. conſ. 11. Duo ſunt, nu. 47. conſ.
39. An ipſa D. actrix, nu. 7. li. 3. Aym. Cra-
uet. conſ. 116. Verba ſubſtitutionis. nu. 7.
dicens ita fuiſſe poſt longam diſputatio-
nem per Curiam parlamenti Grationo-
polis iudicatum. Iacob. Mandel. Albens.
conſ. 31. Difficilis admodum. col. 1. nu.
2. cum ſequentib. vbi de magis commu-
ni opinione atteſtatur, canonizatamq́ue
eſſe per omnes Doctores modernos, idq́;
apparere ex Franciſ. Ripa in dicto §. cum
ita. nu. 14. vſque ad nu. 29. ubi Socin. Iun.
nu. 11. Oſaſc. deciſ. 110. Anno 1525. nu.
12. verſic. Non obſtat quartum. commu-
nemq́ue omnium ſententiam atteſtatur
Iaſ. in l. poteſt. nu. 2. ff. de vulgar. & pupil.
idem quoque tradit Sfort. Od. in tract.
compend. ſubſtitut. partic. 5. concluſ. 3.
Rub. Alexan. conſ. 100. Viſo, nu. ſecun-
do. Andr. Alciat. conſ. 87. fideicommiſſi,
nu. 8. lib. 9. Ioan. Cephal. conſ. 132. Teſta
tor. nu. 4. lib. 1. conſ. 166. eiuſdem initij,
nu. 20. lib. 2. Hieronym. Grat. conſ. 3. Vi-
ſis capitulis. nu. 34. vbi de communi opi-
nione, lib. 1. Socin. Iun. conſ. 176. Conſi-
deratis. nu. 11. & 14. lib. ſecundo. Iſtud
7 eſt verum, † cùm poſt mortem vltimi vo-
catorum per teſtatorem, ſecùs in condi-
tione poſitorum, ſubſtitutio facta conſpici
tur: nam ſi poſiti in conditione, ſecundum
Gloſ. opinionem in dicta l. Lucius, vocati
non cenſentur, ſed ipſis reſeruatum ius
legitimarum hæreditatum videtur, reci-
procum ijſdem fideicommiſſum minimè
factum intelligitur, cum nec expreſſa qui-
dem ſubſtitutio valeret. l. ab eo. C. de fi-
deicom. l. ſi fuerit. de legat. 3. eſtq́ue com-
munis opinio, vt per Soc. in dicto §. cum
ita. qui citat Ioan. de Imo. d. l. Centurio,
dum ponit intellectum d. l. Titia Seio, §.
Seia libertis, col. vndecima. verſic. Sinau-
tem, & in cap. Raynutius. in mater. com-
pendioſæ, circa finem. ext. de teſtam. di-
citq́ue facere notata per Bart. in l. codicil-
lis, in princ. ff. de vſufruct. leg. ac tradita
per Bald. & Salyc. in l. precibus. C. de im-
pub. idem quoque affirmant Petr. de An-
cha. conſ. 120. Pro clariori. col. 1. verſic.
Secunda ſubſtitutio. Alex. conſ. 91. Pon-
deratis his, nu. 6. li. 2. conſ. 105. Perſpectis
verbis. col. 3. ante nu. 5. eod. vol. conſ. 13.
Viſis & perlectis. nu. 11. li. 4. conſ. 202. Vi
ſo themate. nu. 3. li. 7. Iaſ. d. conſ. 143. Iſta
quæſtio. nu. 4. lib. 2. Soc. d. conſ. 113. Su-
praſcripti. in fi. lib. 1. d. conſ. 104. Quoniā.
ante nu. 10. lib. 3. d. conſi. 249. Materia.
nu. 6. lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 69. Quia de
ſubſtitutionibus. col. 4. nu. 11. conſ. 108.
Viſa, ac benè intellecta. col. 2. nu. 3. conſ.
109. Videtur omnino. nu. 29. conſ. 111.
viſo, ac perlecto. nu. 5. conſ. 119. viſo, ac
benè ponderato. nu. 4. conſ. 140. Viſo, &
benè intellecto. nu. 12. verſic. Nec etiam.
lib. 2. idem Ruin. conſ. 133. Circa caſum.
nu. 14. verſic. Et alia. conſ. 141. Viſo te-
ſtamento. nu. 11. verſic. Tertio principa-
liter. conſ. 142. Viſo, & perlecto. nu. 6.
verſic. Ad iſtud reſpondetur. lib. 3. Ludo-
uic. Gozad. conſ. 67. In hac cauſa, nu. 14.
Curt. Iun. conſ. 43. Habita. nu. 6. conſ. 33.
Præſupponitur. col. 6. verſic. Quod ſit.
Pariſ. conſ. 44. Subſtitutio. nu. 29. lib. ſe-
cundo. Socin. Iun. conſ. 151. Inſpectis.
nu. 10. cōſ. 164. Iam annus. col. 2. in prin.
poſt num. 5. conſ. 176. Conſideratis his,
nu. 14. & 15. lib. ſecundo. conſ. 145. Viſo,
nu. 13. lib. 3. Aym. Crauet. conſ. 306. Ver-
ba. col. 2. verſic. Præterea. Ioan. Cephal.
conſ. 268. Bona. nu. 21. lib. 2. conſ. 393.
Petit. nu. 44. lib. 3. And. Alciat. in l. vel ſin
gulis. ante nu. 16. verſic. ſanè quoties. ff.
de vulg. & pupill. Franciſ. Veggius conſ.
74. In cauſa. nu. 235. & 237. Vbertin. Zuc
card. conſ. 71. Viſa ac benè intellecta, nu.
3. verſic. Nec dici poteſt.
8 Etiamſi † aliqui eorum, quibus fit ſub-
ſtitutio, eſſent quidem vocati, alij vero in
conditione tantùm poſiti, vt quia dixiſ-
ſet teſtator, ſi filij mei hæredes inſtituti,
vel filij filiorum, deceſſerint ſine liberis,
tunc vltimo ipſorum ſubſtituo in tota hę-
reditate

reditate Titinm. Franciſ.Rip. in d.l.hære-
des mei. §.cùm ita. nu.29.verſic. Am-
plius idem eſſe videtur, dicens iſtam quæ-
ſtionem habuiſſe de facto, & propter mix-
turam, non videri inductum inuicem re-
ciprocum fideicommiſſum reſpondiſſe, vt
æqualis omnium ſit determinatio. l. iam
hoc iure. d.tit.de vulg. & pupil. Alciat. in
d.l. vel ſingulis, fol. pen. ante nu. 16. aſſe-
rens ita conſultum vidiſſe. Carol. Ruin.
conſ. 180. Quamuis copioſè. col.3. nu.6.
lib.2.citans notata per Barto. in l.Lucius,
verſic. Pone, quòd teſtator habebat.dicto
tit. de vulgar. & pupill. dùm vult, quòd ſi
teſtator habens duos filios impuberes, &
vnum puberem, illos inſtituat, inuicem-
que ſubſtituat, quòd nec inter ipſos im-
puberes intelligitur facta pupillaris ſubſti
tutio, ob puberis mixturam, cui non po-
tuit pupillariter ſubſtitui, dictæ l.iam hoc
iure. argumento. Ripæque opinio, ex no-
tatis etiam per Pariſ. dicto conſ. 44. ſub-
ſtitutio. col.4. in princ. lib. 2. communi-
tur. Contrarium tamen ex reflexione ra-
tionis dictæ legis, ac quorundam ſimiliũ
allegatione, tenuit Hieronym. Zanch. in
dicto §.cum ita. nu. 700. verſic. Sed ſu-
per prædictis. cuius aſſertio pluribus ra-
tionibus etſi roborari poſſet, quas conſul-
tò à breui præfatione abijciendas eſſe cen
ſui, non eſt, quòd à Ripæ, & præcitato-
rum opinione recedendum eſſe iudican-
do, ob ipſorum authoritatem arbitrer.

9 Prædictam † autem Imolæ, aliorum-
que doctrinam diſtinctione quadam Cur
tius Iun.conſ.139. Præſupponitur. col.6.
nu.20. cum ſequen. limitabat, tres caſus
conſiderando: quorum primus eſt, cum
grauatus hæres inſtitutus duplici ſub con
ditione reperitur, ſi ipſe deceſſerit ſine
filijs, vel filiorum filij ſine filijs. Secun-
dus, cùm nepotes in conditione poſiti
ſunt expreſsè grauati. Tertius, cum in du
bio verſamur, an teſtator filios ſub dupli-
ci conditione, an verò expreſſe nepotes in
conditione poſitos grauauerit, vt quia di
xerit teſtator, ſi filij mei deceſſerint ſine
liberis, vel filij filiorum ſine liberis, bona
mea in Titium deueniant. & per Imo. tra-
dita ad ſecundum caſum tantum reſtrin-
gebat: tunc enim cum grauamen non te-
* neat, ſecundum communem opinionem
contra Bart. in d.l. Centurio. tamquàm à
non honoratis relictum, dicta l. ab eo. vi-
detur quòd nec inter ipſos tacitum reci-
procum fideicommiſſum indncatur; Se-
cùs verò ſecundo caſu, cum grauamen
teneat, tanquàm ſub duplici conditione
primis inſtitutis iniunctum, iuxta aliam
communem opin. in eadem l. Centurio.
Idem tertio caſu concludebat: cùm enim
filij expreſsè inſtituti poſſent expreſsè gra
uari ſub duplici conditione, in dubio ex
mente Barto. in dicta l. Centurio, potius
ipſi quàm alij deſcendentes in conditio-
ne poſiti grauati cenſeantur, vt actus po-
tius valeat quam pereat. l.quoties, ff. de
reb.dub. vel ſaltem dicendum ſit ex Bald.
ſententia, hæreditatem ipſam grauatam
cenſeri, & fideicommiſſi onere affectam,
ad quemcunque vadat, & ita à ceſſante ra
tione, dicta l. ab eo. Curt.ibi argumenta-
batur. Contra eum inſurgit Hieronym.
Zanch. in dicto §. cum ita, nu. 701. alle-
gans Alexan.conſ.202. Viſo.col.1. lib.7.
confutantem rationem per Curt. allega-
tam. & Carol.Ruin. conſ. 141. Viſo.col.
penult. in fine, nu.14. lib.3. Doctores e-
nim non aſſerunt, poſitos in conditione
reciprocè ſubſtitutos non cenſeri, ea ra-
tione, quòd cum vocati non ſint, graua-
men non teneat, ſed quia eorum vltimus
grauatus non cenſetur, cum vocatus non
ſit, ſed primi inſtituti ſint ſub duplici con
ditione, & proinde ceſſat ratio d.l. Ti-
tia Seio, §. Seia libertis. de legat.2. & ſic
neceſſitas tacitum reciprocum fideicom-
miſſum præſumendi: nec inſuper inter
inſtitutos, quibus impoſitum onus cen-
ſetur, reciprocam ſubſtitutionem eadem
ratione oriri aſſerens, dum eius negati-
uum exemplum proſequitur. Sed ſi Bar-
tol.opinionem receperimus, quòd ſignan
ter grauati, honorati cenſeantur, & gra-
uamen teneat, licet in conditione po-
nantur: tunc tacita ſubſtitutio reciproca
præſumeretur, Imolæque opinio non pro
cederet, quemadmodum ita tenent So-
cin. conſil. 104. Quoniam præſens conſul
tatio, col.antepen. nn.8.verſi.Sed ad hoc.
lib.3. Carol. Ruin. conſil. 140. Viſa facti
narratione. col.fin.ante nu.18. verſic.ſuffi-
cit ergo.lib.3.& expreſſius conſ.145. Viſo,
& perlecto.col. 5.poſt prin. ante verſic. Et
iſtud etiam, eod.vol.Socin.Iun. conſ.145.
Viſo teſtamento. nu.35.& 36. lib.3. Præ-
ſentis igitur difficultatis concluſio, vt So-
cin.Iun.in d.§.cum ita, num. 10. in primo
caſu, vbi Zanch.nu.703. Sfort. Od. in di-
cto tract. Compend. ſubſt. partic.5. arti-
cul. 6.concl. 1. verſic. Et quidem iſta con-
clu.fol.70.atque alij alibi aduertunt; om
nium etiam quæ deſuper indicaui con-
ſtans reſolutio, ex veritate dicendorum

neceſſario deducitur, & circa proximam difficultatem inducendi reciprocum fideicommiſſum ex compendioſa, vel fideicommiſſaria in tota hæreditate poſt mortem vltimi, aduertunt Petr. Ant. Anguſc. conſ. 37. ex verbis. nu. 6. verſic. Quod ſi vereor. lib. ſexto. & Tiber. Decian. conſ. 26. verba teſtamenti. nu. 56. lib. 2. nouemque vtilitates ex huiuſmodi inueſtigatione reaſſumpſit. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. par. lib. 4. præſump. 76. à nu. 96. vſque ad nu. 101. aliasque multas proſequitur Petr. Anton. de Petr. in tractat. de fideicom. prohib. quæſtio. 9. à nu. 229. vſque ad nu. 244. vt non abre intricatam difficilemque iuris ciuilis materiam interpretari diuinis auſpicijs aggrediar.

TRACTATVS CELEBERRIMI IVRISCONS. D. IOSEPHI DE RVSTICIS, PATRICII AQVILANI,

An, & quando liberi in conditione poſiti vocentur.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, ex l. cùm auus. ff. de condit. & demonſt. ſubintellecta, vocatos ex teſtamento; ſecundum communem opinionem non cenſeri. ſed nu. 13. cum ſequen. hac opinio confutatur, nec à communi diſceditur.*

2 *L. cùm auus. d. tit. diſpoſitionem, ſecundum Io. de Imol. exorbitantem videri. nu. autem. 23. ex Bart. ſententia non recipi.*

3 *Specialia duo circa idem non concurrere. quod nu. 15. declaratur.*

4 *Indefinitã orationẽ, vniuerſali æquipollere.*

5 *Leges interpratantes, intellectum interpretata legis recipere.*

6 *Tranſmiſſione granato ſuccedi. Quod nu. 16. enucleatur.*

7 *Hæredem hæredis, teſtatoris eſſe hæredem. ſed nu. 18. exponitur.*

8 *Succeſſionum verbo, ſobolem, poſteritatemq́; ſignificari.*

9 *Parentum commune votum eſſe, liberis diuitias parare.*

10 *Fideicommiſſum, ita demũ mente coniecturata induci, ſi cõiectura, verbis expreſſis, aut conditione, ex teſtamento colligatur.*

11 *Niſi, dictionem, ſemper excipere, ſuiq́; contrarium ponere.*

12 *Socinum laudibus extolli.*

13 *L. cum auus, ff. de cond. & demonſt. interpretari.*

14 *L. generaliter. §. cùm autem, C. de inſtitu. & ſubſtitu. declarari.*

17 *L. cohæredi. §. cùm filia. ff. de vulga. & pupillari. enucleari.*

18 *L. ſi vnquam. C. de renoc. donat. ſenſu donari.*

19 *Patrem viuentem, proprijs bonis propter filios priuari, periniquum eſſe.*

20 *Patrem præſumi, optimum pro filijs conſilium capere.*

21 *L. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. intelligi.*

22 *Argumentationem à contrario ſenſu non procedere; vbi abſurdum reſultaret, vel legum correctio.*

24 *L. cùm auus. alio intellectu ex l. 3. C. de inoffic. teſtam. exornari.*

25 *Leges claras, ex Pauli Iuriſconſulti ſententia, corruptionem non pati.*

26 *Liberos in conditione ex d. l. cùm auus, ſubintellectos, in legatis etiam, & fideicommiſſis particularibus, communi opinione retenta, vocatos non eſſe.*

CAP.

CAP. I.

VOcationis propoſitæ libe
rorum difficultas, cum in
duplici conditione conſi-
deat: ideo circa vtranque
pro abſoluta, ac diſtincta
cognitione inſiſtere oportet. Dumq; ſigil
latim, an in conditione ex l. cum auus. ff.
de condit.& dem.l.generaliter. §.cum au-
tem, C.de inſtit. & ſubſtit. l. cùm acutiſſi-
mi. C.de fideicommiſſ. ſubintellecta, libe
ri poſiti, cenſeantur ex teſtamento vocati,
dubitationem Doctores proponunt, in il-
1 lam opinionem, † qua ipſos non vocari ex
teſtamento aſſeritur frequentius inclinãt,
vt videre eſt apud Bald. in d.l.cùm acutiſ-
ſimi. col. 3. verſic. Ne videatur. vbi Paul.
* de Caſtr. communem eſſe dicit, & Corn.
col.fin. Anton. Corſet. in Repert. Abbat.
in fi.col.11.in q.incip. Vtrum per iſta ver
ba, in reſponſ.ad 7.argum. part.affirm.vbi
meminit cõſilij Rayner.de Forli. poſt Pet.
de Anchar.in cap.in præſentia, de probãt.
idẽ Caſtrenſ.conſ.14. Si contingat. nu.2.
conſ. 86. Dubitatio vertitur, nu.8.lib.1.
Alexan.conſ.185. Viſo titulo quæſtionis.
col.6.ante nu.18.verſic. Septimo non ob-
ſtat. lib. 2. conſ.92. Super eo. poſt nu.7.
verſiculo, Quinimò ibi non dicitur. lib.3.
Socin.in d.l.cum auus. col.55. num.111.
Socin.Iun.conſ.75. Anceps. nu.17.verſic.
Et licèt. lib.3. Iacob. Mandel. conſ.7. In
cauſa iſta. nu. 22. poſt Petr. de Anchar.
conſ.426. Quod ſupra. quem etiam alle-
gant, iſtam opinionem tenendo, Anton.
Gabriel.lib.4.de fideicom. concl.2.in 15.
limit. nu.85. & Franciſ. Mantica in tract.
de coniect.vlt.volun. lib. 10. tit.7.nu.21.
verſic. Tertiodecimò hæc coniectura. fol.
* 249. & ipſe de communi poſt Caſtrenſ. at
teſtans, idem quoque, ſed diſputatiuè tra
dit, lib. 11.tit.2.ante nu.13. Nouiſſ. Pari-
ſienſ. conſ. 1. Analyt. incip. Franciſcus de
Arynio. verſic.in tantum, fol.71. Lancel.
Galiau. in l. Centurio. in vlt. q. tertiæ q.
princ.in 1.ampliat.ante nu.99. ff.de vulg.
& pupil. Hierony. Zanch. in d. l.hæredes
mei.§.cum ita, nu.565. Riminal. Sen. cõſ.
183.nu.14.ad fi.li. 1. Carol. Ruin. cõſ.35.
Adeo plenè.nu. 12. lib. 1. Cur.Sen.de cõ-
* muni, conſ.45. Sæpè reuoluta. nu.12.ver-
ſic. Et multo minus. quod eſt conſilium
totius Collegij Papienſis. Hieron. Alban.
conſ.26. Vidi. nu.7.verſic. Quoniam ſi in
ſubſtitutione. Thob.Non.in l.1. in 1.not.
verſic. Primus eſt. C. de pact. Proſp. Pa-
ſeth. conſ.134. Pro reſolutione dubiorũ.
col.3.in fi.verſic. Nec obſtat hoc caſu. Io.
Vincẽ.de Anna. alleg. 10. in cauſa. nu.15.
verſic. Sed dato, poſt Bald. Alex. & Socin.
quos refert, propterea in fi. inquiens, non
reuocare per patrem alienata, vt ſupra di-
cebam. Ang.Ber.conſ. 110. Materia propo
ſitæ quæſtionis. col.15. nu.44. verſic. Mi-
nus etiam.lib.2. Steph. Bertran. conſ.23.
Ex themate.col.5. nu.20. & ſeq. in 2.par.
lib. 1. Iacob.Menoch.conſ.95. Et ſi doctè.
nu.22.lib.1. Io.Ceph. conſ.517. Illuſtriſ-
ſimus Comes.nu.56. verſic. Poſtremo mo
ueor. vbi de communi reſolutione poſt
Caſtrẽſem teſtatur. Rurſus Menochius in
d.tract.de preſump.par.2.princ. lib.4.pre
ſumpt. 89. in fi. nu. 184. poſt Anton. de
Padill.in d.l.cùm acutiſſimi. nu.46.verſic.
Contrariam ſententiam. C. de fideicom.
Hierony.Gabriel.conſ.93. Bartolomæus.
nu.29.verſic. Tamen exploratum eſt. li.2.
Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fidei-
com.artic.28.nu.6.verſic. Quartò ad hoc,
textus, fol.255.

Opinionemque iſtam ex d. l.cùm auus.
probari primò aſſerant, dum fideicommiſ
ſi tantum conditionem coniectura pieta-
tis defeciſſe, non autem filios vocatos eſ-
ſe, Papinianus autumat: id enim ſi voluiſ-
ſet, vtique expreſſiſſet. l.vnica. §.ſin autem.
C.de caduc.toll. cumque diſponendo, cõ
ditionem non expreſſam ſubintelligi, di-
2 cta lex exorbitans † detegatur, ſecundum
Ioan. de Imol. in l. filio præterito. ff. de
iniuſ.rup.teſtam. Andr. Barb. in d. l.cum
acutiſſimi.col.45.Socin.Iun.d. conſ.100.
Præſupponitur. nu.9. conſ.128. Præſen-
tis conſultationis materia. nu.35.lib.1.nõ
magis ipſam, aduerſus l.ſi quis ſub condi
tione.ff.ſi quis omiſ.cau. teſtam. conuenit
extendere. Inde etiam duo ſpecialia emer
gerent, vnum quòd in pura diſpoſitione
tacita conditio ſubintelligatur; alterum
quod poſiti in conditione vocati dicãtur,
3 reluctante † l. 1.C.de dot. promiſ. l.ſeruũ
filij, §.fin.de leg. 1.gloſ.in l.cùm poſt. §. ge
ner.ff.de iur. dot. Bart. in l.iuris gentium.
§.quinimò. ff. de pact. Socin. in l. legem.
nu.9. C. eod. & quidẽ in materia fauora-
bili.idẽ Soc. cõſ.94.nu.3. in fi.lib.3. Imò
dum fideicommiſſi conditionem vult de-
feciſſe, quamcunque eiuſdem fideicom-
miſſi conditionem includit, cùm indefini-
4 ta † oratio vniuerſali æquipolleat. l.ſi pluri
bus, de legat.2. l.ſi plures. de leg.3. ſi ergo
filij vocarentur, non omnis fideicommiſsi
conditio, contra tex. literam defeciſſet.

Nil

Nil aliud. d.l.generaliter. §. cùm autem.
indicat, dum euaneſcere ſubſtitutionem,
non filios vocatos eſſe concludit. prædi-
ctasq; tex. in l.cùm auus, admittendo in-
5 ductiones, aliæ leges, † quæ ad ipſius in-
terptetationem confluunt, intellectũ in-
terpretatæ legis recipiunr. l.nihil.vbi Bar.
ff.de coniung.cum emancip.liber. Ptoin-
de idem ex d. §. cùm autem, audacter po-
ſtremò proferunt: nam ſi hoſce liberos in
hac racita conditione poſitos, cenſeri vo-
catos, conſtans eſſet, ſequeretur grauatũ
hæredẽ ad proprios filios portionem iſtã
non tranſmittere, cum tali tranſmiſsio-
6 ne, † ex patris perſona liberi dicantur ſuc
cedere, iuxta l.vnicam, C.de his, qui ante
aper.tabul. ſed ſi illa eſſent conditione vo
7 cati, dicerentur teſtatori † ſuccedere. l.co-
hæredi.§.cum filiæ, de vulg.& pupil.quod
eſt falſum; Nec tranſmiſsionis iure habe-
rent, ſed fideicommiſsi, quod pariter ab-
ſurdum redditur.

Et ſi cum Rayner. de Forli. diceretur,
decisionem iſtam dictæ. l. cum acutiſſimi.
rationi aduerſari, cum ob id tex.velit con
ditionem illam intelligi, quòd veriſimile
ſit teſtatorem alienas ſucceſſiones noluiſ-
ſe propriæ anteferre, & propterea appa-
rere liberos iſtos ad ſucceſſionem vocare.
Rñdetur, ratione illa Imperatotem id ſan-
xiſſe. Quodſi teſtator eius filium inſtitu-
tum hæredem, liberos cogitaſſet ſuſceptu
8 rum, nunquam alienas ſucceſſiones, † id-
eſt ſobolem, poſteritatemq́ue vt poſt Bal.
& alios ibi, Cor.enucleat, propriæ prætu
liſſet, & ſic coniecturatur lex, non eſſe veri
ſimile, patrem ſi de nepotibus cogitaſſet,
talem feciſſe ſubſtitutionem, fideicommiſ
ſique onere filium grauaſſe, non autem
iſti poſteritati reliquiſſe, cuius contemp la
tione expreſſum fideicõmiſſum irritatur,
vt in dicto §.cum autem, exprimi videtur.
Simile in donatione perſpicitur: ſi quis e-
tenim carens liberis, bona eius omnia, vel
partem aliquam donatione fuerit elargi-
tus, poſteaque liberos ſuſceperit, licèt do-
natio reuocetur, cum ſi donator ſe ſuſce-
pturum liberos cogitaſſet, pietatis conie-
9 ctura, communique † parentum voto. l.ſcri
pto.in fi.ff.vnde libe.Cor.conſ.97. Primò
conſultus.in prin.lib. 1. Soc.Iu.conſ.102.
Viſo teſtamento.col.7.nu.28. lib.1. conſ.
98.Viſo puncto.col.3.nu.8.conſ.172.Pul
chra certè. nu.23. lib.2. nunquam donaſ-
ſet.l.antep.C.de reuoc.donat. non tamen
illud, quod intuitu, contemplationeq́ue
ſuſceptorum liberorum reuocatur, eis ac-
quiritur, ſed in eiuſdem donatoris, vt in
fi.tex.eſt arbitrio, poteſtateque mãſurum.
10 Præſertim † cùm ita demum ex defuncti
mente coniecturata fideicommiſſum de-
beatur, ſi coniectura verbis, aut conditio-
ne à teſtatore in teſtamento expreſſa elicia
tur. l.quidam cum filium. ff. de hære. inſt.
Soc. in d.l.hæredes mei. §.cùm ita. col. 5.
verſic. Ex dictis tamen Bal. ff. ad Treb.Pa-
riſ. conſ.77.Ser Petrus.col.3. nu. 11. ver-
ſic.eſt benè verum. lib.2. conſi.31. Conſi-
derato primo capite. col.3. nu.12.conſ.
86.Ad veram reſolutionem.col.4.nu.21.
eo.vol.poſt ipſum Bal.in d.l.vnica. col.fi.
verſic.Quæro de tali quæſtione, in fi.C.de
his, qui ante aper.tab.Alex.conſ.202. Vi-
ſo themate.in fi.poſt nu.7.verſic. Item re-
ſpondetur. lib.7. Eadem denique opinio
probari ex tex.videtur.d.l.cum acutiſſimi.
dum ſimpliciter, & regulariter in ptin. Ali
quo, inquit, filium inſtituente, ac poſt mor
tem reſtitutionis onere grauante, non ali-
ter videri diſpoſuiſſe, niſi filio ſine filijs de
cedente. non aliquid igitur ex ſenſu con-
trario dicitur, cum filijs eo moriente diſpo
ſuiſſe, arg.l.1.§.huius rei.ff.de offi.eius, cui
11 mand. eſt iuriſ. Idq́ue Niſi, dictio, † ſatis
aperit, quæ ſemper excipit, ſuiq́ue contra
rium ponit. l.actione, vbi not. C.de tran-
ſac. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarum, ff. ſi
quis caut. Alex. conſ.39. Circa vltimum
dubium.nu.1.lib.7.Soc.Iun.conſ.63.ſub
tilis admodum. nu.36. lib.1. Pariſ. conſ.
96.In præſenti cauſa. nu.109.lib.1. Sed ſi
exiſtentibus filijs, cenſeretur illis grauatus
reſtituere, aliter diſpoſuiſſe, repugnando,
diceretur, filijs ſcilicet, vt ſtatim dixi, exi-
ſtentibus, quod eliminandum videtur.

Contrarium autem ſubſtinendo, poſ-
12 ſent Socini, † quo vt de Acbylle apud Ho
merum Vliſſes Odiſſeæ 11.

Οὔτι ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, οὔτ᾽ ἄρ ὀπίσσω,

13 rationes ſic euitari. Quod etſi † d. l. cum
auus, aliquorum aſſertione, exorbitans
iudicetur, optimo nihilominus intellectu
proceſſit, ſecundum pietatem, ac æquita-
tem, quæ ab initio iuris prudentiæ viguit,
nec primordiale reſponſum tantum ita
obuenit, ſed eodem optimo intellectu la-
tior interpretatio, ſeu ampliatio dicti, §.cũ
autẽ, extitit promulgata. Vnde cùm in d.l.
cũ acutiſſimi, dixerit Imperator: Ne videa
tur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs
anteponere. & in d.l.cum auus, Papinia-
nus, fideicommiſſi conditionem coniectu
ra pietatis defeciſſe, quòd minus ſcriptum
quam dictum fuerat, inueniretur, per di-
ſpoſi-

ſpoſitionem,& certum vocis organum,ſub
ſtitutionis excluſio, ſenſu iuris, facta intel
ligitur, filiorumq́ue incluſio. Id ipſum
14 ex † verbis dicti. §.cum autem, corrobora
tur, ibi,non eſſe ueriſimile,patrem ſi de ne
potibus cogitaſſet, talem feciſſe ſubſtitu-
tionem: ergo contrariam, & quemadmo-
dum in d.l.cum auus, Iuriſcõſultus inter-
pretatur. Faciunt etiam verba illa in eodẽ
§.cum autem. liberis eam excludentibus.
per liberorum ſcilicet incluſionem, vt v-
nius incluſio, ſit alterius excluſio, & pari-
formiter, cum de excluſione ipſa diſpoſi-
tionis agatur. Reijcitur ergo quod Soci-
nus dicebat, in d.l.generaliter. §.cum aũt.
diſponi ſubſtitutionem euaneſcere, non fi
lios vocatos eſſe: ſequentia enim, & con-
iuncta verba nihil aliud indicant, quàm fi-
liorum, vt eſt dictum, vocationem. Non
15 obſtat † duorum ſpecialium allegatus con
curſus, cum non ſit nouum in iure, circa
idem duo ſpecialia concurrere, tum quan
do vnum in alterius conſequentiam indu
citur. Bar.in l.ſi ſub conditione, ff.de ſolut.
tum etiam, quando ex odio, vel fauore,
non in conſequentiam, ſed principaliter.
l.generaliter. C.ad Velleian.in materia na
turalium filiorum, & alibi explicaui, vt fru
ſtra repetam. Addo tamen tex. in l.1.§.&
vt plenius. C.de rei vxor. act. vbi ex rece-
ptione dotis per maritum priuilegium ſti
pulationis oritur, & hypothecæ. Nec dica
tur, fauore dotis ſpeciale illud eſſe, vt vo-
luit Io.Cro.in l.ſi is,qui pro emptore. col.
49.ff.de vſucap.non ex d.§. & vt plenius,
ſed ex d.l.generaliter.quoniam ſi ita eſſet,
deberent etiam in d.l.1. C. de dotis pro-
miſſ. duo ſpecialia fauore dotis concurre-
re, ex quo in dote verſamur, quod tamen
Doctores negant, fundantes in tex.de do-
te loquente, ipſorum regulam, licèt illam
non probet. Nec admittitur, ſpeciale eſſe,
in conditione liberos poſitos, vocatos cen
ſeri, ex ijs, quæ ad l.ſi quis ſub conditio-
ne.ff.ſi quis omiſ.cau.teſtam. ſtatim dice-
mus. Non repugnat, quòd per tranſmiſſio-
nem ex patris perſona liberi ſuccedant. d.
l.vnica, C. de his qui ante apert. tabul. &
ſecus foret, data vocatione, nam teſtatori
ſuccederent, d.l. cohæredi. §. cum filiæ.
quòd, Socino aſſentiendo, abſurdũ cenſe
16 tur. Nam & ſi dicatur, quòd quis † non ve
niat ex trãſmiſſione, niſi hæres fuerit trãſ-
mittentis, Pau.de Caſt.in l.ſi quis filium.
C.de inoff.teſt.vbi Iaſ.col.2. verſic. Sextò
limito. Aym. Crauet. in l. cum filiofami-
lias. in 2.par. nu.340. ff. de leg. 1. cum ta-
men tranſmittatur, tanquam acquirendũ,
non tanquam acquiſitum. l.ſi quis filiusfa
milias. ff.de acq.hæred. videtur quòd pri-
mo teſtatori virtualiter ſuccedatur, vt con
cludit Iaſ.in l ſi infanti. ante nu.16. C. de
iu.delib. Carol.Ruin.conſ.39. Viſo thema
te.col.4.num.7. cum ſeq. lib.3. quicquid
idem Ruin.dixerit, conſ.22. Viſis ſtatutis.
col.pen.num.15.& 16.eod.lib.3.
17 Vlterius † nequicquàm vrget d.l.cohæ
redi. §.cùm filiæ.ibi enim tantùm dicitur,
quòd fideicommiſſo propriæ facultates fi-
lij non tenebuntur, idque veriſſimum eſt,
ac rationabile, cum teſtator non poſſit de
alienis regulariter diſponere.eius ergo di-
ſpoſitio in fideicommiſſo, reſpectu tantum
bonorum ſuorum procedit, quod ſibi tex.
voluit, verumq́ue eſt, fideicommiſſarium,
ex diſpoſitione teſtatoris, fideicommiſ-
ſum conſequi, ſed vt teſtatori ſuccedat, qui
iam ſucceſſores habuit, ſicut ibi non pro-
batur, ita non viderur ſimpliciter verum:
nam cum bona iam ad grauatum deuene-
rint, fideicommiſſarius ei dicitur in ipſis
ſuccedere: contraria verò aſſertio, reſpectu
diſpoſitionis, ſeu ordinationis procedit,
verè tamen grauato ſucceditur, ſimileq́ue
in pupillari ſubſtitutione conſiderat Bal.
conſ.216. Caſus talis eſt.in fi.li.3. Non eſt
propterea dicendum, fideicommiſſarium
grauati hæredem eſſe, prout ẽt teſtatoris
hæres non eſt, ſed dicitur in ipſis bonis gra
uato ſuccedere, ex teſtantis diſpoſitio-
ne, ex hocq́ue poteſt dici teſtatoris ſuc-
ceſſor, vt conſiderat idem Socin. in dicta
l.cum auus. col. 52. verſic. vndecimò di-
cebatur. Vel ſecundo, ex intentione So-
cin.Iun. poteſt reſponderi, quòd dum di-
citur, fideicommiſſarium teſtatori ſucce-
dere, procedit mediante perſona grauati,
de cuius manu accipit, & cui immediatus
ſucceſſor dicitur: nec inconuenit ita eſſe,
cum hæres hæredis, teſtatoris, & primi mo
rientis ſit hæres. l.fin. vbi Doc.not. C.de hę
red.inſtit. & ante eum ſic declarant Cor.
conſ.97. Primò conſultus, nu.9. li.1. Cur.
Iun.conſ.101. Habita diligenti conſidera-
tione.col.2.in fi.nu.4.& 5.
18 Minus aduerſatur † d.l.ſi vnquam.nam
diuerſa ratione, ſuſceptis liberis, in patris
viuentis arbitrio bona reuertuntur, ſub e-
iuſdem poteſtate manſura, vt non proce-
dat de vna ad alteram legem illatio: per-
19 iniquum † enim eſſet, donata reuocari, &
filijs, viuente patre, acquiri, qui bonorum
ſuorum dominio propter filios deſtitutus
remaneret. l.1.§.impuberi.de coll.bo.l.fi.

de

de liber. agno. l.in ſuis. de liber. & poſt. Confidit ergo lex, ſuſceptis liberis, non alij bona eorundem intuitu ac fauore reuerſa, ipſum relicturum. dicta l. ſcripto. in
20 fi. præſumitque † eum pro filijs meliorem prouiſionem accepturum. l.fin. C.de cura. fur. l.nec in ea. ff.de adult. cum ſimil. & in terminis d.l.ſi vnquàm. deducunt lo. Cephal. conſil. 94. In præſenti caſu. nu. 25. & ſeq. lib. 1. Hieron. Gabriel. conſ. 112. Tres quæſtiones. nu. 3. in 2.q. ſatisque habuit lex, rem ad priſtinum ſtatum reducere. Et ſi diceretur, idem in conditione poſitis videri, vt ab inteſtato vocati intelligantur, tanquàm lex confidat, patrem pro filijs optimum conſilium ſuſcepturum, Reſponſio in promptu adeſt: nam cum de auitis bonis agatur, quæ alij non relinquuntur niſi filio, & ſubſtituto denique ſublatis filijs, ex legis diſpoſitione, tanquam minus ſcriptum & plus dictum, inſtituto decedẽte cum filijs, prudens conſilium mediatè in præferendo inſpiciendum eſt; non ſic in d.l.ſi vnquam, vbi pater immediatè per legem admittitur, bona elargita in eius ditionẽ reducendo, & ſic cauſatiuè, vt Gabr. aſſerebat, ad filiorum beneficium, tãquàm incautè, imprudenterque donauerit. Vt diuerſum ſanè ſit, bona aliena, reſpectu inſtituti, illa ad filios in conditione poſitos, vti prædilectos, referendo, in alterius arbitrio alienabilia conferre, quàm viuentis patris, bona ex legeque admoniti, in eiuſdem poteſtate retrahere, iuris quadam credulitate, filijs relinquenda. Non obſtat d. l.quidam cum filium, ex iis quæ notabiliter tradit Fulgoſ. conſ. 15. Proponitur. nu. 2. in fi. & 3. Cur. Iun. conſ. 121. Præſupponitur in facto. nu. 10. & 17. l.vnum ex familia. §.pen. & fin. l.cum proponebatur. ff.de legat. 2. Sufficit enim quod verba adſint, quæ aliquo modo menti deſeruiant. And. Alciat. in l.ſi quis in fundi vocabulo. nu. 5. de legat. primo. Cur. Iun. conſ. 54. Viſis. nu. ſexto.

21 Poſtremò † d.l.cum acutiſſimi, non contradicit: verba enim illa, Non aliter diſpoſuiſſe, ad fauorem, commodumque inſtituti referenda ſunt, non vt liberorum recedat vocatio, quorum cauſa non poteſt ex illis argumentum à contrario ſenſu deduci: quod nec recipitur, cum aliquod abſur-
22 dum, † vel inconueniens ex eius ſubauditione ſequeretur. l.conuenticulam. C.de epiſc. & cleric. vel legis correctio. l.2. C.de condit. inſert. l.2. ff.de offi. eius cui mand. eſt iuriſdi. & quod maius abſurdum excogitari poſſet, quàm ex huiuſmodi argumẽtatione proueniens? coniungendo dictã l.cum acutiſſimi, cum d.l. cum auus. ibi, quòd minus ſcriptum, quam dictum fuerat, inueniretur; inconueniensque maius, ac deteſtabilius ex eiuſdem. l.cum acutiſſimi, finalib. verbis aperitur, ibi, ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, adeo quòd data antepoſitione, neceſſe ſit poſitionem cõcedere, & propterea quam inquirimus diſpoſitionem.

23 Extenſionis † etiam oppoſitio extricatur, ob exorbitantiam d.l.cùm auus, ex Io. de Imo. in d.l.filio præterito. iſtud namque traditis per Bart. in l.hæredes mei. §.cum ita, ff.ad Trebel. & per Doct. in l.pen. C.de impub. & al. ſubſti. non nihil repugnat, vbi d.l.cùm acutiſſimi, præſumptionem allegando, ad illarum legum caſus ipſam extendunt, quæ in portione non retinenda, ſed nouiter acquirenda loquuntur, vt à paritate rationis extenſionem patiatur, quemadmodum idem Soc. affirmat, conſ. 93. Teſtamentum præmiſſum. nu. 29. lib. 4.

Cæterum ad l.cum auus, redeundo, e-
24 ius verba attendenda † ſunt, dum conditionem, pietatis coniectura, defeciſſe inquit. ſi ergo pietate coniecturata, auum erga liberos ad ſubſtituti excluſionem, motum fuiſſe aſſerimus, liberorumque incluſionem, ex teſtamento penitus accipiendum eſt, argumento ſingularis text. in l.3. verſic. ſed cum eam. C.de inoffi. teſtam. vbi pari ratione Imperator, iiſdemque ferè verbis, inſtitutionem matris puerperio vita decedentis, repentinique caſus iniquitate correptæ, præterito poſthumo, cui nihil præter maternum fatum imputari poterat, virilem portionem, ac ſi omnes filios hæredes inſtituiſſet, per coniecturam maternæ pietatis tribuit. Reiectis itaque Socini rationibus, aduerſus ipſum iure con-
25 cludendum foret, cum leges † admodum perſpicuæ corruptionem non patiantur: nec oporteat ius ciuile calumniari, neque verba captari, ſed qua mente, quid dicitur, vt Paulus libr. ἐπιτομῶν admonet, animaduertere conueniat. Non eſt tamen à diuerſa opinione, tanquàm receptiori recedẽdum τὸ ἐμφανὲς κἀν τοῖς πολλοῖς quicquid Lud. Roma. in l.ſi cum dotem, in princ. nu. 39. in fi. ff.ſol. matr. contradixerit.

Opinioque iſta Socin. ac aliorum, vt liberi ex ſubintellecta conditione non ſint
26 vocati, ampliatur, † vt procedat etiam in legatis, & fideicommiſſis particularibus,

ex

ex ijs quæ reſpondendo dictæ, l. generaliter. §.cum autem. tradit Berous dicto conſ.110.Materia propoſitę quęſt.nu.44. lib.ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, vocatos non eſſe, cum Accurſ. qui aſſerant, magiſq; communẽ opinionem Doctorũ eſſe dicant.*

2 *Liberos in diſpoſitione poſitos per patrem alienata reuocare.*

3 *Legitimã reſtitutionis oneri non ſubiacere.*

4 *Legitimam, iure Digeſt. quadrantem fuiſſe, ſed Auth. iure in trientem auctam.*

5 *Dare verbum, dominij tranſlationem propriè ſignificare.*

6 *Verbum, quod ad diſponentẽ, eiuſq; bona, & ad eum pariter in quem diſponitur, eiuſq; bona referri poteſt, ad diſponentẽ referri.*

7 *Verbum quodlibet in contractu intelligi, ne fruſtratorium ſit.*

8 *Commune quod eſt, meum dici poſſe.*

9 *Liberos reſtituere rogatos, duas quartas detrahere, cum vtriuſque quarta detractio eodem tempore non concurrit.*

10 *Trebellianica detractionem, liberis primi gradus prohiberi non poſſe, etiam cum duæ quartæ detrahuntur. Sed ante nu. 13. id nouiſſime tutum non videri.*

11 *Alienari re prohibita, ſi alienetur ex noua cauſa, alienationem confirmari.*

nem, quàm veram ipſam cenſet. & de cre
briori opin. meminit Iacob. Berret. conſ.
63. Pro reſolutione. num. 7. conſ. 74. Hæc
cauſa. nu. 1. conſ. 78. licet. nu. 1. Horat. Mã
doſ. in addit. ad Rom. conſ. 32. Viſa muni-
cipali. in ver. Subſtituto pręferre. de magis
communi fidem faciens.

MVLTIS Hæc concluſio argu-
mentationibus fulcitur, &
vt prima ratione vtar, Si li-
2 beri † iſti eſſent poſiti in di-
ſpoſitione, poſſent per pa-
trem alienata reuocare, arg. l. fi. §. ſed quia.
& auth. res quæ, C. commun. de leg. quòd
cum iure non ſubſiſtat. l. 1. C. de pact. ab-
ſurdum redditur, ipſos ex teſtamento vo-
cari; primamq́ue hanc partem Io. de Imo.
in d. l. Lucius. verſ. Item aduerte. huiuſmo
di inductione ratam, firmamq́ue faciebat.
Quæ ſtatim à Ludo. Roma. in d. l. ſi cum do
tem, in prin. exploditur, vt ex eo ſextantem
filius non reuocet, cum ſextans iſte hære-
ditatis, debitam alienanti legitimam non
3 tranſcenderet, quæ † fideicommiſſi oneri
non ſubiacet. l. quoniam in prioribus. C.
de inof. teſt. ibi enim duo erant filij, quo-
rũ legitima triens eſt, auth. nouiſſima. d. tit.
& ſic portio legitimæ Philini, erat ſextans:
dicebatq́ue Rom. iſtum eſſe verum dictæ
legis ſenſum, cum quo And. Barba. in d. l.
cum acutiſſimi. fol. 22. ver. Octauo videtur
caſus, C. de fideicom. pertranſibat, referẽs
per illum tex. D. ſuum Io. de Imo. dum d. l.
Lucius, interpretaretur, tenete hanc opin.
vidiſſe, & audiuiſſe. Sed cum hæc ſolutio
per Alex. in d. l. 1. nu. 10. Iaſ. nu. 9. Io. Mar.
Rimin. col. fin. verſic. Tamen ipſe Roma-
nus, & Io. Bolognet. nu. 46. verſ. Commu-
niter tñ improbetur, ac etiam per eundem
Alex. alibi conſulendo, cuius conſilia re-
fert Iaſ. & ſe ſubſcripſere Socin. Iun. in d.
l. Centurio. nu. 296. verſic. Præterea tunc
legitima. ac remiſſiuè Franciſc. Ripa poſt
nu. 159. de vul. & pup. iure enim Digeſto-
4 rum, † & Codicis, legitima erat quadrans.
l. Papinianus. §. quarta autem. & §. quoniã
autem quarta ff. de inof. teſt. l. parentibus,
& l. cũ quæritur. C. eod. & proinde Philini
legitima ſexcunx tantum eſt, licèt Authen
ticorum iure aucta fuerit, vt hodie triens
ſit. §. 1. Auth. de trien. & ſemiſ. vnde ſumi-
tur auth. nouiſſima. C. de inof. teſt. propte-
rea ex intentione ſcribentium dupliciter
reſpondetur.

Primò, quòd ſextans, quem Philinus
Frontoni dedit, non totius hæreditatis in
telligitur, vt Alex. opinatur, ſed illius por
tionis, quã Philinus conſequutus fuit, ſe-
cundum Rimi. col. fi. Vberti. Zuccard. nu.
35. in d. l. 1. & videtur idem ſenſiſſe Franc.
Aret. col. 1. ver. Sed ſi exponis. Nam cum
Philinus in parte Frontoni obuenta domi
nium non haberet, non vtique ſextantem
illum in Frontonis parte conſiſtentem da-
5 re poterat: verbum enim, dare, † propriè
dominij tranſlationem importat. §. ſic ita-
que. Inſti. de act. l. vbi autem non apparet.
§. fi. ff. de verb. oblig. Vnde conueniens eſt,
de propria portione intelligere, cui verbũ
dare, bene conuenit, quodq́ue in dubio ra-
tione ſuæ partis intelligatur, facit tex. cum
gloſ. & quod ibi not. Bar. & alij in l. ex fa-
6 cto, in prin. ff. ad Trebel. vbi verbũ, † quod
ad diſponentem, eiuſque bona referri po-
teſt, & ad eum ſimiliter, in quem diſponi-
tur, & eius bona, in dubio ad diſponentẽ,
eiusq; bona refertur. & eſt tex. in l. Lucius
Titius, in prin. ff de leg. 1. Maximè, quia fru
ſtratoriè in hac conuentione dandi, vel tra
dendi per Philinum id quod Frontonis e-
rat, mentio facta fuiſſet, quod non eſt dicẽ
dum, iux. not. per Bal. in rubric. C. de con-
7 trah. empt. vbi quodlibet † verbum in con
tractu, intelligi debet, ne fruſtratoriè ſit ap
poſitum: Accedente, nam ſimpliciter fi-
lium rogatum fuiſſe hæreditatem reſtitue-
re ibi dicitur, & tamẽ de ſua parte tantùm
neceſſariò eſt accipiendum, vt Zuccar. nu.
75. & cæteri intelligunt. ergo non inconue
nit, de ſextãte ſuæ partis intelligi id quod
dicitur, ſextantem fratri ſuo datum ab eo
fuiſſe, & ſic ſi calculus rectè intueatur, vt
Thob. Nonius dicebat, vna tantùm totius
hæreditatis vncia à Philino Frontoni da-
ta fuit.

Niſi conſiderando dixerimus, ſextan-
tem iſtum totius hæreditatis eſſe, duplici-
ter affirmari forte poſſe, vno modo tan-
quam de tota communi hæreditate, cum

ſextans

ſextans partem totius aſsis propriè ſignifi-
cet.§.hęreditas.Inſtit.de hæred.inſtit.l.ſer
uum meum.§.fi.ff.eo.tit.vt diuinare ſit, ad
partem conſequutæ partis ipſum referre,
verba impropriando.Et verbis illis, Quòd
facta ſicut placuit diuiſione: iunctis alijs ſu
perioribus, Pactum eo tempore de ſex-
tante, ad indiuiſam hæreditatem, ſextan-
tem referri intelligatur; vt conuentio pro-
ceſſerit, ante realis ſiue effectualis diui-
ſionis tempus. Imperator enim ibi tempo
ra videtur diſtinguere, vt ſit ſenſus, quòd
de integra indiuiſa hæreditate communi,
primùm Licinius ſextantem conſequere-
tur, poſtmodum autem æqualiter reſiduũ
diuideretur. Nec verbum, dare, repugnat:
8 nam † quod commune eſt, & indiuiſum,
meum dici poteſt. Niſi dicatur, quòd cum
portionem Philini Imperator hæreditatẽ
appellet, non ſit abſurdum, partibus ipſam
hæreditarijs, veluti aſſem in vncias diuide
re. & ſecundum iſtum intellectum Alex.
ſolutio erigi videretur.

Alio modo totius hæreditatis ſextans
dici poſſet, reſpectu habito, quòd ſextans
de toto integrali intellectualiter deduce-
retur, realiter verò de portione tantùm
Philini, tuncq́ue Imol. inductionem bene
procedere, inquit ibi Fran. Aret.

Vnde Anto. de Alexandro, ipſe Franc.
Aret. col. 2. in prin. verſ. Sed adhuc obſtat.
& Io. Mar. Riminal. aliter reſpondere mo-
liuntur. Nam eſtò ſextantem ad aſſem in-
tegrum applicari, ſubiecta fideicommiſ-
ſo Philinum alienaſſe non dicitur, vltra le
gitimam Trebellianicam detrahendo, in
quibus alienatio procedit. l. Marcellus, §.
res quæ. ff. ad Trebell. vt nedum vltrà, ſed
infrà quartas iſtas fuerit diſtractum, dum
9 liberos, † ſi deceſſerint ſine liberis, reſtitue
re rogatos, vtranque quartam detrahere
poſſe credimus, cùm vtriuſque detractio
eodem tempore non concurrit, c. Raynu-
tius, & c. Rainaldus. ext. de teſtam. c. ſi pa-
ter, cum Gloſ. eod. tit. in 6. Bar. in l. Papi-
nianus, §. meminiſſe. ff. de inof. teſtam. eſt-
q́ue communis opin. vt Iaſ. in ead. l. 1. nu.
10. atteſtatur. Matth. de Afflict. deciſ. 367.
Nardus de Iſopo. nu. 4. dicens hodie com-
munem eſſe, ſeq́ue in lecturis Abb. Sicul.
multa diuerſorum Doctorum conſilia al-
legata habere, quæ breuitatis cauſa referre
prætérijt, licèt quamplurimas authorita-
tes ibi inducat, prout illas, nonnullorum-
q́ue Modernorum vltrà alios antiquiores,
ob id ego ẽt conſulto omitto: Quæ Trebel
10 lianica, † liberis primi gradus ſub conditio
ne grauatis, nequit prohiberi, l. iubemus.
vbi Bal. nu. 8. & Sal. in prin. C. ad Treb. cũ
alijs traditis per Soc. Iun. latiſsimè conſ.
131. Quæſtio propoſita, nu. 58. dicens eſſe
communem, veriorem, & æquiorem opin.
li. 1. cui ſe Pariſ. ſequen. conſ. 132. Ad cor-
roborationem, col. 2. in princip. ſubſcri-
pſit, vbi magis communem, & æquiorem
ſententiam negatiuam appellat. idem So-
cin. Iun. conſ. 137. Viſo proceſſu, nu. 7. eo.
volu. authoritates recenſens, & de magis
communi atteſtans. Cur. Iun. conſ. 70. To
ta vis cauſæ, de magis cõmuni, nu. 16. idẽ-
q́ue aſſerit Rolan. de Valle conſ. 12. Inſpe-
ctis iuribus. nu. 6. lib. 1. ſicq́ue fuiſſe deci-
ſum in ſacro Neapolitano Conſilio in cau
ſa Caroli Coppulæ, anno 1562. tradit Cæ
ſar Vrſill. ad Matth. de Afflict. d. deciſ. nu.
10. Quod eſt verum, etiam quando duæ
quartæ detrahuntur, vt per Socin. Iun. d.
conſ. 131. nu. 59. dicens eſſe communem,
ipſamq́ue per totum mundum vti euange
lium ſeruari. lib. 1. & Rolan. d. conſ. 12. nu.
8. vbi authoritates enumerat, & de magis
communi opinione in praxi obſeruata per
totum mundum atteſtatur, quicquid dixe
rit cumulando, in contrarium, Franc. Mar-
zar. in tract. de fideicom. q. 49. fol. 42. &
ſeq. Hanc autem ſolutionem, cui Hiero-
nym. Cagnol. in d. l. 1. num. 39. verſic. Et
licet, acquieſcit, Alex. conſ. 185. Viſo titu-
lo quæſtionis, col. 4. poſt nu. 12. verſic. nec
dicatur, lib. 2. nititur euertere, quod & ſi
Trebellianica competeret, non tamen cõ-
uentionis tempore ea detrahi poterat, ſed
cùm hæreditas eſſet reſtituenda, vt decla-
rat Bar. in l. quamquàm, vbi cæteri. C. ad l.
Falcid. Sed ex Dec. reſpondetur, ſatis eſſe,
vt tempore, quo de reuocatione alienatio
nis agitur, Trebellianica debeatur: licet e-
11 nim ab initio alienari non potuerit, ex no
ua tamen cauſa alienatio confirmatur. l. cũ
vir. ff. de vſucap. & ex Iaſ. intẽtione ibi, nu.
10. verſic. Tu autem ſubtiliter. reſponderi
adhuc poteſt, in d. l. 1. duplex fideicom-
miſſum occurriſſe, vnum expreſſum fratri
reſtituendum, caſu quo Philinus ſine libe-
ris moreretur, iſtudq́ue bene deficit, quia
filios habuit, in hocq́ue recte Alex. loqui-
tur: aliud tacitum à contrario ſenſu reſul-
tans, caſu quo contingat filios habere: filij
enim tacite ſubſtituti intelliguntur. hocq́;
procedit, tenendo aliam partem aduerſus
gloſ. d. l. Lucius. & cùm tacitum hoc fidei-
commiſſum euenerit, eiq́; locus fuerit, ad
Philinum duæ quartæ conſequenter ſpe-
ctabunt, vt potuerit ſextantem alienare.

Porrò

Porrò Iaſ.in argumentum, id de quo diſ-
ſerimus aſſumit, vt ſimplex Dec. reſpon-
ſio efficacior videatur.

Vlterius dicta ſolutio per eundem Iaſ.
inuoluitur: nam licet generali conſuetudi
ne, propter ius canonicum ſit introductũ,
quòd filius duas quartas detrahat, d.cap.
Raynutius. tamen de iure ciuili, & ſic iſto
iure, non poterat niſi vna tantum quarta
detrahi, vt Bart. d. l.meminiſſe, inquit: ex
multiſq; legibus deducitur, & ſignanter
per authen.res, quæ.vbi Bald.not.C.com-
12 mu.de leg. Imò ſi magis communem † opi
nionem intueamur, prohibitam eſſe dua-
rum quartarum detractionem iure ciuili
inſpecto, comperiemus, vt atteſtatur Pa-
riſ. poſt alios, quos citat, conſ.37. Hiero-
nymus iſte, col.2.nu.8.verſic. Conſideran
do.lib.3. Cæterùm quod ex abundanti, ſe
cundum crebriorem opin. dictum eſt, vt
Trebellianicæ detractio in liberis primi
gradus prohiberi nequeat, non eſt hodie
tutum, cùm contrariũ fuerit deciſum per
Regium Collaterale, & Sacrum conſiliũ,
vt in eius doctiſſimis Deciſionibus, ſum-
mo ſtudio digeſtis, teſtatur Illuſtr. D. Vin-
centius de Franchis, præclariſſimus Iuriſ-
conſ.deciſ.11.In cauſa.col.8. ante nu.20.
verſic. Et hanc opin. fol.17. horum nan-
que Conſiliorum ſumma eſt authoritas
ac maieſtas.

Alio etiam modo Ioan. Bolognet.ſolu
tionem prædictam euertebat: nam illo tẽ
pore grauamen rationabile in legitima po
terat imponi, vt erat iſtud, quemadmodũ
à contrario ſenſu d. l. quoniam in priori-
ribus. C.de inoffi.teſtam.colligitur. Et tan
13 tò magis, † quia fructus in quartam Tre-
bellianicam imputabantur, etiam in filio,
vt not.in l.in quartam. ff.ad l.Falcid. & in
l.deducta. §.nummis. ff.ad Trebel. Deni-
que ſic intelligendo, ſecundum Anto. de
Alexandro, & alios prꝗcitatos, d.l.1.de in-
dubitabili foret, contra. l.quod Labeo.ff.
de Carbon.edicto.

Alteram igitur Philip.Dec. nu.14.in fi.
ſubdebat reſponſionem, nimirum ſi aliena
ta ibi non reuocantur, Philini filio patris
hærede exiſtente. l. cum à matre. C.de rei
vendic. l. venditrici. C. de reb. alien. non
alie. Verùm de Dec.quemadmodum Hie-
ronym. Cagnol. d.nu.39. verſic. Et licèt,
aduertit, non eſt curandum, cùm non is
textus ſit finis, ſed quod iure fuerit datus
ſextans, & conuentione finitum fideicom
miſſum, vt difficultas non in facto hære-
dis, ſed in ęquitate conuentionis verſetur.

Vel ſecundò, ex mente Zuccar.ſolutio hęc
duplici ratione repræhendi poteſt.

Prima eſt, quia ſextans iſte, facto, ſubſti
tutioneque authoris Licinij videtur euin-
14 ci, quo caſu † euictionis obligatio rece-
dit. Bart.& cæteri, in l. qui Romæ. §.duo
fratres, in 1.q.poſt nu.10. de verb.obligat.
Alex.conſ.21.Viſo compromiſſo.nu.6.lib.
6.Corn.conſ 42.Videtur prima facie.col.
fin.nu.7.lib.4.

Secunda: idem enim ſextans reſtitutio
ni fideicommiſſi ſubiectus erat, de quo no
titiam Licinius tempore diuiſionis habe-
bat.l.non eſt ferendus. ff.de tranſact. ideo
15 non † videtur locus euictionis iudicio. gl.
Bart.& Doct.in l.ſi familiæ. C.famil.erciſ.
Dec.conſ.411. Viſis his, col.2.nu.4. Fran-
ciſc. Aret. conſ.3. Conſultatio præmiſſa.
col.1.& 2. Cor. conſ.170. Quia cauſa.nu.
5.lib.4. Ludo.Gozad.conſ.24.Quæritur.
nu.7.Aym.Crauet.conſ.64.In contractu.
nu.4.latè ac eleganter Dom.Hieronymus
Vgacius Iuriſconſultus Vercellenſis præ-
clariſſimus, in eius erudito reſponſo pro
Do.Iacobo de Quarateſijs, & D.Magdale
na de Ricaſolis coniugibus ac nobilibus
Florentinis, contra Illuſtr. Do. Ioannem
Hieronymum de Rubeis ex Comitibus
S.Secundi, reddito, incip.Quoniam circa
merita cauſæ, fol.3.verſic.Nec obſtat gloſ-
16 ſa. Hinc eſt, quòd ignoranter † rem fidei-
commiſſo ſubiectam ementi, exceptio con
tra fideicommiſſarium diſcuſſionis com-
petit, Agas prius contra alienantem, vel
eius hæredes ad pretium. l.fin. de legat.2.
Quæ tamen exceptio, data emptoris ſcien
tia, bona fideicommiſſo ſubiecta fuiſſe, nõ
competit. Alex. conſ.184. Viſo themate.
circa fi.nu.6.lib.2.Paul.de Caſt.conſ.318.
Aliàs in hoc facto.ad fi.verſic.ſuper ſecun
do.lib.2. Corn.conſ.234. Videtur.nu.3.
lib.3.conſ.133.In præſenti conſultatione.
col.2.nu.5.lib.4. Dec.conſ.236. Non par
ua difficultas.col.5.in 7.dub.nu.7.Cur.iu.
conſ.88. Præſupponitur in facto. col.2.
poſt med.nu.5.& 6.Simile videmus, quan
do quis eandẽ rem duobus vendit: is enim
præfertur, cui prius traditur, niſi ſecundus
17 venditor ſciuiſſet rem † prius alteri vendi
tam fuiſſe, Iaſ.in l.quoties.9.limi.C.de rei
vendic.Thom.Ferrat.caut.48.Si quis ven
dit.col.fi. Nouiſ.Pariſien.ad Alexan.con-
18 ſi.86. Ponderatis.in 1.addit.lib.6.Itẽ † in
conductore ſciente tempus belli immine-
re: non enim poteſt mercedis remiſſionem
ſibi fieri, ex cauſa belli petere. Bald. conſ.
247.ſi propter guerras.li.3.tenebatur Phi

linus fideicommiſſum eius filio relinque-
19 re, iſtudq́; neceſſe erat, vnde poteſt † veni
re contra factum defuncti, etiam ſi hæres
ſit, vt per tex. in l. 2. vbi gloſ. not. C. de in-
off. dot. & in l. 2. in ver. reuocare. C. ſi quid
in fraud. patro. tradit Cur. ſen. conſ. 1. Cir
ca primum. in fi. verſ. Tamen Bart. Hiero-
nym. Grat. conſ. 91. Caſus ralis eſt. nu. 35.
verſic. Quartò reſpondeo. lib. 1.

Denique illud dici poteſt, euictionem
in propoſito non poſſe cōſidetari, cum hu
iuſmodi conuentio de ſextante Licinio
dando, ſit contra legem, bona fideicom-
miſſo ſubiecta alienari prohibentem. po-
20 teſt igitur † filius contraire, etiam ſi ſit pa
tris hæres, abſque metu euictionis. Alex.
conſ. 21. Attentis his, poſt num. 6. lib. 3.
Aym. Craue. pluribus comprobans, conſ.
200. Auus. col. 2. nu. 5. & 6.

21 Item quia † actus iſte poſſet etiam dici
nulliter geſtus, ideo ſtante nullirate alie-
nationis, euictio ceſſat. Soc. iun. ita limi-
tans d. l. cum à matre. cōſ. 77. licèt. nu. 134.
lib. 1. Grammat. deciſ. 93. In cauſa, nu. 2.
& 3. Hiero. Gabriel. cōſ. 125. Vt percipia-
tur. nu. 7. Io. Cęphal. conſ. 393. Conſului,
nu. 131. lib. 3.

Filius itaque ex proptia perſona fidei-
commiſſum conſequitur, non iure hæredi
tario, vnde poteſt etiam ſi hæres patris ſit,
illius factum impugnare, vt concludit Sa-
luſt. Guliel. de Mōte Morcino Peruſinus,
conſ. 197. Viſis dubijs. poſt nu. 2. verſic.
Sed tamen. inter reſponſa Pauli Caſtrenſ.
lib. 2. in nou. cui Abb. Panorm. ſe ſubſcri-
pſit Senis legens. Et quamuis plures ma-
ximę quidem authoritatis Doctores con-
tradixerint, inter quos Iac. Menoch. conſ.
89. Non leuis, nu. 133. & per totum. lib. 1.
vbi radicitus conatur iſtam opin. conuel-
lere. & Ioan. Cęphal. in ſimplici legis pro-
hibitione, d. conſ. 393. vbi de crebriori o-
pin. nu. 164. pluresq́ue conttadictores re-
fert; ac cumular Franciſ. Marzar. in tract.
de fideicom. in 2. par. 46. q. verſic. Sed Pi-
nelus, poſt And. Tiraq. quem citat. tamen
ratio per D. Saluſt. adducta, adeo potens
eſt, vt ad inſtar Hectoris, quemadmodum
aliàs dicebam, ſe ſempertueatur, nec quic
quàm afferunt, quod ipſam proſternat. cō
ſiderat enim rationem, quare hæres non
venit contra factum defuncti, eſſe perſonę
identitatem cum defuncto, vt per gloſ. &
Doct. in d. l. cum à marre. Vnde quamuis
iuris fictione id inducatur in perſonā pri-
mi hæredis, ſuper qua fictione habilitas
conſiſtit, cum immediatè ſuccedat, non
tamen idem debet dici in tribus perſonis,
nec iure cautum reperitur, quòd hæres hę
redis dicatut eſſe eadem perſona cum pri-
mo defuncto, propter mediam petſonam,
quæ tollit habilitatem extremorum: eſſet
enim, inquit, plures fictiones coniungere,
atque cauſare, quod fieri non debet. l. 1.
C. de dot. pro. & probatur in l. qui liberis.
§. hæc verba. de vulg. & pupil. Sed quic-
quid in ſimplici legis prohibitione dica-
tur, ſi concurreret etiam hominis prohibi
tio, nulli dubium eſt, hæredem contraue-
nire poſſe. Hieron. Grat. d. conſ. 91. lib. 1.
& ipſe Cęphal. d. conſ. 393. lib. 3. nu. 128.
165. 184. vbi de Grato meminit, nu. 195.
Non obſtat tex. in l. filiusfamil. §. cum pa-
ter. de leg. 1. allegatus per Arium Pinel. in
l. 1. par. 3. poſt nu. 81. verſic. Ampliatur ſex
tò. C. de bon. matern. dicentem intre-
pidè, iura prædicta procedere etiam in
rebus familiæ relictis, alienariq́ue prohi-
bitis, quamuis ſucceſſio deferatur tunc ſi-
bi ex diſpoſirione primi inueſtientis, poſt
Roderic. Xuarez in l. quoniam in priorib.
7. ampl. ſol. 72. col. 4. C. de inoff. teſtam. &
in d. §. cū pater. idemq́; ſentire Bart. Albe.
Ang. Cuman. Io. de Imo. & Caſtren.

Nam non ex illa ſimplici regula d. l. ven
dicantem, filius ibi non reuocat, exhæreda
ti autē reuocant, ſed magis æquitate qua-
dam iuris exuberante: incōueniens enim
Martiano Iuriſconſulto viſum fuit, quòd
duobus exhæredatis filijs, vnoq́; inſolidū
inſtituto, poſſet in vniuerſum inſtitutus
voluntatem patris circa rem modicam in-
fringere, iſtudq́; veluti quandam compen
ſarionem videtur conſideraſſe Xuarez Hi-
ſpan. d. l. quoniam in prioribus. Secundò
text. ille iure veteri procedit, quo omnia
quæſita per filium in poteſtate, patri quæ-
rebantur, ideoq́; noluit lex, vt pater, qui
contrafecerat, neque per indirectum habe
ret: hodie verò cum filius aduentitiorum
capax ſit, non procedit ille tex. ſed ſtatim
filio reſtitutio facienda eſt, vt declarat ibi
Rapha. Cuman. remittens ſe ad l. cum fi-
lio, de legat. 1. vbi Doctores idem tenent,
& clarè firmat Iac. de Put. in d. §. cum pa-
ter. in vlt. not. iſtamq́; Putei opin. certè cla
riſſimam eſſe concludit And. Alciat. conſ.
141. Expenſo, num. 7. verſic. Nec obſtat.
tom. 2. lib. 5.

Tertiò, nam etſi filius non reuocet in
d. §. cum pater. tamen primi teſtatoris vo-
luntas non fruſtratur, cum fundus in fami
lia remaneat: alij enim filij, licèt exhære-
dati, reuocant, qui filij & de familia ſunt,

vt

vt non debeat trahi ad caſum, quo volun-
tas teſtatoris penitus fruſtraretur, vt bona
prohibita alienari, duplici prohibitione,
extra familiam remanerent. Volui hęc obi
ter indicaſſe quambreuiſſimè, cũ fines hu-
ius materiæ latiſſimi ſint, & contra Pinel.
communis opin. videatur, vt ipſe in citato
loco præſenſit, contra quem, ſuper fidei-
commiſſo Magnifici ac ſpectabilis Ioan-
nis Franciſci de Simeonibus de Aquila,
aliàs conſului, & obtinui.

Sed de hac ſolutione hactenus, quam
ſequitur etiam Io. Bologn. col. 25. verſic.
Tertiò etiam.

22 Quartus gradatim † Ioan. Coraſij Tho
loſatis, reconditæ eruditionis viri, ſe of-
fert ſenſus, li. Miſcel. 2. c. 19. nu. 10. quẽ ſu
pra modũ Muſa dilexit τὸν περὶ μοῦσ᾽ ἐφίλησε [illegible],
eiusq́; nomen marmoribus dignum eſſe,
tot iurium interpretationes teſtantur, quę
vice marmorũ, ac coloſſorũ fungũtur, cùm
dignum laude virum Muſa vetet mori. O
te felicem Galliam, cum inter tuos excel-
ſos Iurium interpretes, Ioannem Coraſiũ
candidum Iuriſconſultum enumeres: Do
ctoremq́; profundiore ſcientia, & ſelectio
re doctrina inſignitum genueris, vt iure
exultes quemadmodum Rudiæ Ennio ci-
ue, & Pyndaro Thebæ gaudent. Ea enim
ratione alienata in d. l. 1. per patrem inſti-
tutum non reuocari ab eius liberis aſſere-
rebat, quòd non ſimpliciter, ſed in vim pa
cti, & tranſactionis facta fuiſſet: aduerſus
autem tranſactionem bona fide interpoſi-
tam, nec quidem fideicommiſſarius veni-
23 re poteſt. ſi enim tenetur † ab hærede fa-
ctum compromiſſum approbare, l. cum hę
reditas. ff. ad Trebel. multò magis tranſa-
24 ctionem, quæ facilius † permittitur. l. non
diſtinguemus. §. de liberali. ff. de recept. ar
bitr. coniuncta. l. fratris. C. de tranſact. Et
ſi ex mente Socini ibi col. 2. & Nouiſſ. Pe
ruſino. ſextantis remiſſionem in tranſactio
nis vim factam extitiſſe negaretur, metu a-
liquo litis inſtantis, vel futurę non appa-
rente, l. 1. ff. de tranſact. l. 2. C. eo. vbi Ang.
inferens ad practicam Notariorum dicen-
tium adeſſe litem, vel de ea dubitari, pro-
cedere, cum in veritate ita erat: aliàs ete-
nim poſſent partes ſic fingendo aſſerere, &
25 ſuper lite † ficta tranſactio non valeret. l.
cum hi. §. ſed cum lis, vbi Angel. Paul. de
Caſt. & alij not. ff. de tranſactio. ad dictam
practicam Notariorum, cui lex reſiſtit, in-
ferentes: ſequitur Alex. in l. ſi cauſa cogni-
ta, col. fi. verſic Quintò limi. C. eod. nec aſ-
ſertioni partium, vel Notarij ſtandum eſ-
ſet, ſecundum Angel. & alios prædictos,
quos approbat Pariſ. conſ. 12. Tranſactio
iſta, col. 3. nu. 32. cum ſeq. lib. 2.

Reſpondetur primò, conuentionẽ iſtã,
tranſactionem ſapere, re dubia exiſtente.
d. l. 1. & ſic eadem in incerto conditionis
ratione militante, vt abſolutè Ioan. Cora.
ſolu. procedere videatur. Secundò conſi-
derandum in d. tex. contractum diuiſionis
celebrari, per quam fideicommiſſi remiſ-
ſio inducitur: diuiſio autem tranſactio ap
26 pellatur, † tranſactioniſque vicem obti-
net. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb.
oblig. l. tres fratres. ff. de pact. Alex. conſ.
62. In cauſa. col. 3. nu. 10. lib. 7. Raph. Ful-
goſ. conſ. 119. ſuper eo. in princ. Tertiò, pro
optimi, ac maximi Iuriſconſulti defenſio-
ne, eſt tex. in indiuiduo, vbi remiſſio iſta fi
27 deicommiſſi, tranſactio † appellatur, in l.
de fideicommiſſo, C. de tranſact. qui pro
hac parte negatiua munienda à ſcribenti-
bus inducitur, vt ſtatim dicemus.

Quinta eſt Iaſ. ac Modern. Peruſi. ſolu-
tio, quod in d. l. 1. controuertebatur, an
pactum inter Frontonem, & Philinum eſ
ſet iniquum, & propterea reſcindi debe-
ret, qnia cum liberis Philinus deceſſerat?
& reſpondet Imperator, pactum non ini-
quum cenſeri, quod facta ſicut placuit di-
uiſione, Philinus diem ſuum, ſuperſtite fi-
lio, functus eſt, & ſic tex. ex hac tantũ cau-
ſa, non iniquum dici poſſe concludit: an
verò alia via poſſit filius alienata repetere,
non aperit, nec ex verbis text. elici poteſt,
28 minimeque nouum eſt, † vt quis vna via
excluſus, alia diuerſa admittatur, vt dicit
Bart. in l. habebat, ff. de inſti. act. & in l. Au-
relins, §. fi. ff. de liber. lega. & eſt text. in l.
Bebius Marcellus, ff. de pact. dotal. & cum
hac ſolutione tranſeunt Zuccard. ante nu.
77. Ioan. Bolognet. & Riminal. in finalib.
verbis, faciuntque tradita per Ioan. Cęph.
in conſ. 148. Viſis inſtrumentis, nu. 23. lib.
primo, vbi de Vberti. in dicta l. 1. nu. 91.
meminit.

Sed tamen, vt Cur. iun. nu. 13. perpen-
dit, Imperator ex hoc text. ob initum pa-
ctum, fideicommiſſum finitum eſſe deci-
dit, vt ei aliter locus non remaneat, veluti
ex legis exordio colligitur, ibi, nõ iniquis
rationibus, conuentione finitum eſt. Nec
cum Vberti. Zuccardo, & Nouiſſ. Peruſi-
nis aſſerendum eſt, quòd tunc Curtij iun.
obiectio procederet, cum tex. ſimpliciter
conditionis incertum, finitum eſſe profer
ret: cum autem inter fratres finitum eſſe
proponat, oſtendit inter alios, nempe in-

ter Philinum, & filium, finitum non cenſeri, argumen.l.cùm prætor, ff.de iudic.cū ponderatio hæc potius retorqueatur, quā eorundem ſolutionem oppugnet.ex incerti etenim conditionis terminatione, non iniquis rationibus, ad deciſionem filiorū Imperator infert, vt pactum eo tempore Inter fratres, de ſextante Lincinio Frontoni dando, cùm liberos Philinus non ſuſtulerat interpoſitum, non idcircò poſſit Iniquum videri, ꝙ facta ſicut placuit diuiſione, diem ſuum, te filio eius ſuperſtite, defunctus ſit. Vnde cùm poſtulanti filio reſpondeat, pactumque non iniquum eodem ſuperſtite videatur, clarus aduerſus Vbertinum ſenſus redditur, vt ſolida Curtij iunior. remaneat aſſertio, nedum retorqueatur. Cumq; pactū non iniquū videatur, ex Decio perpetuo repellit agentem, dumque ad nudam filij ſuperexiſtentiam, vti particularem rationem refertur, iniquitatis remotio, ad corticem verborum, non rationem, aut legis mentem applicatur: ſuperſtes enim filius, ſua iura aduerſus alienationē Imperatori proponebat, ob quæ, alienationem ipſam infirmam reddere conabatur, & nihilominus finitum eſſe fidei commiſſum, non iniquis rationibus, præcluſumque filio experiendi iter ſtatuitur.

29 Reſectis tandem † quæ vltrò, & citrò pro dictæ legis intellectu diſceptantur, ſic ipſum reſtitui poſſe putarē, quas in genere rationes Imperator ſignificat, conſiderando, ibi, non iniquis rationibus: vt ſpeciale ſit in quæſtione d.l.1. maxima æquitate ſuadente, alienata non reuocari. Primo namque pactum ibi inter fratres præſupponitur. Secūdò, fuiſſe tempore, quo liberos Philinus non ſuſceperat initum. Tertiò, minimæ rei, in hæreditatis, quam appellat compenſationem. Quartò, pro æqualitate inter fratres conſtituenda, cùm vni fratri tantùm fuerat onus impoſitum,

30 quæ æqualitas inter liberos ſeruanda eſt. l.vt liberis. C.de collat.§.illud. Auth. de trien.& ſemiſ. Quintò, pro voto captandæ mortis auferendo.l.fin.C.eod.à contrario ſenſu. Sextò, cùm pactum ipſum pro fratrum concordia inducēda, factum fuiſſet. ex communione etenim diſcordiæ oriun-

31 tur, quibus † obuiandum eſt.l.cùm pater, §.dulciſſimis, ff. de lega.2. vbi Papiniani hæc ſunt verba: Ex eiſdem igitur facultatibus, percepta pecunia, & in corpus proprij patrimonij verſa. Item iure diuiſionis res propriæ factæ non præſtabuntur, cùm diſcordijs propinquorum ſedandis proſpexerit, quas materia communionis ſolet excitare. Eſt itaque diuiſionis bonæ fidei contractus fauorabilis, triplici ratione, ad humanamque vitam neceſſarius. Prima eſt, quia quilibet magis ſolers circa rem propriam redditur, quàm communem, quæ aliquando negligitur, & alijs procuranda relinquitur, ſicut in multitudine miniſtrorum euenit; Imperatoriſ-

32 que dicto cōprobatur, negligitur, † quod communiter poſſidetur, l. 2. C. quan. & quib.quar.pars deb.lib.10. Secunda, cum humanæ res, maiori ordine agantur, ſi ſin-

33 gulæ res, † ſingulis tanquam propriæ procurandæ tradantur, aliàs confuſio quædā induceretur.c.1.89. diſt. & quod habetur in c.cùm ſingula, de præbend. in 6. Tertia eſt, quia ſtatus reſultat magis pacificus, cùm quiſque re contentus propria, illam adminiſtrat, quàm cum plures communiter poſſident, d.§.dulciſſimis.haſque rationes poſt Sanctum Thomam ſecunda ſecundæ, quæſtio.66. artic.2. tradit Socin. in l.prima, in primo not.ff.de acquir.poſſ. Pariſius in conſ.69. Viſo teſtamento, col. 2.in fine, nu.16.lib.2. His omnibus ſic annexis, quid repugnat, quòd nepos ille per patrem initæ conuentioni acquieſcere cōpellatur? vt nihil indicare aliud Imperator voluerit, dum rationum non iniquarum meminit, ideoque non eſt in aliorum caſuum conſequentiam diſpoſitio hæc trahenda, vt l.fi.§.ſed quia.C.commu.de legat. minimè aduerſetur: nam cum æquitate quadam ſuggerente, conuentionem ſuſtineri ſanxerit, implicat, eadem recedē te contrarium decidendum eſſe. Hincque

34 Antonij de Alexandro † Neapolitani, Patritij, ac Regni Prothonotarij, quem ſummi ingenij virum Matth. de Afflict. deciſ. 1. in prin. concelebrat, atque alibi in conſtitu. Baiulos omnes, col.21. circa med. in 14.notab.7. requ.2.q.Illuſtris ingenij Doctorem, ac ſingularem ſua tempeſtate, itē in conſtit. Hac lege, in 3.not.num.5. virū ſummi ingenij, ſuumque præceptorem appellat.& Iaſ.in l.1.col.ante p. ante nu.19. D. Antonium de Alexandro Doctorem Neapolitanum, vti ſine controuerſia inſignem extollit, reſponſione retenta, quod Socin.iun.nu.295.aſſerebat, nequaquam obſtat, ſextantem ſcilicet ad inducendam vtriuſque quartæ detractionem, non aliter conſiderari poſſe, cum deciſio tex. generalis ſit. quòd verò de ſextante dicitur, ſit exemplum. Nam ſumma ratione, ex varijs cauſarum generibus, vt prædiximus, nititur,

tur, ſextanſque ad compenſationem hære ditatis remiſſæ, quantitatemque eius relatus, deciſionis firmitati maximoperè confert, vt non ſit ferè verbum ibi expreſſum, quod ſuam rationem non contineat, omneſque inſimul rationes colligatæ, meritò ſanctionem firmitatis conuenti pacti, ac diuiſionis, ſicut placuit, inducant. non tamē dictam Anton. de Alexandro ſolutionem recipio, ſicut nec exempli gratia, ſextantē enunciari, vt Soc. iunior inquit, arbitror.

Illud poſtremò omittendum non duxi, Iaſ. Vbert. ac Nouiſſimorum, quam retuli ſolutionem, defendi non poſſe, dum vna via excluſum, non prohiberi alia experiri aſſerebant, in illo q; tex. ſuper exiſtentia filij pactum iniquum non videri ſolum decidi. Nam ſi filium actione, aut iure aliquo munitum, Imperator, cui omnes leges innoteſcebant, conſpexiſſet, vtique aliud ius ſibi competens declaraſſet, nec Imperatoria taciturnitate obruiſſet, quòd ſæ-
35 pè factitaſſe † intuemur, & vel maximè in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtit. vbi mulieri ruditer factum proponenti, ius ſibi competens, apertis ſenſibus diſtinctione propenſiſſimè enucleat.

Aliam d. l. prima per Curt. iu. traditam inductionem, vti inſulſam, & infirmam prætereo.

Secundo loco aduerſatur: nam ſi iſti liberi vocati, & in diſpoſitione dicerentur, conditio diſponeret, quod inſolens videtur, cum quæ ſunt in conditione, non ſunt
36 in † diſpoſitione, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. ex facto etiam. ff. de hæred. inſtit. ac paſſim circumfertur Socin. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 3. ff. ad Trebel. And. Alc. conſ. 21. Primò quæritur, nu. quarto. lib. 1. conſ. 6. Cum cauſa, nu. 21. lib. 7. Vldari. Zaſ. conſ. quinto. ex facto, nu. 48.

Huic tamen rationi obſiſtunt plura; nā
37 inconueniens † non eſt, aliquando conditionem diſponere, vt eſt tex. in l. auia, §. fi. ff. de cond. & dem. præſertim liberorum fauore, vt id ex Io. Coraſ. regulare ſit, ſicut
38 in verbis enunciatiuis † perſpicimus, quæ licèt non diſponant. l. Publia. ff. depoſiti. l. ex his, C. de teſtam. milit. l. ex hac ſcriptu
39 ra. ff. de dona. fauore tamen liberorum † diſpoſitionem inducunt. l. vnum ex familia, §. ſi. de leg. 2. & poſt Bal. conſ. 179. Quando ſapiens, in prin. lib. 4. tradit Aym. Crauet. in tract. de antiq. temp. in 1. par. cap. 4. nu. 61. Simile animaduertimus vxore reli-
40 cta † vſufructuaria, & domina, filijs inſtitutis, cùm ex Bulgari conſuetudine, attenta intentione diſponētis, alimenta tantū, verba impropriando, conſequatur. gl. in verb. derogari. Bar. Cy. Alb. Bal. Sal. Odofr. & cæteri in auth. hoc locū. C. ſi ſecund. nupſ. mul. Alex. conſ. 56. Perlectis verbis, ante nu. 2. vbi de magis communi, & ante nu. 3. lib. 3. & conſ. 57. Ponderatis verbis, col. 2. in prin. vbi etiam de receptiori opi. eſtque conſilium ſubſequens eo. vol. cōſ. 74. In cauſa, nu. 5. lib. 7. Bar. Pau. de Caſt. Io. de Imo. & Rap. Cuman. in l. Titia, §. fi. vbi Picus in 1. q. de legat. 2. Alex. in l. & ſi cōtratab. ff. de vul. & pup. Iaſ. in l. cum hi, §. ſi in annos, poſt prin. ff. de tranſac. in l. alimentis, C. eo. tit. Bald. conſ. 120. Nicolaus Tuderti, in prin. lib. 3. conſ. 50. Viſo teſtamento, in fi. lib. 5. & in l. fi. C. de indi. vid. Bar. conſ. 170. Petrus. nu. 1. Ang. conſ. 97. Viuianus, col. 2. Ludou. Roman. conſ. 118. Quoad primum, in 1. dub. vbi de communi atteſtatur. Angel. in tract. de teſtam. in gl. ver. item reliquit dominam. Bened. Cap. conſ. 72. Cùm viſo, nu. 17. Cor. conſ. 5. In hac conſultatione, in prin. conſ. 257. Circa primum, col. 3. nu. 4. de communi, lib. 1. conſ. 308. Quòd d. Domina, nu. 3. lib. 4. Lud. Gozad. conſ. 47. Primò quæritur, nu. 1. conſ. 95. Prima facie, nu. 11. cōſ. 99. In hac cauſa, nu. 8. de recepta opin. Socin. iun. conſ. 94. Quia, nu. 2. & 3. conſ. 96. Viſo teſtamento, in prin. lib. 1. Borgn. Caualc. in tract. de vſufr. mulieri relic. nu. 17. dicens eſſe communem ſententiam, nec
41 habere contradictorem. Quod † procedit etiam ſi vxori reliquiſſet vſumfructū omnium bonorum, cùm alimenta tantum debeantur. Franc. Aret. conſ. 40. Præſupponitur in facto, col. 2. in fi. verſ. In contrariū facit. Ludouic. Gozad. d. conſ. 99. nu. 8. in fortioribus terminis allegans Aret. Pariſ. conſ. 97. Vidi, nu. 11. li. 2. Et verum eſt in-
42 ſuper, † ſi filij diuerſi ſint matrimonij, vt tradit Io. de Mon. Sperel. in d. l. fin. C. de indic. vid. quem ſequitur Capra d. conſ. 72. col. 3. reprobato Bal. in d. auth. hoc locum, propè fi. Nicol. Bellon. conſ. 31. Caſus talis eſt, nu. 3. verſic. quod procedit,
43 pro vt dicta conſuetudo † non minus vera eſt, in caſu contrario, in vxore. ſ. maritū vſufructuarium, dominum, & maſſarium ſuorum bonorum relinquente, ſecundùm Bal. eleganter in d. auth. hoc locum, in fi. Cur. ſen. conſ. 11. ſtatuto Parmenſi, col. 3. ante nu. 9. Videmus adhuc alternatiuam
44 fauore † liberorum in coniunctam reſolui. l. cum quidam, C. de verb. ſign. Franciſ.

Ripa in l.1.nu.204. in 3.limit. ff.de vulg.
& pup.l.generaliter.in princ. C. de inſtit.
& ſubſtit. l.ſi is, qui ducenta,§.item ſi pa-
terfamil.ff.de reb.dub. & ſic verba impro-
priari.Aretin.d.conſ.40.col.3.ver.Præte-
reà ex mente.vt ſolemnitatum teſtamenti
inter liberos conditi remiſſionem omittã,
quod an teſtamentum propriè ſit, apud
Stepha.Bertrand. conſ.141.nu.5.libr.3.
videre eſt.

45 Ad inducendamq́ue † verborum con-
ditionalium diſpoſitionem,etiam in ſtipu
lationibus,tex.eſt in l.ſi ita ſtipulatio.ff.de
ope.liberto.in quibus ſtricta ſit interpreta
tio. l.quicquid aſtringendæ. ff.de verbo.
obligat.aptius id erit in fideicõmiſſis, quæ
46 coniecturis,† ac verbis quibuſcunque,etiã
tacita teſtantis mente inducuntur. l.cùm
proponebatur.in fi.ff.de legatis 2.l.quære
batur. in fi. ff.de milit. teſtamen. quæ etiã
fauorabilia cenſentur, §. noſtra. ibi, pin-
guiorem habẽt naturam.Inſtit.de legat.&
de fideicommiſſ.hæredit.in princ.ibi,tan-
tusq́ue eorum fauor factus eſt.

Cæterum in hac ſpecie dicere diuersũ
non poſſumus: niſi enim verba cõditiona-
lia diſponerent, ipſorum expreſſio inanis
47 redderetur, cum ſine illis, grauati ex de-
ſcendentibus ſuperſtite filio ſubſtitutus ſi
militer excludatur.d.l.cũ auus.ff.de cond.
& demonſt. l.cum acutiſſimi, C. de fidei-
48 com.Atqui † vbi conditionalia verba ſine
effectu reddi poſſent, niſi diſpoſitionem
inducant, proculdubio diſponunt.l. Pro-
culus. ff.de vſufruct. Imò eſt dicendum,
conditionalia verba à teſtatore expreſſa
non debere intelligi ad diminutionem fa-
uoris liberorum, ſed potius ad incremen-
tum, & vt opulentius (vt Doctorum ver-
bis vtar) ſuccedant. ideò niſi ex teſtamen-
to vocentur, incrementum iſtud, atque fa-
uor ceſſabit.

Sed ad text. d.l.ſi quis ſub conditione,
vnde dicta regula ſumitur, redeundo, & ſe
cundum Rip.in d.l.centurio, poſt nu.159.
verſ.Aduerte quia huius diſputationis ve
ritas dependet, ex intentione Sfort.Oddi
Peruſini, ſubtiliter dici poteſt, quòd in ca
ſu noſtro ideo teſtator vult ſubſtitutum re
pelli à fideicommiſſo, propter natiuitatẽ
liberorum, quia vult, quòd illi habeant eã
hæreditatem, in qua illum ſubſtituit, ſi illi
non naſcantur, vt dicit text.in d.l.Lucius,
in fi.ff.de hæred.inſtit.ſed in d.l.ſi quis ſub
conditione, non repellitur inſtitutus ab
ea hæreditate, vt quia velit aliquid dari
ex ea illi, qui eſt poſitus in conditione, in
defectum conditionis, imò totum oppoſi-
tum, vt ibi patet. Vnde cum ibi conditio
in ipſa priuatione alterius nihil afferat illi
qui conditionem facit, nimirum ſi ille po-
ſitus in diſpoſitione non dicitur. Hic verò
cùm ex eo tantum conditio priuationem
alterius inducat, vt ille qui conditionem
facit habitum aſſumat, neceſſarium eſt,
quòd filij iſti qui conditionem faciunt,
cum ad hunc finem faciant, vt ipſi hære-
des ſint, dicantur virtualiter, & cauſa fina-
li inſpecta inſtituti, ſi conditionem extin-
guant, id eſt ſi naſcantur.

Alio modo Ioan. Bolognet. in d.l. 1.
col.25.verſic.Sed ille tex.reſpondere con
tendit, quod d.l.ſi quis ſub conditione.lo
quatur de ipſa cõditione, quam grauatus
non eſt iuſſus facere, ſicut nec iſte hæres
iuſſus eſt procreare, & generare filios: an
autem videatur grauatus dare filijs hære-
ditatem, aliud eſt diuerſum ab illa lege,
quod nec probatur in ea.

Tertiò Franciſc. Mantica dicebat text.
in d.l.ſi quis ſub conditione, illam habere
rationem, quòd duo ſpecialia non poſsũt
ad idem concurrere, niſi nominatim hoc
legibus exprimatur, vt no.in l. 1.C.de dot.
promiſſ.Sed in eo tex. vnum quidem eſſet
ſpeciale, quòd conditio diſponeret, ſecun
dum quòd legatum, vel huiuſmodi diſpo
ſitio ſpecialis ſuſtineretur contra ius com
mune, quo diſponitur, vt non adita hære-
ditate ex teſtamento, nihil in teſtamento
ſcriptum debeatur. l.ſi nemo.ff.de teſtam.
tut.hæc autem ratio ceſſat in propoſito, &
ideo multò facilius admittendũ eſt, quòd
conditio diſponat, cùm ex ea dubio pro-
cul teſtantis voluntas colligatur. l.tertia,
§.fin.de condictio.ob cauſ.ibi, vt teſtatori
pareatur; & in fideicommiſſis ex ſola vo-
luntate agitur.

49 Quartò reſponderi poteſt, † quòd con-
ditio, de qua in illo tex.vltra id, quòd ſit
merè arbitraria, vt declaratur in l.prima.
§.qui ſub conditione. eod. tit.& quòd in
priuatione alterius nihil afferat illi, qui
conditionem facit, eſt etiam nuda pror-
ſus conditio, præcedentem, vel ſubſequen
tem cauſam, alterantem, & influentem
non habens; conditio verò, de qua in pro-
poſito, influentem cauſam, & alterantem
ratione extremorum diſpoſitorum, ex per
ſonis ſcilicet inſtituti, & ſubſtituti, ip-
ſamq́ue diſpoſitionem retinens, ac etiam
ex qualitate principalis ſuppoſiti, ob ipſo
rum liberorum prælationem, argu.text.in
d.l.Lucius.ff.de hæred.inſtit.ſi enim teſta-

tor

tor filium ex teſtamento vocauit, & ſub-
ſtitutum pariter liberis non exiſtentibus,
cum liberi ſubſtituto præferantur, meritò
tanquam magis dilecti, rationabili ſenſu,
ex teſtamento pręlati dicuntur, & quem-
admodum ipſorum pater præfertur, vt fu-
ſius ad intellectum d.l.Lucius, ſtatim dice
mus. Sed quid plura, ſi in ſtipulationi-
bus conditionem diſponere, ex d.l.ſtipu-
latio. deſuper eſt oſtenſum? Nec refert
quicquam ſi diceretur, caſum illius text.
ſpecialem eſſe, ex Bal. in l.acceptam.6.q.
C.de vſur. vbi Salyc.& Raph.Fulgo. in l.ſi
pacto quo pœnam. C.de pact. Io.de Imo.
& Alex.in l.Centurio. de vulgar. & pupil.
in 3.quæſt.tertiæ quæſt.princ.Bartoli ibi.
& Alex.in l. Gallus, in prin. vbi Iaſ.nu.43.
quod non negat Fortunius, col.24. nec
Socin.iun.in d.l.Centurio, nu.294. Nam
ille tex. à fortiori, eius attenta ſpecialitate
probare iſto caſu videtur, & vltra prædi-
ctam maioritatem rationis vltimarum vo
luntatum reſpectu ſtipulationũ, dixerim,
quòd ſi caſus ille fouetur naturali ratione,
quia patrono operæ debentur, quanto ma
gis ſucceſſioni liberorũ naturalis ipſa ſub-
eſt ratio, tum iure naturali communi, tum
etiam iure gentium, vel iure naturæ ſecun
dario vulgò appellato. l.1. §.ius naturale.
ff.de iuſtit.& iu. prout itaque ille caſus ſuã
habet æquitatem, ſic non minorem iuſti-
tiam habere voluntatem iſtam teſtatoris
credendum eſt. Aduertendum præterea
videtur, dictæ legis terminos à noſtris iſtis
valde differre, ad maioritatem rationis in
liberis inducendã: ibi enim fingitur pro-
miſſio, & ſtipulatio, hic verò ſubeſſe credi-
tur inſtituendi voluntas, quò fit vt non
fingatur, ſed ex præſumptione contineri
iudicetur, cum ſola tacita voluntas ſuffi-
ciat, proinde nihil fit contra regulas iu-
ris ciuilis.
50 Sed in ſpecie, † quòd conditio fidei-
commiſſum inducat, probat Paulus lib.
ſecundo Decretorum, in l.qui filium, & fi-
liam. ff.ad Treb. qui filium, inquit, & filiã
habebat, teſtamentum fecerat, & ita de fi-
lia ſua cauerat.
Ἐντέλλομαί σοι μὴ διατίθεσθαι, πρὶν τέκνα σοι γενέσθαι.
ideſt, Mando tibi non teſtari, donec tibi
liberi ſint. Pronunciauit Imperator, fidei-
commiſſum ex hac ſcriptura deberi, quaſi
per hoc, quòd prohibuiſſet eam teſtari, pe
tijſſet, vt fratrem ſuum hæredem faceret:
ſic enim accipiendam eam ſcripturam, ac
ſi hæreditatem ſuam rogaſſet eam reſtitue
re, vt quam Aemyl. Ferret. in l.Gallus, in
princ. nu.11. de lib. & poſthum. In pro-
poſito affert reſponſionem, prætercam.
Tertiò inducitur tex. in l.ſi quis ita hę-
res inſtituatur, ſi legitimus. ff.de hær.inſti.
Quantum autem ad hunc tex. pertinet, ve
rius eſt, quod Accurſ. in l.quamdiu, ff.de
reg.iur. ſubodoratus eſt, legitimum ibi hæ
redem ex teſtamento, vtq́ue inſtitutũ, hæ-
reditatem vendicare, ſubſtitutionemq́ue
adeſſe: iſta enim verba, ſi legitimus nolue-
rit habere hæreditatem, ſonant, quòd ſi ha
bere voluerit, habeat: argumento itaque
à contrario ſenſu, ex voluntate teſtatoris
poterit hæreditatem conſequi; argumen-
51 tum enim illud coniecturatũ eſt, † ex men
te diſponentis, l.apud antiquos. C.de fur.
vt negari nequeat, voluntatem teſtatoris
eſſe, quòd legitimus ſuccedat. Vnde eſt
opinandum, vt magis iure inſtitutionis, &
teſtamenti acquirat, quàm ab inteſtato:
verba enim iſta, vendicare hæreditatem,
etſi in ſucceſſione inteſtati verificentur,
non eſt, quin eodem modo in ſucceſſione
ex teſtamento verificari poſsint: vendica-
52 tio ſiquidem † eandem vim vtroque caſu
retinet, & in neutro poſſumus dicere con-
tra voluntatem teſtatoris vendicari. Non
obſtat verbum, inſtituo, vt non ſit ſubſtitu-
tio, item ibi, puto deficere conditionem
teſtamenti illo vendicante. Cùm ad vtrun-
que ex Fortu. Garz. reſponderi poſsit, ꝙ
53 verbum † inſtituo, ſub conditione poſi-
tum, ſubſtitutionem arguit, verumq́; eſt
dicere, conditionem deficere teſtamenti,
ideſt ſubſtitutionem, quæ conditionalis
eſt, non tamen ex hoc ſequitur, teſtamen
tũ deficere, cùm ſubſtitutio deficiat, non
teſtamentum, id ipſum latè tuetur Ioan.
Coraſ. tum in d.l.Gallus, tum in dictis Mi
ſcella. allegans tex. in l.cum in teſtamen-
to, in prin. ff.de hęred.inſtit. ſubdens allo-
qui perperam ſub eo titulo legem illam
inſertam eſſe, violandamq́ue intolerabi-
liter regulam. l.quamdiu, ff.de acquir.hę-
red.l.anteaquàm. C.commun. de ſucceſſ.
Roborantur prædicta ex Mario Salamo-
nio, quia res inter liberos agitur, vbi quo-
quomodo coniecturata voluntas ſufficit,
l.Pacumeuius. ff.de hęred.inſtit.l.fin. C.fa
mil.erciſcun. Nec nocet, quoties nemini
damnoſum eſt ſolemnia relaxari, Bald.in
l.in conditionibus, de condit.& demonſt.
per illum text.
Vel eſt dicendum, quòd nimirum ſi ibi
conditionalia verba, reſpectu legitimi hæ
redis non diſponunt, cum eorum, quæ ta-
citè inſunt expreſsio nihil operetur, & ſi-
ne

ne verbis illis conditionalibus in teſtamē-
to appoſitis, poterat legitimus hæredita-
tem adire, præſupponendumq́ue eſt, teſtā
tis in illo text. voluntatem fuiſſe, non ex-
cludendi legitimum, ſed alium ſub con-
ditione hæredem faciendi, & ita intelli-
gendo in propoſito, prudens conſilium
in præferendo, omnem fortaſſe diluit hæ-
ſitationem.

Vlterius reſponderi poteſt ex mente
Iaſ. ac nonnullorum magis dilucidius, ex-
preſſè ibi teſtantis mentē aperiri, poſitum
in conditione ab inteſtato, velle ad ſucceſ
ſionem pergere. Scæuola namque lib. 15.
quæſtionum, modum referens inſtitutio-
nis, ſi legitimus, inquit, hæres vendicare
nolit hæreditatem, verba autem illa, legiti
54 mus hæres, † in dubio ſignificant ab inte-
ſtato ſucceſſionem, quam cenſetur conſer
uare voluiſſe. l. 3. §. de illo, ff. pro ſoc. l. le-
ge obuenire. ff. de verb. ſig. Exemplo tex. ſe
cundum vnum intellectu, in l. precibus,
C. de impub. & alijs ſubſt. Quòd ideo pu-
pillaris tacita contra matrem ibi non por-
rigitur, cum formam Imperator tradens
ſubſtitutionis: Nam non ait, eſt incerti iu-
ris, quòd ſi quidem in patris militis poſi-
tus poteſtate primo tantum caſu habuit,
ſubſtitutum. conſtabat itaque ex dictione
55 illa, tantum, † quæ abnegat in alijs, vt no.
in c. cum eccleſia Sutrina, de cauſa poſſ. &
proprie. Benè. Cap. conſ. 121. Et ſi reli-
ctum, nu. 3. Cur. iun. conſ. 12. Factum tale
eſt, nu. 4. iſtudq́ue teſtantis iudicium vide
tur Accurſius in ead. l. ſi quis ita. ſi aduerta
tur, præſenſiſſe.

Reſpondent quoque Doctor. quòd ibi
ſumus in ſubſtitutione directa, quæ expreſ
ſam inſtitutionem præcedentē requirit,
non tacitam, l. iubemus, C. de teſtam. nos
autem in fideicommiſſis verſamur, quę ex
ſolis coniecturis inducūtur, iuribus vulg.
56 Sed hæc ſolutio † eſt contra doctrinā Bar.
communiter receptam, in l. 1. in 3. q. prin.
nu. 16. ff. de vulg. & pup. vbi vult, quòd ſuf
ficiat, tacitam inſtitutionem præcedere,
etiam in ſubſtitutione directa, vt Odd. di-
cebat. Quæ Bart. opinio vera non eſt, vt te-
ſtatur Vldaric. Zaſ. in tracta. ſubſt. in prin.
poſt verſic. Hoc quoque non eſt præter-
eundum. & ideo quæro, quid ſit, illum ta-
citè cenſeri inſtitutum. ſi enim dicamus,
quòd propter hoc ſit ſucceſſurus ex teſta-
mento, hoc falſum eſt, vt ibi Bart. fatetur,
57 ſed tacitè inſtitutus † venit ex teſtamento,
vt l. 3. C. de inof. teſt. ſicut etiam tacitè ſub
ſtitutus. l. iam hoc iure, de vulg. & pup. er-
go talis non debet dici tacitè inſtitutus.
Nec obſtat l. conficiuntur, in princ. ff. de
iur. codicill. nam creditur ei relinquere ex
iudicio permiſſiuo, non autem datiuo.

Vltimo loco D. Odd. Peruſi. tex. iſtum
enodando, magis probare contrarium aſ-
ſerebat: Nam ſi legitimus ibi hæres, qui
fuerat poſitus in conditione, vendicat hæ-
reditatem, inſtitutio illa conditionalis de
ficit, ergo ſi non vendicaſſet, inſtitutio lo-
cum habuiſſet, vt mera vulgaris ſubſtitu-
tio ſit, quemadmodum Bart. in d. l. 1. in d.
3. q. fatetur, & ſic ad illam ſufficit ibi taci-
tam præcedere inſtitutionem, ideſt pone-
re perſonam facientem conditionem in
tali conditione, quæ vnà cum excluſione
ſubſtituti ipſum includat. Nec in d. l. de
ſubſtitutione fit mentio, vt Polit. dicebat,
quicquid deſuper ex Fortun. dictum fue-
rit de conditionali inſtitutione. Vnum ta-
men eſt ſupplendum, legitimum ibi hære-
dem, conditioni, ſeu verbis conditionali-
bus inſertum fuiſſe, adeo quòd ſi impro-
priè ex And. Alcia. ex teſtamento hęres ali
quando intelligatur, conditionis natura,
huiuſmodi ſignificationē reſpuat, ac pro-
priam, prorſusq́ue genuinam admittat.

Quartò, concluſio hęc, tex. in l. ex facto.
§. ex facto. ff. ad Treb. roboratur, qui ex So
58 cino, viro † eminentiſſimo, in d. l. cū auus,
col. 72. nu. 112. valde vrget, poſt Rapha.
Cum. conſ. 122. Gerardus, col. 2. in prin.
dicentem ibi eſſe caſum ineuitabilem, quē
inducit Corn. conſ. 1. In præſenti ardua
conſult. nu. 21. lib. 3. & Guid. Pap. q. 39.
Doctores in iure ciuili, col. 2. ver. Ita, dicit
de ſtylo curiæ Parlamenti iſtam Gloſſæ
opin. ſeruari, aſſerens ex d. §. ex facto, refe-
rente D. Petro Papæ, quod refert etiam
Socin. Iun. in d. l. centurio, nu. 293. licèt ip
ſe huic inductioni non curauerit aliter re
ſpondere, & poſt Alex. in eod. §. ex facto;
tex. iſtum valde extollunt idem Soc. Iun.
conſ. 118. Præpoſita difficultas, col. 3. nu.
11. lib. 1. & Franc. Rip. ibi, col. 2. nu. 10. di
cens apertè ex eo opinionem Gloſ. proba
ri, quem refert Hieronym. Cagn. in d. l. 1.
in 5. not. col. 2. cum ſi liberi poſiti in con-
ditione ex teſtamento ad fideicommiſsū
vocati dicerētur, ſequeretur, quòd ſuper-
59 ueniens † deportatio in filij inſtituti per-
ſona, conceptis ante deportationem fi-
lijs non noceret, l. ſi. ff. de bon. damnat. l. 3.
ff. de interdict. & releg. & tamen deporta-
tio officit, cum in fiſcum hæreditas tranſ-
feratur. at ſi filij vocati intelligerentur, nō
ſimpliciter apud fiſcum, vt ibi dicitur, hæ-
reditas,

60 reditas, ſed cum reſtituendi † onere filijs per fideicommiſſum remaneret, l. Marcellus, §. fin. & l. recuſare, §. ſi fiſco, ff. ad Trebel. & ita iſtum tex. inducunt ibi Ludouic. Roma. Io. de Imol. in d. l. Lucius, ac Alex. conſ. 185. Viſo titulo quæſtionis, poſt nu. 13. lib. 2. Diuerſo autem ſcribentium agmini, aſſentiendo, multipliciter ipſum nõ obſtare oſtenditur. Primò, cum liberos ante conceptos, vocatos non eſſe, ibi nequaquam exprimatur, & licèt fiſcus liberis non reſtituat, id contingit, ne deportatus, qui bonis eſt excluſus, indirectò admittatur, & per alios contra mentem legis illa conſequatur, in ſimili eſt text. in l. quæritur, ff. de bonis libert. Sed vt So-
61 cin. conſiderat, cum filios † deportatus in poteſtate non retineat, l. final. C. de ſentent. paſſis, & traditur in l. prima. C. de hæred. inſtitu. non bonis indirectò deportatus frueretur, quo caſu ratio d. l. quæritur, ſilet, & probat text. ille in fin. vlterius, aut volumus fiſcum ex ea cauſa liberis in vita non reſtituere, & eſt falſum: non enim ipſis vt hæredibus, cum naturalis mors expectetur, quia caret deporportatus hæredibus, d. l. 1. vbi not. C. de hæred. inſtit. aut ipſis vti fideicommiſſa-
62 rijs, idemq́; eſt, cum non cedat † fideicommiſſi dies, naturali morte non ſequuta, l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg. 2. Secundò, fiſcum ob id non reſtituere; cum, vt eſt dictum, mors naturalis expectetur, nec vt fideicõmiſſi dies cedat, ciuilis mors ſufficit, d. §. hereditatem, & l. ex ea parte §. inſulam, ff. de verb. oblig. d. l. Marcellus, §. fin. & l. recuſare, §. ſi fiſco, ff. ad Trebel. l. Statius, §. fi. ff. de iure fiſci. Hic quoque ſenſus ex eodem Socino euidenter falſus redditur: dum enim quæritur, an filij nati poſt deportationem grauati, faciant fideicommiſſum deficere, diſtinguendo ibi decidit ur, quòd prius concepti ſic, poſt nequaquam. nunquid autem in perſona deportati grauati, fideicommiſſum deficiat, mors naturalis ſpectatur, d. §. hæreditatẽ. ibi itaque loquitur, cum deportatus naturaliter moritur. Oſtenditur adhuc concludenter, illa enim diſtinctio, non niſi tempore mortis naturalis grauati vtroque caſu procederet, cum viuente grauato deportato, non poſſit dici filios ante deportationem conceptos efficere, vt fideicommiſſi conditio deficiat: naturali namque morte expectata, deportati filij poſſent præmori, nec deficeret conditio, d. l. ex facto, §. penul. Non ſecundo caſu procederet, quia prius concepti poſſunt facere vt conditio deficiat, ſi ante mortem naturalem pater reſtitueretur, prout in l. intercidit, ff. de condit. & demon. Vlpian. dilucidat: tunc
63 enim patre reſtituto, facerent filij conditionem deficere, iura ſuitatis recuperãdo, l. fin. C. de ſenten. paſſ. & ſic dubitatur ibi, an ante mortem deportati conditio deficiat, ideoq́; dicit in fi. tex. quòd ſi poſt ſunt concepti, fiſcus vendicat bona, vt ex ijs pręſtet fideicommiſſum, quod viuente deportato non præſtaret.

Tertiò ex eo textum non repugnare, cũ bona non ſimpliciter à fiſco, ſed cum ſua cauſa, & fideicommiſſi onere, proferat vendicari, vt contrarium innuere videatur. Verum vt Hierony. Cagn. in d. l. 1. in 5. not. nu. 37. verſic. Et ſi dicas, conſiderat, de ſuſceptis poſt deportationem, tanquam ab alio nouo homine, textus loquitur, vt fiſco non proſint, quia decedere ſine liberis dicitur, hincq́; fiſcus bona capit cum ſua cauſa. Nec nouiſſimis Peruſinis, & Bononienſibus deferendum eſt, dum verba illa
64 in fine poſita, ad omnia † præcedentia referri autumant, l. talis ſcriptura, ff. de leg. primo. c. ſecundo requiris, de appel. Dec. conſ. 11. Et pro tenui, nu. 13. Bellon. conſ. 7. Deſideraſſem, nu. 7. conſ. 18. Perpenſis, nu. 3. Bened. Cap. conſ. 44. Et ſi viſo, nu. 2. cum poſtremò adiecta clauſula, ad præcedentia vniuerſaliter non referatur, ſi in
65 præcedentibus † ſpecialiter ſit prouiſum, & ſic ſpeciale in id de quo agitur, habeant determinationem, l. ſed & ſi per prætorẽ. §. deinde, ff. ex quib. cauſ. maior. l. 1. §. eũ qui, ff. de poſtul. l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de vulg. & pup. cap. cum dilecti, ext. de donat. vbi clauſula in fine poſita, ad donationem ſuperiorem non refertur, cum clauſulam propriam, ſeparatamq́; haberet, & illum tex. ibi ad hoc not. Cardinal. & Ioan. de Imo. in 2. & 4. col. Bal. in l. 1. C. de legit. hæred. Salyc. & Paul. de Caſtr. in l. 1. C. de lib. præter. Io. de Imo. & Alex. in d. §. qui patrem, per illum tex. Congruitq́ue quod voluit Bald. in l. in multis, ff. de
66 ſta. homin. quòd † maſculinum non concipit fœmininum, cum ſeparatim de maſculo, de fœminaq́ue ſeparatim mentio fieret, ut hic accidit. Regula inſuper prædi
67 cta limitatur, ſi præcedentia † eſſent contraria. l. ſi idem cum eodem, vbi glo. & Barto. ff. de iuriſd. omn. iud. glo. in l. in rem, §. in omnibus, ff. de rei vendic. Cur. iun. cõſ. 156. In teſtamento condito, col. 2. nu. 3. Carol. Ruin. conſ. 124. Viſo teſtamento, col.

col.4. nu.9. lib.2.conſ.82. Prima videtur
conſideratione, col.pen.nu.13.lib.5. velu
ti in tex. propoſito, cum primo caſu perſo
næ mutatio non figuretur, ſed poſt depor
tationem concepti, quaſi ab alio, fiſco nõ
proſunt, ut bona cum ſua cauſa iure ſint
68 vendicanda; vnde ex diuerſa † in utroque
ratione relationis, clauſulæ in fine poſitæ
ceſſat proportio, l.1.C.de lib.præter. Lu-
do.Gozad.conſ.2. In cauſa, nu.30.conſ.
58.Prima facie,nu.19.Carol.Rui.cõſ.98.
Viſo themate,col.3.nu.9.lib.2.Ioan.Ce-
phal.conſ.117. In hac cauſa, nu.4. lib.1.
poſt deportationem verò, inquit, ſuſce-
69 ptos: ibi enim dictio † verò, aduerſatiua
inſeritur. Bar.in l.Lucius, §.quę habebat,
ff.ad Trebel.quæ præcedentibus eiuſdem
generis aduerſatur, glo.in l.mariti, §.fin.
ff.de adult.Salyc.in l.vinum. ff.ſi cer. pet.
Alex.conſ.117. Viſo titulo quęſtionis,nu.
16.lib.6.Corn.conſ.94. Do.Petrus,nu.5.
lib.1.Iaſ.in l.hęc verba, nu.21.ff.de leg.1,
in l.iuriſgentium, §. quinimò, nu.1.ff. de
pact.in iure, & in facto. Bart. in l.hoc am-
plius, §.de his autem, ff. de damn.infecto.
Alex.in l.filius à patre, nu.6. ff.de liber.&
poſthum.Iaſ.in l.ſeruum filij,§.ſi quis,nu.
4.ff.de leg.1.in l.ſi ita ſcriptum,nu.4.d.tit.
de lib.& poſthu. in l.admonendi, nu.6.ff.
de iureiuran.Et ex prædictis ſubmouetur,
tum reſponſio, quam Socin. iun. nu.296.
in d l.centurio, afferebat: tum alia, quam
Odd.Peruſin.in d.trac. de compend. par-
tic.5.conclu.3.ſecundę inſpect.verſic. Se-
cundò pro eadem regula, quæ fuit etiam
And.Siculi in d.l.cum acutiſſimi, in 2.ar-
gum.par.affirm. ut velit tex.quòd ſi filij il-
lius deportati poſiti in conditione, conce-
pti fuerint antè deportationem, excludãt
fiſcum, ergo cenſentur inſtituti. Neque
obſtat, quòd filij poſt deportationem con
cepti, non dicantur ita poſiti in diſpoſitio
ne, ſicut illi, quia dictum fuerat, ſi ille filius
ſine filijs decederet, ſed ille filius cum fi-
lijs non deceſſit; nã quando filios habuit,
cum mortuus ciuiliter eſſet, non erat am-
plius ille idem filius, argum. l.qui rem, §.
aream, ff. de ſol. & hoc vult ſubtiliter ille
text.dum in modum rationis, poſt depor-
tationem verò, inquit, ſuſceptos, quaſi ab
alio, nõ prodeſſe. Nam pręſuppoſitũ exclu
ſionis fiſci, propter liberos ante deporta-
tionem conceptos ex d. §.in fi. corruit, ut
oẽs poſt gl. ibi cõcludũt, ex aduerſatiuęq́;
natura colligitur, ſed latius ſtatim dicam.

Et propterea Andr.Barb.in d.l.cum a-
cutiſſimi, tex.hunc retorquendo, ſic dupli
citer intelligebat. Primò, nam ſi filij ante
deportationem concepti ex teſtamento
non vocarentur, ſubſtitutum non exclu-
derent, ab inteſtato ſiquidem non ſucce-
70 dunt, cum ex teſtamento, † vel ab inteſta-
to, hæredem deportatus non habeat.l.de-
portatorum, C.de pęn. l.ſi deportatus, C.
de bon. proſcr. & ſic ſubſtitutum filij non
excluderent, non habita illius tex. diſtin-
ctione. Et ſi cum Socin. diceretur, quòd
filij quia hæredes, faciunt deficere condi-
tionem fideicommiſſi, & licet non ſucce-
dant, hoc eſt facto ipſius grauati, non au-
tem filij ſunt inſucceſsibiles, ut nihil ob-
ſtet, quòd non ſuccedant, ita dicunt Bart.
& Doct.per illum text. in l.filiusfamilias,
71 §.cum quis, de leg.1. Nam ſicut † dicimus,
quòd ille qui non poteſt pręiudicare ali-
quid faciendo, ita non poteſt pręiudicare
delinquendo, vt in l.Imperator, vbi Bar.ff.
de fideicom.libert.ita in caſu noſtro, ſicut
grauatus, aliquid faciendo, ſ.exhęredãdo,
non facit quominus filij faciant conditio-
nem deficere, vt in d.§.cum quis, videtur
ita etiam qñ excludit filios delinquendo,
quia contrariorum eadem eſt regula, l. &
ſi contra tabulas, in fi.ff.de vulg.& pupil.ex
quo igitur ſubſtitutus excluditur, quia filij
ſucceſsibiles extant poſiti in conditione,
72 non quæritur † an filij ſuccedant, an non.
auth.licèt.C.de natural. lib. & quod not.
Bar.in l.1.§.filium, ff.de bon.poſſ.contra-
tab. Reſpondetur, tunc non intereſſe, vtrũ
liberi ſuccedant nec ne, ad conditionem
corrumpendam, cum quis propter alie-
num, magis quàm proprium fauorem con
ditioni adijcitur, vt in d.l.cũ auus, & not.
gloſ. in d.§. cum quis. ideo quamcunque
ob cauſam ſuccedere impediantur, non
deberent ſubſtitutum excludere, ſecundũ
opin.Bart.in l.1.§.qui habebat, ff.de bon.
poſſ.contratab.

Non obſtat tex. in d. §. cum quis. nam
poteſt intelligi, vt non ſit neceſſarium, libe
ros hæredi ſuccedere, ipſorumq́; patri, nõ
autem negat quin ſit neceſſarium, ut rem
poſsint conſequi ex primo teſtatore, eiq́;
ſuccedere, alioquin ſi neque hæredi, ne-
que teſtatori poſſent ſuccedere, nullo iure
alium ſubſtitutum excluderent.

73 Secundò, nam † in vtero exiſtentes, pro
natis ad ipſorum commodum cenſentur.
l.qui in utero, ff.de ſta.hom. Pau.de Caſt.
in l.ancillę, C. de furt. ideoq́; eis in inte-
grum competit reſtitutio, l.etiam ei, & ibi
gloſ. ff. de minor. Bald. in rubr. ext. de in
integr. reſtit. ad fi.in c.1. col.1.verſic. Se-
cundo

cundo

eundo nota, & ibi Fely. col. 2. ver. Subdit.
ext. de præſcript. Et actio negociorum ge-
ſtorum. Bar. in l. cum pater, ff. de neg. geſt.
mittiturq́ue venter in poſſeſſionem lega-
torum, l. communi. §. ſed & ſi. ff. comm. di-
uid. Item ſuccedit in his quæ ſunt dignita
tis hæreditariæ, & admiſtrat per procura-
torem, Bal. in l. fi. in fi. C. de teſt. mil. Vnde
Card. Alexand. in c. 1. col. 2. verſic. Quid
ſi dominus. quæ fuit prima cau. benefic.
amitt. dicebat, quòd ſi dominus relicta v-
xore prægnante moriatur, dandus eſt ven-
tri curator, à quo nomine ipſius ventris, pe
tet vaſallus inueſtituram, eiq́ue fidelitatē
præſtabit, teneturq́; curatorem mater ven
tri petere, vt iuretur in fidē filio. l. 2. §. ſi cū
prægnans. ff. ad Tertul. Bal. conſ. 288. Qui
dam deceſſit. in fine. lib. 2. conſ. 297. Viſis.
lib. 3. & vterus legitimari poteſt, vt dicitur
voluiſſe eundem Bal. in c. naturalis, in fi.
tit. ſi de feud. fuer. contr. inter domin. & a-
gnat. Sed ante deportationem concepti,
excludunt ſubſtitutum, & pro natis haben
tur, vt in illo tex. vt ergo ad proprium com
modum, non fiſci, pro natis habeantur, di-
cendum eſt, ipſos vocari: & ita multum im
plicite inducebat tex. illum Barbat. in d. l.
cùm acutiſſimi. fol. 23. col. 85. verſic. Quin
tò de hoc videtur tex.

Nec quiſquam cum Accur. ibi, & Soc.
in d. l. cum auus, col. 74. verſic. Ad ſecun-
74 dum, tumultuetur, conceptos † aliquan-
do pro natis haberi ad alterius commodū.
l. prægnantis. ff. de pœn. l. Imperator. ff. de
ſta. homin. Enimuero in dictis iuribus, nō
principaliter, ſed in conſequentiam, omiſ-
ſa caſus ſpecialitate, alterius commodum
inducitur, nec concepti commodum, vt
hic, remouetur, alterius producto: cùm iu
re ſi vnum adſit, aliud non recedat, imò fa
uor ille matris, eſt fauor vteri principaliter
conſideratus. Item ex eo minus eliditur,
quòd cum concepti poſt deportationem,
nati ex alio, vt text. concludit, credantur,
iſtudq́ue in ipſorum pœnam tendere vi-
deatur, vtile ſit ante conceptos pro natis
haberi, quia non ex alio homine ſuſcepti
intelliguntur. Nam non ſimpliciter, vt in
vtero exiſtentes, alterius non cēſentur, ſed
vt ante deportationem concepti, quēad-
modum ibi in lucem editi, ſuperueniens
itaque poſt conceptionem caſus deporta-
tionis ipſos non afficit, ſicut ſæpè alibi. vel
poteſt dici, quòd etſi ante deportationem
concepti, ex alio nati non credantur, ta-
men quantum ad hanc hæreditatem per-
tinet, nihil ipſis iſtud eſt profuturum.,
cum alij, nempè fiſco hęreditas cōparetur.

Hinc denique non contradicit Soc. dū
commodum ante deportationem conce-
ptorum, ex l. fi. C. de bon. proſcript. oſten-
75 dere conatur, cum † ipſis hæreditatis por
tio reſeruetur: id enim non ex ſimplici, vt
dicebā, in vtero exiſtentia competit, in fi-
lijs verò poſt deportationem conceptis re
76 cedit: cum, vt ibi dicit Bald. ei qui † non
eſt in rerum natura, non poſſit iudex ali-
quid reſeruare, arg. l. de qua re. §. cum ab-
ſentem. ff. de iudic. Cæterum durum vide
tur, cum liberi iſti ſucceſſibiles ſint, diſpo-
ſitionem d. l. qui in vtero, ne in d. §. ex fa-
cto, liberi vocati intelligantur, reſtringere:
77 maxime † ſi relatiuum quoties ibi indiſtin
ctum, & indefinitum attendamus. l. veluti.
§. hæc vox. ff. de eden. imò durius feriretur,
nam non ſolum vteri commodum ręcede
ret, quod abſolute conſiderari poſſet, ſed
alterius induceretur, vt id ipſum velut
duplex ſpecialitas, ad illum text. conſide-
rari euincatur.

78 Denique † vt cuncta vna ratione con-
ſtringam, præterire non poſſum, quòd ſi
mentem illius tex. realiter conſideremus,
quibuſdam omiſſis ſubtilitatib. quæ legis
germanam rationem deſtruunt, contrariā
ſententiam confirmare liquidò conſpici-
tur. Nam Vlpianus factum ibi propoſiti
fideicommiſſi diſtinctione præcludit, quæ
ſatis eſt aperta, ratione anterioris, vel po-
ſterioris liberorum conceptionis, ad de-
portationem relatæ. Poſterioritas enim
mutationem primum gignit deportati in
ſtituti, vt non ipſum, ſed alium faciat, er-
go mutat quoque ſtatum liberorum, in tā
tum, quòd illius filij inſtituti, liberi non
dicantur, & ſic illi liberi, quos voluit ma-
ter, vt ſubſtitutum excluderent, meritò nō
excludunt, & propterea bona deueniunt
in fiſcum cum ſua cauſa. Cum itaque an-
te deportationem concepti ſubſtitutum
excludant, & proſint, vt conditio deficiat,
cenſentur liberi non alterius, ſed illius in-
ſtituti, & proinde non immutato ſtatu, nō
immutatur qualitas liberorum, & ſic ſunt
illi liberi, quos mater voluit ſubſtitutum
excludere, & quos ſubſtituto prætulit, &
eo magis dilexit: ſunt ergo in propoſito
anterioritas, & poſterioritas velut duo cō
traria, vt contrarios effectus producant.
Vnde cum liberorum ante conceptorum
ſtatus integer, & illæſus remaneat, non eſt
violanda matris fideicommittentis volun
tas, vt defecta conditione, filiorum ſucceſ
ſibilium, ac prælatorum cauſa, fideicom-
miſ-

miſſum fiſco deuoluatur: id enim nõ aperit tex. & ſupplere, eſt quid prorſus diuinatiuum contra iuris rationem, imò ſatis periniquum. Cumque hæc dura interprætatio in pœnam cederet, ad pœnas molliẽdas, ſic debemus interpretari, & vt voluntas teſtantis exitum conſequatur: nam vbi voluit fideicommiſſum à fiſco vendicari, poſteriori caſu expreſſit: nec refert, quòd cum ſua quodammodo cauſa vendicet: ſar enim eſt, vt ex eo, illud fiſcus derrahat, quod filius reſtituendo detracturus eſſet, iſtudque indicar tex. dum vult, conditionem deficere, ſcilicet formaliter, poſt verò non prodeſſe, illa ratione, quaſi ab alio, per accidens, vitio deportationis, maximè cum bona à fiſco ſint vendicanda, & ſic au gumentatiue ex rationis quadam alia ratione: proinde cum priori caſu deficiat, bona non aliter à fiſco ſunt vendicanda.

Nec ob. aduerſatiua verò, quæ ad vẽdicationem vti genus, & non aliter, eſt referenda. Remouendo igitur Iuriſconſultus illã dubitationem, vt ex natiuitate poſt deportationem filijs ante conceptis non paretur præiudicium, dum proſunt, cum filiorum in conditione poſitorum res agatur, de quib. principaliter tractatur, eſt concludendum, vt ſibi ipſis proſint, ſecundum cõmunes regulas, & non alijs ſpecialiter, ac odioſè contra mentem teſtantis, cum in conditione fuerint poſiti, vt ipſi habeant, & acquirant, non fiſcus, de quo teſtatrix non cogitauir. Nec eſt verum, quod ſubtilis Doctor Raph. Cuman. dicebar, iſtum text. ineuitabiliter probare communem opin. quemadmodum etiam Soc. confirmando decreuerat.

Quintò, Sceuolæ reſponſum addunt, lib. 2. Reſponſ. in l. Lucius. iun. gl. in uerb. liberos. ff. de hær. inſtit. Hic textus ex Ioanne Coraſio, tantum abeſt, vt hanc confirmet opinionem, ut eam magis ſubuertat. Nam inquit illic Iuriſconſ. prudens conſilium teſtantis animaduertitur: non enim fratrem ſolum hæredem prętulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos. Ar uerba hæc,
79 non ſolum, †eandem diſpoſitionem in ſin
gulis orationis partibus implicant. l. cum non ſolum, C. de bon. quæ liber. vt nihil aliud docere voluerir, quã quod ſicut frater pręfertur ex teſtamento ſubſtitutis, ita & eius liberi, aduerſus Accurſij abſonam diſſolutionem.

Cùm ego ex iſto reſponſo medullam iſtius quæſtionis hauriri ſemper credide-rim, non eſt eius interprætatio prætermittenda, aur negligenda, imò valde inſudandum arbitror, pro optimo ſenſu eliciendo, vt mirum non ſit, ſi aliquantiſper vberius inſiſtam, tum Iuriſconſulti rationem, ac Lucij Titij mentem, tum verba
80 diligenter ponderando: cum enim, †vt
Zeno dicere ſolebat, breuius, anguſtiuſque diſputatio concluditur, tum apertior eſt ad reprehendendum, nam vt profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, cõcluſa autem aqua, facilè corrumpitur: ſic diſputationis flumine, reprehenſoris vitia diluuntur, nimia autem anguſtia concluſæ diſputationis, non facilè ſe ipſa turatur. Et quantum ad dictam ſolutionem attinet, non admodum efficax, aut firma videtur, cũ, Non ſolum, pro aduerbio ibi minimè ſignificetur, ſicque pro non modo, ſiue non tantũ, vt Valla inquit. lib. 1. cap. 18. elegant. ſed pro adiectiuo nomine, dictioni (hęredem) annexo, & ſit ſenſus, non ſolum fratrem hæredem, ideſt non vnum, vel vnicum fratrem. l. aduerſus. C. ſi aduerſ. rem iudic. & l. his ſolis. C. de reuoc. donat. c. quæ ſunr, de verb. ſig. ſed etiam eius liberos. quòd ſatis roboratur, cum inter, non, & ſolum, ſi aduerbialiter ponantur, aut nihil interſeritur, ſed ſic, non ſolũ, coniunctim profertur, vel ſi interſeratur nomen, vt ibi, accuſatiui caſus, cum quo, vt ex humanioribus conſtat, conſonet, non adijcit.

Proinde omiſſa Tholoſatum ſolutione
81 reſpondetur. † Primò, dum prudens con-
ſilium teſtantis, inquit tex. animaduerti, declarari liberos ex prouidentia, volunrateque teſtantis admitti, igitur ex teſtamento, parua aliàs ab inteſtato prouidentia argueretur, aut prudens conſilium, ſed legis diſpoſitio, quòd propter defectum conditionis ſubſtitutio ceſſet, & omnino tales filij in conditione poſiti nihil dicerentur habere ex iudicio teſtatoris, cui non ſuccederent, ſed patri, etiam quòd bona omnia fuiſſent teſtatoris. l. ſed ſi plures. §. filios. ff. de vulg. & pup. Alex. in l. 1. §. vereres. col. 6. ff. de acq. poſſ. & ex ſolo defectu cõditionis, nõ prouideretur filijs grauatis, ex quo de facili poſſenr ij fraudari bonis, hæreditate non adita, ante lapſum temporis a lege ad adeundum dati, quo caſu ſerui, in illo tex. vulgariter ſubſtituti, liberos inſtiruri fratris excluſiſſent, vr ibi ex Bal. Ang. & Io. de Imo. colligitur. & tradit Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pup. in effectibus vulgaris. & tamen talis excluſio contra prudens teſtãtis conſilium videretur, qui hunc caſum non cogitaſſet, per quem eius intentio de

facili

facili fruſtraretur, ſicut ad caſum repudiationis expreſſæ, aut mortis ante aditam hęreditatem; & ſi cum Socino diceretur, quòd deficiente conditione excluduntur ſubſtituti ex teſtantis voluntate, qui velle cenſetur, quòd conditio impleatur, vt poſſit eſſe ſubſtitutioni locus. l. ſi quis locuples. ff. de manum. teſt. & l. 2. C. de condit. inſert. ita vt ſi conditio deficiat, potius hæredis liberi admittantur, quam ſubſtituti, in hocque conſilium, ac prudentia teſtatoris verſatur: noluit enim primum, hæredem, quem omnibus prætulit, diſponendi poteſtate priuari, quòd certe odioſum fuiſſet. l. non vſque adeo. ff. ſi quis à paren. fuerit manum. & ſic cogitauit teſtator, patrem legitima cauſa, vel neceſſaria recedentē, filios ſuos non priuaturum. argumen. l. cum ratio. ff. de bon. damn. l. ſcripto. ff. vnde liberi. Reſpondeo ex Purpu. intentione, in d. l. Lucius, prudentiam conſilij per Scæuolam ponderari, non ſolum in prælatione fratris hæredis, ſed etiam eius liberorum ad ſubſtitutos. Socinum autem prudentiam conſilij principaliter erga fratrem dirigere; Nec dici poſſet prudens conſilium, quod filiorum vtilitatem minimè aduertit, qui bonis excludi potuiſſent, nedum, vt præmittitur, ſed alienatione paterna, vel proſcriptione bonorum. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fiſci. Quia prudentis eſt
82 circumſpicere † futuros caſus, ut per Ariſtotelem in Ethicis, & vt Cicero lib. 3. de
83 Natura Deorum, definit. Prudentia † eſt quæ conſtat ex ſcientia rerum bonarum, & malarum, & nec bonarum, nec malarum, cui mali nihil eſt, nec eſſe poteſt. & de legib. lib. 1. virtutem iſtam ex prouidendo, prudentiam inquit, appellatam eſſe; imò legem ipſam prudentiam arbitrantur, vt idem Cicero teſtatur, & in Annotationibus ad Pandectas in l. 2. de le-
84 gib. Guliel. Bud. † Iuriſconſultus lenitate, & ſuauitate ſermonis delectans, cuius ingenio nihil præſtabilius, nihil florentius, nihil cultius: tanta enim vi excelluit, vt ingenium in ſe ſuum, ſicut ſimulacrum aliquod, Galli, pariterque Itali dedicatum putent, imò omnes homines iudicij acumine præſtantes, Budæi ſinceram doctrinam, tam latè, longeque diffuſam admirantur, non is eadem ſuperſtitione qua plurimi conflictatur, ſed Iuriſconſultorum more, non inanium quidem illorum, ſed eorum qui quaſi officinas inſtruxerunt ſapientiæ, vt quæ fuſe admodum olim diſputabantur, ac libere, ea nunc articulatim, diſtinctèque dicantur: ſunt eius ſcripta in ſe perfecta, & ad ſummum perducta natura, maximoque artificio expolita, ingenti etiam quadam grauitate compacta: in Annotationibus prædictis, Romam reſurgentem; in eius commentarijs Athenas refloręntes conſpicimus: aggreditur quæ tot annis fuerant, aut ignorata, aut relicta: nam poſt illorum maximorum Iuriſprudentum celebrem ſapientiā, quibus nihil poteſt eſſe iucundius, iſtius Gulielmi in legibus enodandis, atque interpretandis induſtria, peritiaque nihil rectius, aut elegantius vnquam excogitari poteſt, cum ſi ſermonis leporem deſideres, in eo omnem Demoſthenis, Ciceronis, vel Hortenſij in dicendo venuſtatem, & vbertatem reperias; ſi iuris miniſterium quæras, quid vnquàm Paulus, aut Scæuola iuſtius ſanxerunt? Si rationum fundamenta, ac principia, nil Plato, nil Ariſtoteles, omniumque Philoſophorum ſcholæ tradiderunt, quin ſibi laudabiliter non aſciuerit. vbi Rhetorum ornamenta, ac poetarum ſales congruentius, quàm in Budæi admirandis lucubrationibus inuenies? ſempiternis itaque monumentis, futuris ſeculis clareſcet. Vt autem vnde digreſſus reuertar, quid non proſpicit prudens lex? quid mancum, aut imperfectum relinquit? quę ſi prudens Lucij Titij conſilium appellat, cur omnes caſus non prouidiſſe dicendū eſt? cum & alibi Demoſthenem nobilem Oratorem, qui maximam orbis partem gloria ſui nominis impleuit, in Oratione, quæ in Ariſtogitonem inſcripta eſt, le-
85 gem † decretum hominum prudentū his verbis, verius illuſtri ſententia definiuit.

καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶ νόμος ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλά, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν, καὶ δῶρον θεῶν δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων, καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ᾽ ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν πόλει.

Vnde ſi lex omni ex parte perfecta, ac teſtantium menti deſeruiens, vt exitum vltimæ voluntates hominum perfectè conſequantur, prudentum decretum dicitur, ignominioſum eſſet, prudens ex lege, Lucij conſilium imperfectionibus, ac defectibus redarguere, imò cum prætulerit, diſpoſitio non meræ ac ſimplicis facultatis eſt, vt ergo adſit prouidentia, eſt dicendum, quod neceſſariò ex teſtantis diſpoſitione, non aliunde proueniat, & tunc inſtituti odium non verſatur, ſed potius fauor liberorum,
86 dictaque. l. non vſque adeo, † in ſuarum

D rerum

rerum diſpoſitione concludit, non in alie
nis bonis, per alterius diſpoſitionem, ut
hic, certa conditione acquiſitis, vel acqui
rendis. Reſpondet etiam Franc. Rip. in
d.l.1.nu.7.col.3.in fi.quòd ille tex.loqui-
tur de filijs poſt mortem teſtatoris conci-
piendis, vt verba illa ſonant, ſi tempore
87 mortis filios nõ habebat, filij autem † nati
poſt mortem patris, non poſſunt ei ab inte
ſtato ſuccedere. l.Titius.& l.ſeq.ff.de ſuis
& legitim. debent ergo neceſſariò ex te-
ſtamento intelligi. Nec illic Scæuola lo-
quitur, cum primus hæres poſt aditam hæ
reditatẽ liberis ſuſceptis deceſſit, ſed quan
do hæreditate non adita, tuncq; de primi
teſtatoris hęreditate tractatur, ad quam nĩ
ſi fratris filij poſt teſtatoris mortem conce
pti, ex teſtamento vocati nõ cenſerentur,
non poſſent etiam ab inteſtato ſuccedere,
falſumq́ue eſſet, vt ait Scæuola, ex teſtato-
ris conſilio ipſos præferri. Non refragatur,
ſi diceretur, quòd pater non adeundo, cen
ſetur ſuis filijs relinquere. Nam cum ſit pa
trimonium alienum, non poteſt dici illud
à patre, verum à primo teſtatore profici-
ſci, vt in l.qui ſe patris, C.vn. lib.l.1.ff.de
vulg. & pupil. Nec obſtat, ſi cum Vberti.
adhuc diceretur, debere tex.illum de con-
ceptis ante intelligi, nec poſtea conceptos
debere ſubſtituto præferri, ſin autẽ extra-
nei eſſent, hæredes inſtituti, & eo modo
fideicommiſſo grauati, ſubſtituti exclude-
rentur per liberos indiſtinctè, ſiue viuente
teſtatore, ſiue poſt mortem fuerint conce-
pti, cenſenturq́ue liberi prælati, ex Zuc-
cardo ibi, cum ipſis extantibus ſubſtitutus
excludatur, ac teſtati cauſa ad inteſtatum
deducatur, ab inteſtato autem, cum filij
fratris proximiores ſint teſtatori, ipſi ſucce
dent. Non enim eſt dubitandum ibi, de
conceptis poſt mortem agi, vt verba tex-
tus, ſubſtitutionem in futurum tempus fa
ctam fuiſſe indicant: Si filium natum non
habebit, quæ verba poſſunt ad poſtea con
ceptos referri, & alia verba conſonant, ꝙ
tempore aditę hęreditatis filios non habe
bat. Denique abſurdum videretur, vt me-
lioris conditionis habeantur extranei, quã
coniuncti, & quia ex mente hæc interpre-
tatio in vniuerſum pendet, veriſimile eſt,
de omnibus filijs fratris ſui intellexiſſe, &
ideo de poſthumis etiam, ad hoc ut condi
tio deficiat, ut in l.iubemus. §. ſinautem.
C. ad Trebel.

Secundò, quia tex.dicit, prætulit libe-
ros ſubſtituto. ſed ſubſtitutus ex teſtamen
to admittitur, igitur liberi ex teſtamento
vocati, & pręlati cenſentur. Nec obſtat
quod Soc.dicebat, de l.vel ſingulis, de vul
gar. & pupil.§.vel ſingulis. Inſti.de pupil.
ſubſtit. ut voluerit liberis legitimam hæ-
reditatem conſeruare, cum non reperia-
tur eos vocaſſe, ſed tantum in conditione
poſuiſſe. d.l.ſi quis ſub conditione. Omiſ-
ſis enimuerò reſponſionibus ad iſtum tex.
allatis, ſatis dicitur legis interpretatione
ibi vocaſſe, vt non ſit nunc regulæ, ſuper
qua diſceptatur inhærendum, utque Pur-
pur. dixit, reſponſio hæc Soc. contra ver-
88 ba dict. l.Lucius, conſpicitur, & quia † ẽt
per ablatiuos conditionem importantes.
l.à teſtatore.ff.de condi.& demonſt.fidei-
commiſſum ex mente inducitur.l.fideicõ-
miſſa.§.cum eſſet.ff.de leg.3.Nec ſubſtitu
tio ibi, nouiſſimo facta extitit, ut non ſit
vis in verbis Soci. facienda.

Tertiò, cum verbum Prętulit, fratrem,
liberosq; reſpiciat, ergo vtroſque ex teſta-
89 mento, vt æqualiter † determinet. l.iam
hoc iure.ff.de vulg. & pup. l.in teſtamen-
to.C.de teſta.mil. Et ſi diceretur, abſurdũ
non cenſeri, vt verbum illud, prætulit, ad
diuerſas perſonas relatum, diuerſimodè
intelligatur, propter rationis diuerſitatẽ.
l.1.ff.de offic.conſul. ex quo frater tantum
inſtitutus reperitur, liberi verò in condi-
tione poſiti, ut in ſimili dicit Io.de Imo.in
l.Caius.ff.ſol.mat. & Ang.in Auth.de hæ-
red.& ſalcid.§.hinc nobis.

Reſpondetur, in verbis tantum diuerſi-
tatem apparere, non autem in mente, ex
qua ratio reſultat, mens autem præualere
debet, & ultra alia elici poteſt ex ſubſtitu-
tione fratri facta, triplici ſub conditione,
diſſenſus ſiue noluntatis, impotentiæ, ac
liberorum, & in ultima non ſolum ma-
ris, ſed fęminæ etiam, ex ſe natorum; ni-
mirum ergo ſi vocationem Iuriſconſultus
arguerit, liberorumq́; ex teſtamento præ-
lationem, conſilium denique prudens te-
ſtantis animaduerterit, alijs replicationib.
omiſſis, quæ extra literam textus, poſſent
intorqueri: ſed vnam non prætererim,
Quòd ſi filij ſuccedunt ab inteſtato, non
præferuntur à teſtatore: ſuccedentes enim
ab inteſtato, legitimam habent hæredita-
tem, vt non poſſint dici per teſtatorem pręlati, contra verba expreſſa in dicta l. Lu-
cius, circa fin.

Quartò, ex finalibus verbis d.l.Lucius.
ibi, Sed & eius liberos. apparet.n.ꝑ aduer-
90 ſatiuã, † ſed, cũ copula, voluiſſe in facto, nõ
in iure aduerſari.l.2. vbi gloſ. & Bar. ff.ne
quis eum, qui in ius vocan.eſt, ui exim.l.

ſed

ſed & ſi lege, in princ. vbi Bart. de petit. hæred. Dec. in l. fin. nu. 31. ff. ſi cert. peta. ſi igitur eſt in facto diuerſitas, quia liberi extent, identitas in iure procedit, vt liberi ijdem ex teſtamento, quemadmodum fra ter præferantur. Non repugnat reſponſio Socini, nam tollere aduerſatiuam cum co pula, & ponere etiam, pro &, & ſic pro co pula, dictionem quæ augmentum impor- tet, ſecundum aliquos codices, eſt diuina- re, vt videatur Soci. velle texturam illius legis deſtruere, cum deficit ratio, quemad modum ſenſus inde elicitus non aliquid ſaporis habet, de quo tamē ſtatim dicam, dumq; identitatem in iure conſiderari tā- tum vult, ratione excluſionis ſubſtituti, propter fratrem, & liberos, quod principa- liter agitur, ſecus admiſſionis fratris, & li- berorū, quod non quæritur, vt uigeat pro- inde regula d. l. ſi quis ſub conditione.

Nam prælatio cum excluſionem produ cat, de ea principaliter agitur, tanquam de cauſa producente effectum, imò de præla- tione in modū rationis meminit Iuriſcon ſultus, vt non poſſit vna dari ſine altera, & ibi de integra diſpoſitione tractatur, imò prælatio cū qualitate heredis exprimitur vt eadem qualitas in liberis intelligatur; Eſtq; aduertendum, redeundo ad ſenſum Socini, quòd non tantum prætulit fratrē, ſed etiam filios fratris, ſtante eodem facto, 9 frater deceſſerit relictis liberis, & adita hæreditate, nam etiam non adita hęredita te, per fratrē excludebantur ſubſtituti per ſolam exiſtentiam filiorum, licèt ſubſtitu- tio eſſet concepta alternatiuè, ſi frater inſti tutus repudiaret, vel moreretur prinſquā adiret, aut ſine liberis decederet, vt probat d. l. Lucius, in princip. iunc. verſic. fin. ibi; quos eò amplius noluit hęredes eſſe. Vn- de ſicut ſubſtituti fuiſſent excluſi filijs non exiſtentibus; per aditionem factam à fra- tre inſtituto ex teſtamento, ita excludun- tur ex teſtamento non adita hæreditate, ſed ſuperexiſtentibus liberis, argu. l. eum qui ędes, ff. de vſuc. Nec inter hos caſus bo na diuerſitatis ratio aſſignatur: retorque- tur igitur iſta qnarta reſponſio ex ſexta e- iuſdem Socini ratione, quam conſulentes confirmabant: ſi enim aliter d. l. Lucius, intelligeretur, abſurdum emergeret, q ſi frater liberis relictis deceſſiſſet, & non a- dita hęreditate, teſtatorem mori inteſtatū 91 voluiſſe, & ſic viam † teſtamentum impu- gnandi elegiſſe, contra l. 3. ff. de milit. teſt. videretur. cauſa enim inteſtati, cōtraria eſt cauſæ teſtati. l. 1. ff. de iniu. teſta. cum ſim.

Quintò, cum ſi ab inteſtato liberi non ex teſtamento vocarentur, ex tacita ipſo- 92 rum patris voluntate † venirent, per text. in l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum. non autem ex prudenti conſilio teſtatoris, præferentis eos ſubſtitutis, quod textui d. l. Lucius, aduerſatur. Hæcque inductio fri uola non videtur, vt Socinus ipſe arbitra- tur, dum inquit, in illo textu liberos ſub- ſtitutum excludere non adita per fratrem inſtitutum hęreditate, & ſic ex tacito iudi cio teſtatoris ſibi ab inteſtato ſuccedere, iux. d. l. conficiuntur. qui hoc caſu prępo- ſuit cauſam inteſtati, cauſæ teſtati, iux. l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus, ff. de hæred. inſtit. quia ſi ſuccedunt tacito iudicio teſtatoris, iam habent aliquid di- ſpoſitiuum ab eo: ſique ei ſuccedunt, non poteſt dici ab inteſtato, cum teſtamentum fecerit, accedente prouiſione vulgarium ſubſtitutorum. l. quandiu. ff. de acquiren. hæred. quos vulgares, liberi in conditio- ne poſiti excludunt, non tanquam præla- ti ab inteſtato, ſed ſicut inſtitutus pater, ſi adiuiſſet, ex teſtamento. & in d. l. ſi quis ita, conditio erat ab inteſtato clarè concepta, ibi, ſi legitimus hæres. iux. l. lege obueni- re. ff. de verbor. ſign. & l. 1. C. quand. non pet. par. contraria enim voluntas teſtato- ris apparet ibi, ex verbis, quod noluerit ex teſtamento veniri, ſed ab inteſtato, ut in præcedentibus dixi, & tradit Lancell. Polit. ſecus ſi dixiſſet ſimpliciter, ſi filij fratris hæredes non erunt. Abſurdumq; videtur dicere, quòd in d. l. Lucius, filij ſuccederent ab inteſtato teſtatori, & quòd hæreditate adita per patrem, ſucceſſuri patri eſſent ab inteſtato, quia hoc vlti- mo caſu d. l. conficiuntur. probat, quòd hæreditatem haberent ex voluntate pa- tris, qui potuit dimittere, & non dimit- tere ſalua legitima, non à patruo, cui hoc caſu non ſuccedunt ab inteſtato, & tamen vtroque caſu illa lex probat, liberos ha- bere tacitam ſaltem teſtatoris volūtatem, quæ propterea intelligitur de voluntate teſtati. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vul- gar. & pupil.

Sextò, nam vt Hieron. Grat. conſ. 101. ex ſerie, nu. 14. lib. 2. inquit, clarum eſt, li beros fuiſſe nominatos à teſtatore ad ſub- ſtituti excluſionem, vnde in dubio ex teſta 93 mento intelligitur, cum pro eo, † in du- bio fiat interpretatio, & ut quis habeat hæredem ex teſtamento, quando conſtat aliquem teſtatum fuiſſe.

Septimò comprobantur præmiſſa, ex

natura rub. de hæred. inſtit. & ſic loquitur
de inſtituendis, nõ de uocandis ab inteſta-
to. ergò illa verba d. l. Lucius, prętulit fi-
lios, debent ex teſtamento, inſtitutionis iu
94 re intelligi, vt ſecũdum naturam † rubricæ
interpretentur. l. Imperatores, de in diem
addict. D. Anto. in procem. Decretal. §. ſa
nè. Alex. in l. 1. in 3. not. ff. ſi cer. pet.

Octauò, cum ſubſtitutio vulgaris ad te
ſtamentum conſeruandum fuerit inuen-
95 ta. † l. 1. de vulg. & pup. ne primo hærede
deficiente teſtamentum corruat: cumque
teſtator ibi ſeruos fratri ſubſtituerit, vt eo
deficiente, per ipſorum ſubſtitutionem
conſeruaretur, ſequitur multò magis per
filios fratris, ipſum voluiſſe conſeruare.
96 Non aduerſatur, vulgarem † ſubſtitutio-
nem, tanquam directam, tacitè non indu-
ci, cum euitari poſſit per tex. in l. 3. C. de
inoff. teſtam. In l. fin. ff. de hæred. inſtit. &
apertum ſit, in expreſſa pupillari, tacitè
vulgarem contineri.

Nonò, quia in d. l. Lucius, maius du-
bium eſt, quòd filij veniant ex teſtamento
quàm ab inteſtato: ergo debet fieri inter-
pretatio, quod ex teſtamento veniãt, cum
97 in dubio † ille aſſumatur intellectus, in
quo maior eſt ratio dubitandi. Abb. in c.
cum in iure, de electio. Dec. in l. quoties
idem ſermo, de reg. iuris. ergo debet fieri
Interpretatio, quòd teſtator vocauerit fi-
lios ex teſtamento, cum hoc poſſet: nam
poſiti in conditione, cenſentur poſiti in di
ſpoſitione ex voluntate. d. l. fideicommiſ-
ſa. §. cum eſſet, de leg. 3. l. ſi ita ſtipulatus,
de oper. liber.

Decimò eſt ponderanda illa dictio, a-
pertè, in d. tex. appoſita, nã Iuriſconſultus
reſpondendo dicit, apparere quidem non
eam mentem teſtatoris fuiſſe, vt quenquã
hæredem adhiberet fratri, quem apertè ex
aſſe hæredem inſtituiſſet; vnde inferri vi-
detur, liberos, quodammodo non apertè,
ſed ex prælatione inſtitutos cenſeri, ſequẽ
ti maximè inductione coniuncta.

Vndecimò, eſt conſideranda pariter
98 dictio, eo amplius, † quæ qualitatis repe-
titionem inducit. l. in repetendis, vbi Bar.
ff. de legat. 3. Alexan. in l. hæredes mei, §.
cùm ita, ante num. 13. ff. ad Trebel. vnde
quemadmodum noluit Stichum, & Pam
phylum hæredes eſſe, cum apertè ex aſſe
fratrem hæredem inſtituiſſet, ita etiam ex
alio noluiſſe, dicendum eſt, ex prælatione
ſcilicet liberos vocando, ob dictionis præ
dictæ virtutem.

Duodecimò ad veram interpretationẽ
illius verbi, prætulit, vt vocationem impor
tet, eſt attendenda textura ſubſtitutionis,
ſub triplici conditione alternatiua, in qua
expreſſa conditione, quã abominatur, ſci
licet mortis ante aditam hæreditatem, ſta-
tim adiecit aliam liberorum, vbi non con
tentus filio, etiam filiam adiecit, imò ex ſe
natum, natamve, præciſam mentem ape-
riendo, vt aſſem, vel integram hæredita-
tem, qua frui fratrem cupiebat, eius filij
ex ſe nati in caſum voluntatis, & impoten
tiæ, tanquam eadem cum patre perſona,
& ex ſanguine teſtatoris, potirentur, vt me
ritò prudens teſtantis conſilium Scæuola
animaduerterit, cum non ſolum fratrem
hæredem, ſed & eius liberos, tanta animi
ui, atque exuberantia prætulerit, vt abſur-
dum ſit, verbum, prętulerit, ab inteſtato in
liberis intelligere, maximè cum Iuriſcon-
ſultus mẽtem L. Titij, diligentiſſimè per-
pendere moliatur, ibi, non eam mentem;
& viuam rationem, atque efficacem demõ
ſtratiuo quodam ſyllogiſmo afferendo.

Decimotertiò eſt conſiderandum, tex.
in d. l. Lucius, eſſe Scæuolæ Iuriſconſulti
reſponſum, qui alterius tex. d. l. ſi quis ita
hæres inſtituatur, ſi legitimus. ſub eod. tit.
fuit author. retinendo itaque intellectum,
vt ibi, legitimus vendicet ab inteſtato, ob
expreſſionem legitimi hæredis, & ſic par-
ticulari illa ratione, videtur contrarium
ſenſiſſe in dicto eius reſponſo, ubi non
meminit illius qualitatis, ſed hæredis ſim
pliciter qualitatem repetit, in liberos dum
99 prælationem inducit. Cæterum † ſi idem
Scæuola alibi ita reſpondit, lib. 18. Dige-
ſtorum: Si pater filium ſuum impuberem
ex aſſe ſcripſerit hæredem, eiq; codicillis
ſubſtituerit, deinde filius impubes deceſſe
rit, licèt ſubſtitutio inutilis ſit, quia codi-
cillis hęreditas, neque dari, neque adimi
poteſt, tamen benigna interpretatione pla
cet, vt frater, qui ab inteſtato pupillo ſuc-
ceſſit, ſubſtitutis fideicommiſſo obligetur.
l. Scęuola. ff. ad Treb. Quantò magis in d.
l. Lucius. interpretari debemus, vt libero-
rũ fauore, ac benigna interpretatione, præ-
lationem ex teſtamento, vti ſecuriori tra-
mite intellexerit, conditionisq; naturam
eodem fauore lenierit, vt ad effugiendos
tot anfractus, & liberorum pericula, diſpo
ſitionem conditionalia verba rationabili-
ter inducant.

Decimoquartò põderandum eſt illius
tex. proœmium, dum dicitur, L. Titius, qui
fratrem habebat, teſtamento ita cauit, ut
prælatio illa liberorum, in fi. text. expreſſa
ex

ex prudenti conſilio ad teſtamentariam di
ſpoſitionem neceſſariò ſit referenda: nam
100 ex præfatione, † ſiue prooemio colligi-
tur cauſa finalis diſpoſitionis, glo. in l. fin.
ff. de hæred. inſtit. Ang. de Aret. in §. ſed &
ſi quis, nu. 2. in fi. Inſtit. quib. mod. teſt. in-
firm. Bal. in l. vnica, nu. 1. C. de Iuſti. C. cō-
fir. Dec. conſ. 600. Et inſpecto, nu. 1. Soc.
iun. conſ. 142. Propoſitis, nu. 10. lib. 3. Ni
col. Bello. conſ. 60. Viſa, nu. 11. Pariſ. conſ.
88. Ad euidentiam, nu. 24. lib. 1. conſ. 83.
viſo teſtamento, nu. 27. lib. 2. Alex. conſ.
143. viſo titulo q. nu. 3. lib. 6. Corn. conſ.
68. Aliquandiu, col. fin. nu. 7. lib. 2. l. regu-
la. §. fin. ibi, nam initium conſtitutionis. ff.
de iu. & fac. ignor. Et nuncupatim in ſtatu
tis. Lanfran. in c. quoniam contra, in prin.
de probat. Pariſ. conſ. 69. ſi iuris commu-
nis, nu. 5. lib. 4. Carol. Ruin. conſ. 95. in
queſtione, nu. 10. vbi declarat. lib. 5. Ant.
Rub. conſ. 16. in cauſa Ioannis. nu. 9. Pau.
de Caſtr. conſ. 261. viſis, nu. 2. lib. 2. Ludo.
Gozad. conſ. 1. Primò diſcutiam. nu. 16.
In contractibus, Dec. d. conſ. 600. vbi a-
lios allegat, nu. 2. Anton. Rub. conſ. 147.
viſo inſtrumento, nu. 13. l. Titia. §. idem re
ſponſum. ff. de verb. ob. In legib. Rolan. de
Val. conſ. 86. Illuſtris Domine. nu. 58. li. 1.
In ſententijs. Io. Ceph. conſ. 35. in cauſa
fiſcali. nu. 33. lib. 1. In reſcriptis. Paul. de
Caſt. conſ. 3. quoniam. nu. 2. lib. 1. vt meri-
tò ex prooemio d. l. argumentando, voca-
tio liberorum inducatur. Poſſem alia circa
iſtum text. afferre, quæ in duob. locis infe-
rioribus aptius tradentur. Vnum dixero, q
in effectu Gloſſa nimis Iuriſconſulti men-
tem offendit, idemq; in propoſita q. egre-
giè ſatis ac notabiliter dixit Petr. de Anc.
conſ. 74. contra Philippum, col. 2. circa
med. vt alios nunc pretercam.

Decimoquinto, redeundo ad Soc. com
mutationem dictionis, &, in etiam, poteſt
dici, literam non alterando, quòd copula-
101 tiua, &, † aliquando pro etiam, ſumatur
apud Verg. Natus & ipſe Dea. l. 1. C. ſolu.
matr. l. 1. §. hæc que de ſeruis, de acq. poſſ.
l. 1. C. de nou. C. facien. §. quib. in fi. l. 3. §. ſi
duo, de Carb. edic. c. tāta, de ſimo. cle. gra-
uis. de ſen. excom. Hieron. Gabr. conſ. 90.
Anno 1504. nu. 37. vnde dicendo, non
enim fratrem ſolum heredem pretulit ſub
ſtitutis, ſed etiam eius liberos, dictio, e-
102 tiam, implicat idem ius & factum, † vt
per Alexan. in l. 1. col. 3. C. qui admit. er-
go eodem iure ſuccedunt liberi, & ſic ex
teſtamento, & ita intelligunt Hieronym.
Grat. d. conſ. 101. ex ſerie. nu. 14. lib. 2. &
Ioan. Cæphal. conſ. 306. conſultatio ſe-
quens. nu. 111. & ſeq. lib. 3. imò dictio, e-
103 tiam, † caſum magis dubitabilem expri-
mit, vt in rub. C. etiam per procur. Niſi di-
xeris, dictionem iſtam, caſum minns dubi
tabilem implicare, ut per Proſper. Paſeth.
conſ. 12. circa capitula. nu. 18. poſt Fulgo.
Alex. Dec. & Rim. in l. qui ſe patris. C. vn-
de lib. Hipp. Rim. conſ. 23. Illuſtris, & ge-
neroſus. nu. 130. & conſ. 87. opponitur,
nu. 10. Non referam que Caſſan. conſ. 67.
ad primum dubium, nu. 52. verſic. Stringo
vlterius, ad iſtius tex. intelligentiam affert,
quæve etiam Fernand. Vaſq. in tract. de
ſucceſsion. creat. lib. 1. §. 4. tit. de liber. &
parent. ſucceſſ. col. 3. nu. 6. verſic. reuoco
in dubium, tanquam nimis relatu proli-
xa, licèt pulchra, ac etiam que ſubtiliter
tradidit Nicol. Valla in tractat. de rebus
dub. titu. qui in rebus human. non eſt, an
vocari, & ſubſtitui poſſit. nu. 3. verſic. Pro-
pterea Iuriſconſul. eodem quidem propo
ſito breuitatis.

Sextò, pro ſolido, firmoq; fundamento,
dicunt eſſe tex. in l. generaliter, in princip.
C. de inſtit. & ſubſtit. ibi, cui enim ferēdus
eſt intellectus, ſi forſitan teſtamentū qui-
dem non fecerit, poſteritatem autem ha-
buerit, propter huiuſmodi verborum an-
guſtias, liberos eius omni penè fructu pa-
terno defraudari; & ſic filij nati, in illo tex.
ad bona fideicommiſſo ſubiecta, his condi
tionibus, ſi filius, vel filia inteſtatus, vel in-
teſtata, vel ſine liberis, aut ſine teſtamento,
vel ſine nuptijs deceſſerit, ad bona reſtitu-
tioni ſubiecta, tanquam ad fructum pater-
num admittuntur. porrò ſi in diſpoſitione
poſiti eſſent, tanquam ad auitum fructum
venirent, cum ex fideicommiſſo teſtatori
ſuccederent. d. l. coheredi. §. cum filiæ.

Etſi cum And. Barb. in d. l. cum acutiſſi-
mi, diceretur, quòd ideo liberi dicuntur
ibi accipere hæreditatem aui, veluti fru-
ctum paternum, quia cenſeatur eis pro-
pter inſtitutum patrem illa obueniſſe, vt
104 intret regula, quod mei † contemplatio-
ne filius meus percipit, ex me percepiſſe
videtur. l. cum aliquis. C. de iu. deliber. l.
ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. &
pup. l. ſi verò. §. item quicquid. ff. ſol. matr.
l. ſi filio. ff. de condit. & dem. c. requiſiſti,
de teſtam. reſpondet Alex. quòd imò in
dubio, quod auus nepoti relinquit, præſu
mitur relictum propter ſe, non autem pa-
tris contemplatione, ideo aduentitium di
105 citur, † non profectitiū, vt not. gl. in l. qui
in aliena. §. interdum. ff. de acq. hære. Bar.

Ang.& Io.de Imo. in l.quæſitum. ff.de legat. 1.& idem eſt de mente Bart. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, in q. de ſpurio nepote.ff.de liber. & poſth. & ſi ex intentione conſulentium vlterius diceretur, quòd Alex. replicatio ex d. §. interdum, procederet, cum nepoti viuente filio eſſet relictum, ſecus mortuo filio cum filijs, ex tacito iudicio, quod patet, cum lex illa in fauorem liberorum emanauerit. igitur cum ſemel pater fuerit admiſſus,& poſtea liberi admittantur, poſſunt dici fructu paterno defraudari, quaſi occaſione patris admittantur, cùm habeant mediante perſona patris.

Iſtud conterit Socin. poſt Alex. cum ſi ad fideicommiſſum ex teſtamento admitterentur, immediatè ab auo habere dicerentur.d.l.cohæredi.§.cum filiæ. ff.de vul. & pup.dicereturq́; aduētitium, nec à patre profectum. Sicq́; ex intentione eorundem cōſulentium huius text.reflexio prętenderetur. Nam cum incongruum ibi dicatur eſſe, filios omni fructu paterno priuari, ideſt legitima patri grauato debita de bonis aui, vt Accurſ. interpretatur, quę à patre poſtea ad filios tranſiret, euincitur ſeparationem legitimæ ab alijs auitis bonis fieri, quibus non priuabantur, non tanquam habendis à patre, ſed ab auo, quod contingere non poterat, niſi liberi eſſent vocati, iuxta eand.l.cohæredi.§.cū filiæ. Roboratur inductio, nam purificata vna conditione, cum ſecundum verba, quia plures erant alternatiuæ poſitæ, bona venirent ſubſtituto reſtituenda, à contrario ſenſu, ſecundum verba, vna ex eis deficiente, bona ex teſtamento iure fideicommiſſi retinenda erant, quod quidem argumentum tenet. l. 2. C. de liber. præter.cum ſi. Reſpondetur ex intentione Socini, inductiones iſtas vti debiles, & relatu indignas, reijciendas eſſe. Quarum prima ex abſono intellectu proceſſit: Accur. enim rectè intelligit, quòd ſcilicet legitima delata filio inſtituto, & grauato, in bonis aui non priuabantur, ſed alijs bonis ab auo habitis, legitima excepta, vt verba illa intelligantur, quòd paterno fructu in totum non priuarentur, propter legitimæ conſequutionem: itaque ſi omnibus bonis aui, præter legitimam, priuabantur,& tamen paterno fructu fraudari dicebātur, ergo bonis auitis carebant, quæ à patre erant conſequuturi, quod non poſſet niſi ijſdem ab inteſtato ſuccedentibus contingere, cum ex teſtamento iure fideicōmiſſi fructu auito carerent. d.§.cum filiæ. Secunda verò eliditur, cum verum ſit ſecundum verba, bona retineri debere, ſed ab inteſtato, propter conditionis defectum. Omiſſis conſulentium ponderationibus, huic text. multipliciter poteſt reſponderi.

106 Primò, † quòd illa verba, omni penè
fructu paterno, ad filium hæredem inſtitutum non referuntur, ſed ad ipſum auum, qui reſpectu filij pater dicitur, vt ſit textus intentio, ferendum non eſſe, quòd cum filius teſtatus non ſit, poſteritas eius omni penè fructu paterno fraudetur, ideſt omni emolumento, quod filius hæres inſtitutus in paterno teſtamento conſequutus eſt.

Secundò, quòd etiam quæ ab auo proue-
107 niunt, poſſunt paterna † appellari, quēadmodum & nepotes, filiorum appellatione continentur. l. liberorum. ff. de verb. ſig. & ob iſtud feuda, quæ ab auo, alijsq́; parentibus deſcendunt, paterna dicuntur. c. 1. de ſucc. fratr. c. 1. de natu. ſuc. feud. §. 1. & c. 1. de grad. ſucceſſ. in feud. qui eſt melior tex. qui ſit in iure, ſecundum Iac. de Belui. & Bal. ibi, Alex. conſ. 30. quoniam. nu. 5. lib. 1. ſicq́; vſque ad quartum gradum ſupra in quo continentur quinque perſonę, quæ habent nomē genitoris, ſ. pater, auus, proauus, abauus, & atauus, ſecundum Bal. in c. 1. §. hoc quoque. in fi. verbis, de ſucceſ. feud. & Cur. Sen. conſ. 49. Memoriæ recolendæ. nu. 45. Alber. Brun. conſ. 72. Tota virtus. col. 1. Ioan. Cęph. conſ. 133. Multa ſunt. nu. 20. lib. 1.

Tertiò fructus paternus intelligi poteſt
etiā de auo, vſque ad tritauum incluſiuè,
108 per tex. in l. Iuriſcōſ. §. parentes. ff. de gradib. idemq́; eſt pater, & parens. l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de lib. & poſthu.

Quartò dici poteſt, illum text. loqui, cū filij ſunt in vna conditione poſiti, alternatiue etiam alijs adiectis conditionibus, & inter alias illa, ſi filius ſine teſtamento deceſſerit. ex eo igitur, quòd teſtator filio facultatem contulit de bonis ſibi relictis teſtandi, colligitur tacitè filios in conditione poſitos, per teſtamentum poſſe excludi, & conſequenter teſtator voluit eos admitti ab inteſtato, vel ex teſtamēto, ſi inſtituti eſſent. Sed in iſta quæſtione nulla adeſt coniectura in contrarium, ex qua cenſeri poſſit nepotes ſubſtitutos non intelligi, ſed ſimpliciter in conditione poſiti reperiuntur. Hanc reſponſionem a Iuriſconſulto celebris nominis nouiſſimè excogitatam reperi, ipſam autem citra æmulationem, omnemq́ue ambitionem, vera qui-

dem

dem atteſtor, antequam huius Iuriſcon-
ſulti ſcripta legiſſem, ad intelligentiam
iſtius tex. conſiderabam.
Quintò, fructum paternum, ad auitum
fortaſſe referre etiam poſſumus, alia ratio-
ne, ætatis ſcilicet, vel dignitatis, cùm pa-
109 trem appellemus aliquando eum, † qui
his duabus præditus ſit, & non ſolum quę-
piam ſanguinis cauſa, ſed ſæpè eum, qui
nullo vinculo nobis iunctus ſit, vt declarat
Io. Nicol. Delphin. in tract. iuriſpatro. be-
nefi. in 1. par. nu. 12.
Sextò, ex finalibus ferè verbis illius tex.
liberos ex teſtamento vocari expreſſius de
claratur, dum dicit Imperator, huiuſmo-
di facimus ſanctionem, & hanc legem in
perpetuum valituram inducimus, tam pa-
tribus, quàm liberis gratam. appellatione
nanque patrum, de teſtatoribus viam im-
piam obſtruendo intellexit, & liberorum
tam inſtitutorum, quàm in conditione
poſitorum.
Septimò, ponderanda vlterius ſunt ver
ba illa, omni penè fructu paterno. dixit
enim Imp. fructu, non ſucceſſione, vel hęre
ditate, intelligendo de legitima filij graua
ti, quæ ſibi iure naturæ debebatur, & pro-
110 pterea iure ſanguinis, † vti fructus pater
nus ſcilicet, reſpectu aui ad grauatum, nō
autem grauati ad eius filios, ſiue liberos,
ex quo aliorum bonorum, vt dicebam, ſe-
paratio fit, & ideo agitur de ſola legitima
quæ fructus appellatur, iure ſanguinis pro
ueniens, non de acquiſitione, ſeu ſucceſ-
ſione aliorum bonorum, quæ dicerentur
acquiri diuerſo modo, vt auita, data fru-
ctuum diuerſitate, & pluralitate, ex illa di
111 ctione vniuerſali collectiua, omni, † vel
generali, vt Soc. in §. vtrum, inquit, & tra-
dunt Recent. Vercellenſ. in l. 1. ff. de reg.
iur. nu. 6. vt fructus merito ſit patriæ pote-
ſtatis, naturæ, ac ſanguinis.
Octauò, eſt admittendum abſque con
trouerſia, ſanctionem illam imperatoriā,
voluntate veriſimili teſtantis introduci,
quia veriſimile non ſit, quòd vna cōditio-
ne exiſtente, velit ſubſtitutum admittere,
& liberos excludere; vnde cum verborum
anguſtias remoueat, atque execretur, libe
roſque fructu paterno fraudandos non eſ
ſe decidat, æquum, conſonumque eſt, vt
de auito fructu interpretemur: præſertim,
quia verbi ſignificatio, quemadmodum
ex præcedentibus conſtat, nequaquàm
repugnat.
Nono denique, nam cum filij in condi-
tione poſiti ſunt, Imperator abſurdum pu
tat, eos paterno fructu defraudari, quod
contingeret, niſi ſubſtituti intelligantur,
poſſent ſiquidem à patre per bonorum
alienationem, vel exhæredationem, aut
eiuſdem delictum, ex quo bonorum pu-
blicatio ſubſequatur, defraudari.
Septimò, pro gloſſæ opin. inducitur
tex. in l. filiusfam. §. cum quis. ff. de leg. 1.
112 vbi dicitur, † filios in conditione poſi-
tos, ſubſtitutum excludere: nec quæritur,
an hæredes extiterint, ſcilicet grauato, nō
autem teſtatori, per fideicommiſſum non
113 eſt hæres, † ſed loco hæredis. l. ſi filius. §.
1. ff. quod cum eo. vnde ponderabat Soc.
quòd ſi liberi ex teſtamento admitteren-
tur per fideicommiſſum, fruſtra dubitaſ-
ſet Iuriſconſultus, an ijdem, qui fuiſſent
vocati, ſubſtitutum excluderent, ſi non eſ-
ſent heredes grauati. igitur dubitauit, quia
ideò videntur poſiti in conditione, vt ſuc-
cedendo patri ab inteſtato, excluderent
ſubſtitutum; non ſuccedendo itaque vi-
debatur, quòd non excluderent, cum con
trarium probet ille text.
Idem tamen Soc. eiuſdem legis argu-
mentatione vtebatur, quòd ſi non quæri-
tur, an hæredes extiterint ad ſubſtituti ex-
cluſionem, hoc non ex alio obuenit, niſi
quia ſunt ad fideicommiſſum vocati, quo
caſu poſt hæreditatem patris repudiatam
poſſent fideicommiſſum acceptare, iuxt.
no. in d. l. Lucius. ff. de hær. inſt. licet ſibi
magis prima quadret inductio, vt per eū,
quæ in effectu viribus non ſubſiſtit; nam
quælibet legis deciſio, debet circa caſum
dubium verſari, & dubitatio non poterat
eſſe, quòd ſubſtitutus non ſit excluſus,
quia filij nō ſint hæredes patris ſui: ſed du
bitatio erat, quia videbatur dicendum,
ſubſtitutū non eſſe excluſum, quamuis na
ti ſint filij, niſi etiā ſint hæredes, vt tergi-
uerſari nequeat, filios in caſu d. §. cum
quis, poſſe hæredes teſtatoris eſſe, ſi volūt,
ergo ſunt vocati. iſtaque Socini ratio de-
claratur dilucidius per Aug. Bero. conſ.
110. Materia propoſitę quęſtionis, nu. 43.
lib. ſecundo.
Secundo, Franciſc. Mantic. d. lib. 10.
de coniect. vltim. volunt. dicebat, tex. iſtū,
neutram ſententiam probare, neutrum e-
nim pręſupponit. ſed quamuis de hoc poſ
ſit dubitari, ſatis eſt, eos patri ſuperuixiſ-
ſe, vt conditio defeciſſe intelligatur, quo-
niam hoc ſolum quæritur, an grauatus de
ceſſerit cum liberis, vel ſine liberis, & Iu-
riſconſultus omnem ſubmouet dubitatio
nem, & vult, nudum factum conſiderari,
non

non iuris effectum, ſicuti in cæteris condi
tionibus ſpectatur. l.qui hæredi.& l.Mæ-
uius, de cond.& dem.noſtram itaque du-
bitationem Iuriſconſultus ibi non deci-
dit, & ideo non poteſt inde argumentum
deduci, nam ſi Iuriſconſultus voluiſſet,
facile potuiſſet hoc dicere, & tamen non
dixit, vnde nos id dicere non debemus, iu
ribus vulg.

Tertiò reſpondetur, quòd ad ſubſtitu-
tum excludendum, licet non ſit neceſſa-
rium, vt ſint hæredes patris eorum, non
tamen inde ſequitur, ipſos à primo teſtato
re ad fideicommiſſum vocatos non eſſe:
poterũt ſiquidem fideicommiſſum ex pri-
mis tabulis habere, quamuis patri, qui re-
ſtituere tenetur, non ſuccedant.

Vel quartò non impertinenter dici po
teſt, minus oportere, eos primi teſtatoris
hæredes eſſe: cum enim ad fideicommiſ-
ſum vocentur, illud petere, ſubſtitutumq́;
excludere poterunt, licèt quo ad reliqua,
illius hæreditatem non conſequantur.

Octauò, tex.in l.ex facto etiã. ff. de hær.
inſtit.intorquent, quem variam interpræ-
tationẽ, ac lectionem recipere illuceſcit:
inducitur autem ex veriori, quam aſſerũt
lectura, qua probatur per illa verba, ſi hæ-
res non erit, non induci tacitam inſtitutio
nem, ſecundum quam illa l.ex facto, du-
riuſcula intellectu videtur. pro lucidiori
igitur explanatione, licèt duplicem lectio
nem admittat, congruentius eſt, vt com-
munem ſequamur, quòd ſcilicet ibi relі-
cta quadam vacante portione, ita ſcripſit
teſtator, ſi Seius hæres non erit, Sempro-
nius hæres eſto: quærebatur, num Seius
qui aliàs inſtitutus non erat, cenſeretur
per illa verba inſtitutus, quod negatur, li-
cet Pegaſus contra putaret. Sed ratio de-
ciſionis affertur, quòd huic pars data eſſet,
quæ nulla eſſet; ſuper qua ratione dubita
runt plurimi, & ſignanter Lancel.Polit.in
tract.ſubſtit.tit. de vulg.fol.6.is enim gloſ
ſæ interpretatione exploſa, per exemplũ.
§.ex aſſe. l.item quod Sabinus, de hæred.
inſtit.ibi enim totus as expletus erat, ideo
pars nulla erat, hic vero contra: Reſpon-
debat, quòd ideo ei pars data eſſet, quæ
nulla eſſet: quia cum ille Sempronius
ſtatim admitteretur ad vacantem illam
portionem, quaſi impleta ſtatim illa con
ditione, ſi Seius hæres non erit, quia ve-
rum eſt, hæredem non fore, cum inſtitutus
non fuerit, iam dici poterat, nullam eſſe
partem, quam hic Seius occupare poſſet;
quæ ratio ſi hoc pacto non intelligatur, fa
tetur ingenuè libentiſſimè eius intelligen
tiam ab alio afferri exoptare, licèt hic intel
114 lectus penitus ipſi nõ ſatisfaciat. † Vnde
Bellon.lib.ſupput.iur. c.18. fol.33. aliter
tex.iſtum intelligebat: verbum enim, huic,
in ratione tex.poſitum, interpretatur, ideſt
Sempronio, non autem huic Seio, dicens
relationem ſic faciendam fore, ex verbis
tex.apparere: cum enim voluit de Seio in
telligere, dixit Iuriſconſ.an hic Seius: ad
Seiumq́ue referendo, ratio illa eſſet abſo-
na, & contra terminos iuris, cum ſi cenſe-
retur vocatus Seius, non diceretur ipſi
pars data, quæ nulla eſſet, quia ad vacan-
tem portionem vocaretur. §.ſed ſi plures.
Inſti.de hæred.inſti.l.item quod.ff.eo.tit.
tuncq́ue ratio ad caſum propoſitum appli
catur: nam cum teſtator aliter Seium non
inſtituiſſet, dixeritq́ue, ſi Seius hæres non
erit, Sempronius hæres eſto, eius voluntas
fuit portionem vacantem in Semproniũ
conferre, quem hæredem expreſsè inſti-
tuit, non in Seium, quem ſi voluiſſet, vti-
que ſciuiſſet diſpoſitiuè inſtituere: propte
rea ſi diceremus, Seium admitti, cenſere-
tur data pars Sempronio, quæ nulla eſſet.
quare nulla? quia per acceptationem Seij
expiraret vulgaris ſubſtitutio, de qua in l.
poſt aditam. C.de impub.& al.ſubſtit.Sẽ-
pronius vero ſine parte contra teſtantis
voluntatem reperiretur: nec mirum eſt,
115 teſtatorem † hoc circuitu verborum vsũ
fuiſſe, cum mirabiles ſæpe conditiones à
teſtatoribus adijciantur verboſius pro ar-
bitrio, vbi potuiſſent rem paucioribus ex
pedire, vt facillimè in tit.de cond.& dem.
in tit.de condit.inſtit.potiſſimumq́ue in l.
inſtitutio, ac alijs iuris partibus.

Sed text. iſtum ſecurius eruditiſſimus
Polit.explicare, ni fallor, potuiſſet, euita-
tur enim, quòd ſimus ibi in hæredis inſti-
116 tutione, quæ ſui natura † exigit, vt vel
fiat per ſcripturam in teſtamento in ſcri-
ptis. Inſti.de teſtam.in prin.vel per expreſ
ſam nuncupationem teſtantis, in teſtamẽ
to nuncupatiuo.l.hæredes palam. ff.eod.
tit.neque ex coniecturis induci poteſt. l.
iubemus.d.tit.C.l.pater filiũ, in fi.ff. ad l.
Falcid.l. 1.ff.ſi tabu.teſtam.nul. ext.quod
117 verò per argumentũ † à ſenſu contrario
inducitur, non expreſsè, ſed ex coniectu-
ris ſumitur, gloſ. in c.cupientes.§.quòd ſi
per viginti.de elec. in 6.l.apud antiquos.
C.de fur.c.cum apoſtolica.de his quæ fiũt
à præl.in ver.indirectè, & ibi not. Abb.ſe-
cus eſt in fideicommiſſis, quæ, ut dixi, ſolo
nutu relinquuntur, idque uoluit in ra-
tione

tione textus, qua n ititur, ibi, quæ nulla eſ
ſet. id eſt quæ nullo modo fuerat ſcripta,
ſecundũ Bal. qui Dyn. refert, & ſic omiſſo
Ariſtonis ſenſu, eſt Iaboleni, itẽ Põponij,
Arrianiq́; ſententia aſſumẽda, vt à contra-
rio ſenſu hic, quo ad hæredis inſtitutionẽ,
argumentari non ſufficiat. Vel quæ nulla
118 eſſet, ideſt, quæ† non iure relicta eſſet. §.
1. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.
vbi inteſtatus quis decedit, vel quãdo nul
lum teſtamentum fecit, aut non iure fecit,
vltima primis annectendo. Recipit etiam
hic tex. variam, vt dicebam, lectionem, ſe-
cundum literę diuerſitatem, vt lubricus ſa
nè reddatur, iux. not. per Bar. in l. in ambi-
guo. ff. de reb. dub.

Nono, tex. inijciũt in l. iubemus, verſic.
Idemq́ue in retinenda, iun. princ. C. ad
Treb. inducendo vt per Andr. Sicul. ex mẽ
te quorundam Moderniorum, in d. l. cum
acutiſſimi, ac per Ant. Corſ. in q. Vtrũ per
iſta verba. In prima nãque tex. parte Imp.
dixerat, quòd ſi fratrem inſtitutum, de re-
ſtituendo alteri fratri, ſi deceſſerit ſine li-
beris, teſtator grauauerit, & reſtitutio ſe-
quatur, fructus præcepti in quartam non
imputãtur, ibidem ẽt idem eſſe proponit
quo ad fructuum in Trebellianicam im-
putationem, ſi teſtator filios de reſtituen-
do nepotibus rogauerit, ſicq́ue cum de fi-
lio grauato filijs iure fideicommiſſi reſti-
tuere meminerit, videtur ipſos eodem iu-
re non vocari, tanquam ſub illa, ſi deceſſe
rit ſine liberis, circa filij inſtitutionem, in
priori parte verborum appoſita conceptio
ne, non compræhendantur: idemq́ue in
d. l. iubemus, Rapha. Fulgoſ. aſſerebat.
Huic quoque inductioni reſponſio non
deeſt, ipſamq́ue nihil momenti habere tra
dit Ludouic. Roman. in d. l. ſi cum dotem,
in princ. col. 20. cum fideicommiſſaria ne-
potum ſubſtitutio ad hunc effectum mini
mè ibi reperiatur, vt ex verbis, ſi ſine libe-
ris deceſſerit, circa filij inſtitutionẽ in pri-
ma legis parte adiectis, ad auitam iure fi-
deicommiſſi hæreditatem vocati non vi-
deantur, cum id non pertractet ibi legiſ-
lator, ſed vt quemadmodum cum fratre
grauato, fratri alteri reſtituere, in Trebel-
lianicam, fructus hæreditarij non compu-
tantur, ita filio grauato, teſtatoris nepo-
ti reſtituere; & cum hac Romani reſpõſio-
ne tranſit And. Sicu. in d. l. cum acutiſſimi,
verſic. Tertio dicit. fol. 22.

Sed neſcio, quæ male ſana intempe-
ries, qui lethargus obuertere tantos viros
potuit? quid enim ad rem, ſi in text. de eo
principaliter nõ agatur, dummodo id per
tramites iuris neceſſario colligere poſſi-
mus? Illam itaque probabiliorem reſpon
ſionem putant, quòd in verſic. Idemq́; in
retinenda, dum filius, vel filia rogatus ne-
potibus, vel neptibus, pronepotibus, vel
proneptibus reſtituere, non de filijs inſti-
tuti, ſed fratris, prioris partis retento tex
tus themate, intelligatur, quos ſiue ad te-
ſtatorem referas, ſiue ad filium inſtitutum
grauatum, vtroque caſu ipſis verba legis,
ad hanc contrarietatem delendam, con-
gruunt, & ſic in Trebellianicam fructus
non imputentur, non tantum teſtato-
ris filio ſubſtituto, ſed nepotibus, aut pro-
nepotibus, & deinceps vlterioris gradus.
Vltimò, ex medulla, vt dicunt, ac ratione
text. ſumptam diſſolutionem ſubijcio, prę
ſuppoſito, nepotes pronepotesq́; inſtitu-
ti filij, non alterius fratris intelligi, maxi-
mã diuerſitatis rationem inter priorem,
poſterioremq́ue textus partem conſidera
ri. Priori etenim caſu diſpoſuit, cum poſt
mortẽ inſtitutus, ſi deceſſerit ſine liberis,
fratri reſtituere grauatur, poſteriori uerò
cum incontinenti, ſicq́ue in uita, filius in-
ſtitutus morte non expectata, nepotibus
aut pronepotibus reſtituere grauaretur,
apertamq́; inter hos caſus differentiã con
ſtituendo, liberorum conditio in terminis
iuris remaneret, & cum Ludouico Roma-
no in præcitato loco, aliquid ibi circa con
ditionem nõ diſponeretur, diuerſa hac tñ
ratione. Vtranque ego poſteriorem re-
ſponſionem impertinentem exiſtimo, a-
deo vt impertinenter etiam in eius repro-
batione inſudârem, textumq́ue iſtum plu
rimum pungere comperiam.
119 Decimò, nam in conditionibus † me-
rum factum inſpicimus. l. qui hæredi, & l.
Meuius, ff. de condit. & dem. Carol. Ruin.
conſ. 126. Viſa prohibitione, nu. 10. lib. 2.
ideo uidetur ſufficere, ꝙ cum liberis de-
ceſſerit. & ex tacito intellectu legis uide-
tur cõcepta in unum caſum, ſcilicet quòd
ſubſtitutus ſuccedat, in caſu non exiſten-
tium liberorum, ergo in caſu exiſtentium
liberorum extra prouiſionem teſtatoris, &
per conſequens in caſu ab eo non prouiſo
uerſamur, l. ſi ſeruus, uer. Non dixit præ
tor, de acq. hæredit. l. commodiſſimè, de
lib. & poſthum. l. ſi cum dotem, ff. ſol. ma-
trim. l. ſi extraneus, de cond. ob cauſ.

Andr. Sicul. in d. l. cum acutiſſimi, poſt
Raph. Cuman. in l. filiusfam. §. cum quis,
hanc rationem euitabat, quòd imo in
conditionibus potius mens teſtatoris in-
ſpici-

120 ſpicitur,† quàm forma verborũ, l.in con
ditionibus.l.pater Seuerinam, in princip.
& §. conditionum verba, ff. de condit. &
demonſtrat.

Nec obſtant dictæ leges,vt in conditio-
nibus merum factum inſpiciatur: loquun-
tur enim vbi non apparet de cauſa, vt ſo-
let dici in l. Gallus, §. & quid ſi tantum,
ff.de liber. & poſthum. & in l. mulier, ad
Trebel. cum autem in propoſito finalis
ſuccedendi cauſa adſit, cur non debemus
interpretari, quòd liberi ſint hæredes? &
propterea cum iſta conditione volunta-
ria non tam modus implendi inſpiciatur,
quàm effectus, merum factum non atten-
dimus, l.ſi mater, C.de inſtit.& ſubſtit.So
cin.in d.l.qui hæredi,col.2. verſ.Secundò
infertur. eſt enim conditio ad actum ne-
ceſſaria,in qua huiuſmodi admittimus in-
terpretationem.

Vndecimo Io.Bolognet.in d.l.1. C.de
pac.ante nu.47.verſ. Nam clarum eſt, hac
ratione, opinionem gl.confirmabat,dicit
enim ex vi verborum,filios vocatos non eſ
ſe in ſenſu directo, vt ex verbis patet, nec
in ſenſu contrario: ſenſus namq; ille eſt,ꝙ
grauat,ſi ſine liberis deceſſerit, ergo à con
trario ſenſu,ſi non decedat,nõ grauat,nec
tamen vocat ipſos filios, vt aſſeruit in l.1.
ff.de offic.eius. neque etiam ex coniectura
hoc ſumi poſſe, nam onus vni perſonæ
121 adiectum, † non trahitur ad aliam, Fran
ciſc.Aret.in l.Gallus, §.& quid ſi tantum,
col.4.de lib.& poſthu.Dec.in l.illam,nu.
11.C.de colla. ſicut prohibitio alienatio-
122 nis † adiecta vni perſonæ,ad aliam mini
mè porrigitur, §.1. in Auth.de reſtit.cum
123 ſimil.conditionemque fuiſſe hæredis fa-
uore appoſitam:aliàs enim teneretur pu-
rè, l.illis,vbi Bar.ff.de condit.& demonſt.
non debent ergo ad augmentum inducta
diminutionẽ operari, l.quod fauore.C.de
ll.adeò quòd conditione exiſtente, aliud
124 non ſit quærendum, quia conditio † pro
cauſa eſt,l.4.§.cum quis.vbi Bal.ff.de con
dit.inſtit.l.à Titio, ff.de verb.obli. merito
in ipſo hærede liberum remanet arbitriũ,
ex voluntate teſtatoris, diſponendi de re
ſua,d.l.filiusfam.§.cum quis,ff.de legat.1.
conditionemque aſcribit teſtator, ſed ſu-
per ea nõ diſponit, nec eam fieri mandat.
§.pœnæ nomine, Inſtit.de legat.& ita coa-
ceruatim plures rationes vno fundamen-
to conſtringebat.

Quæ tamen diuidi poſſunt, cum fidei-
commiſſum ex mente tacita teſtantis in-
ducatur, quocunque modo colligatur, l.
cum proponeretur, de leg.2.ex quo igitur
filios ſubſtituto prætulit, vt dicebam, qui
abſque alia prælatione, facto hominis, ex
lege dicuntur prælati, ob huiuſmodi ex-
preſſionem, debet colligi mens diſponen
tis.Nec eſt verum extenſionem hic fieri de
perſona ad perſonam in odioſis,& in gra-
uamine, cum ſit eadem, in conſequutio-
neque emolumenti verſemur,& honoris,
potius quam oneris,de vno in alium tran-
ſlatione, ſcilicet de extraneis ſubſtitutis
minus dilectis, ad liberos, quorum fauor
præponderat.Minimè verũ eſt, conditio-
125 nem † eſſe adiectam fauore tantum hæ-
redis. d.l.illis cum fauore etiam liberorũ
adiecta cenſeatur, glo.in d.l.filiusf.§.cum
quis,ff.de legat.1. & teſtator ſatis filio ſuo
prouidit,ex quo eum vſque ad extremum
vitæ,titulo honorabili inſtitutionis deco-
rauit.l.filium.ver.Sed ſi portio.de leg.pręſtand.
ſtand.poſt vero inſtituti filij mortem,cen-
ſetur prouidere eiuſdẽ filijs voluiſſe, hoc-
que ordinata proximiorum charitas,& af-
126 fectio ſuadet, quæ in diſponendo † pri-
mum circa magis proximos, deinde circa
minus proximos pręſumitur.l.fi.C.de ver.
ſig.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.l.peto,§.
fratre.de legat.2. l.hæredes mei. §.fi.ff.ad
Treb.vnde dixit Bald.in d.l.Lucius,quòd
127 verba † teſtatoris debent intelligi ſecun
dum quòd ratio naturalis, & ſanguinis nẽ
ceſſitudo dictat,& facit tex.in l.ſi is qui du
centa, §.item ſi paterfa.in fi.ff.de reb.dub.
non retorquetur in diminutionem,ſed in
augmentum diſpoſitio, cum proprijs filijs
acquiratur,quòd ab extraneis remouetur;
nec lęditur poteſtas,cum præſumatur etiã
filijs relicturus, ſed ſecuritas teſtantis in-
ducitur, agnationi,& eius poſteritati pro-
uidere intendentis, in quam procliuem
habuit animum. quæ verò ad conditionis
naturam pertinent, ſuperioribus declara-
ui. Et circa extenſionem non faciendam
de perſona ad perſonam, quicquid Are-
128 tin. † dixerit,multi contrarium ſentiunt
quòd imo extenſio fiat de perſona ad per-
ſonam,ex rationis identitate, ex veriſimili
mente, vt in d.§.& quid ſi tantum,inquiũt
Ang. col.3. Lud.Gozad. nu.86.Crot.nu.
27.& Fortun.Garz.nu.86. vt conſulentes
præteream,quos referre longum eſſet,ſuf-
ficiat Cæphal. conſ.446. In teſtamento,
129 nu.35.li.3.Et ſi diceretur, † ſcribentes cõ
tra Aret.loqui in extenſione, ſeu variatio
ne perſonæ grauati,non autem honorati,
ſiue ſubſtituti: nam ſi prima toleratur, ſe-
cunda prohibetur, Ang.d.col.3. & Cum.
col.

col. 2. Bart. in ead. l. Gallus, in princ. nu. 9. Io. de Imo. per illum text. in l. ſi pater filiũ impuberem, ff. de vulg. & pup. Alex. in l. 1. nu. 1 t. Soc. nu. 2 2. in 2. lim. & Rip. nu. 92. eo. tit. & fuit de mente Salic. in l. fin. C. de poſth. hæred. inſtit.

130 Reſpondetur, † perſonam patris & filij eãdem cenſeri, vt non dicatur proprie extenſio, quemadmodum Aretini opin. dicunt procedere, cum nec ſtrictè, nec latè ſumpto vocabulo, vna perſona ſub alia poterat cõprehendi, aliàs ſecus. l. filiũ habeo, ff. ad Maced. Gozad. conſ. 59. Prima facie, nu. 2 t. Ceph. d. conſ. 446. nu. 36. lib. 3. Itẽ

131 limitatur, † quãdo perſona ad quam fieret extenſio, comprehendi poſſet aliquo modo ſub verbis, & mente diſponentis, propter vnam qualitatem ſibi inhærentẽ, licet de illa non fuerit cogitatum in indiuiduo. ita ſe ipſum limitat Aret. vbi Ang. & Iaſ. nu. 3 t.

Fit etiam talis extenſio, quando abſurdum ſequeretur, vt minus dilectus melioris eſſet cõditionis, quàm magis dilectus. Soc. Iun. conſ. 1 29. In præſenti, nu. 26. lib. 3. Rui. conſ. t 68. viſo, nu. 20. li. 3. ſed ſubſtitutus minus dilectus ex teſtamento admitteretur, ergo ne ſint in hoc deterioris conditionis nepotes teſtatoris, facienda eſt extenſio ad fideicommiſſum inducendum, ſed hic virtualiter non ſumus in extenſione aliqua, ſed magis in comprehenſione, cum nepotes ſint in conditione poſiti, vt ipſi habeant, & acquirant, ſintq́; prælati, & prædilecti, d. l. cum acutiſſimi.

Duodecimo allegatur tex. in l. cum proponas, il 1. C. de pac. vbi fideicommiſſum fratribus reciproce relictum à patre, poteſt pacto ipſorum fratrum remitti, clarũque eſt, in tali fideicommiſſo, conditionẽ illam, niſi liberi naſcantur, intelligi. d. l. generaliter. §. cum autem. ergo ſequitur, ꝙ illi liberi tacitè ſubintellecti à iure, non ſũt vocati ex teſtantis diſpoſitione, vt ita dicendum ſit in propoſito, non eſſe ius aliquod liberis in cõditione poſitis, in hæreditate, ex iudicio teſtatoris acquiſitum. Et ſi diceretur, in d. l. cum proponas, non eſſe in expreſſa conditione liberorum, ſed in tacita à lege ſubintellecta, vt ex diuerſis nõ poſſit inferri. l. maritus. C. de don. inter vir. & vxor. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Reſpondet And. Sicu. in d. l. cum acutiſſimi. fol. 33. verſ. Et adde ad eos, parum differre iſto caſu, tacitè vel expreſſe vocari, argum. l. cum quid, ff. ſi cer. pe. inducens tex. formalem in d. l. cũ auus, verſic. Minus ſcriptum, quàm dictum inueniretur. fingit enim lex, verba, ſi ſine liberis deceſſerit, fuiſſe à teſtatore expreſſa, licèt in veritate dicta non fuerint. ergo ſequitur quòd nullum ius illis liberis vigore ſubſtitutionis acquiratur. Sed cum in præcedentibus ſuper d. l. cum auus, ſatis diſceptatum fuerit, non ſunt quæ diximus repetenda, nam retinendo communem opin. & Socin. inductiones ad ipſam validandam, quicquid ego diſputando attulerim, non meruit hic tex. adduci de tacita conditione loquens, quæ cum exorbitantiam quandam, & ſpecialitatem præſeferat, non eſt alia extenſio

132 ne vel ſpecialitate pregrauãda, imo † tex. iſtum dictæ l. cum auus, interpretationem recipere, affirmandum eſt, vt pleriq́ue in d. l. cum proponas, intelligunt: & ſignanter Io. Mar. Rimin. col. 1. poſt princ. cuius verba hæc ſunt. Item intellige tale fideicõmiſſum habere locum, quando filius ſine filijs decederet: ſic enim videtur teſtator diſpoſuiſſe, per tex. not. in l. cum auus. de cõd. & dem. per quem probatur, illud adhuc procedere, ſi alter filius ſit ſubſtitutus, & meminit Bal. in l. cum acutiſſimi. C. de fideic. hactenus Rimin. ibi.

Decimotertiò And. Barb. in d. l. cum acutiſſimi. alium tex. inducebat, in l. de fideicommiſſo, C. de tranſact. vbi pater eius filios inſtituerat, inuicem ſuſtituendo, vt ſi ſine liberis alter vita exceſſiſſet, alteri reſtitueret, & tamen Imperator vult ibi, reciprocum fideicommiſſum fratrum pacto potuiſſe remitti, ergo liberis naſcituris ius quæſitum non erat, ſubdens caſum d. l. cum proponas, differre à l. 1. C. de pact. cum ibi ſubſtitutio vni ſoli facta fuerit, vt ſi ſine liberis deceſſiſſet, alteri reſtitueret, ſed in d. l. cum proponas, ſimpliciter, nulla liberorum mentione habita. denique in d. l. fideicommiſſi ſubſtitutio, conditionaliter omnibus filijs inſtitutis, ſi decederent ſine liberis facta extiterat, adeò quòd varium inter ſe iura hæc caſum retineant, vt per eum, fo. 23. col. 1. verſic. poſſet etiam induci.

Cæterum tex. iſte non videtur probare And. argumentum, cui reſpondere profitetur, licet tex. in d. l. 1. tantum reſponſũ attulerit, & pro declaratione ſunt attendendæ aliquæ rationes, quas ad d. l. 1. in præcedentibus conſiderabam, cum agatur de reſcindenda tranſactione, bona fide interpoſita, quæ litium finis dicitur, vel de reciproca remiſſione, tranſactionis vim habente, ex qua fratrum cõcordia retinetur,

&

& votum captandæ mortis improbabile reijcitur, ſuper dubio euentu: quibus rationibus conſideratis, ratam tranſactionẽ eſſe Imperator decreuit. Inſuper retinendo gl. intellectum in verb. tranſactio. addi poſſet, inter fratres, controuerſum fuiſſe, an hincinde per teſtatorem grauati fuiſſent, vt lex faciat ad titulum, adeo quòd duplex incertitudo concurreret, & poſterior ad debilitandum ius liberis compe-
133 tens. Sed illa mihi tutior, † & verior reſponſio videtur, quòd in illo tex. nõ quęritur, vel deciditur, vtrum liberi ex iure ipſis quæſito vti prædilectis, reſcindere, aut improbare tranſactionem valeãt, nam de hoc nullibi mentio fit, ſed vtrum tranſactio ex cauſis Imperatori propoſitis, debeat inter fratres tranſigentes eſſe rata: & deciditur, firmam manere, nec reſtitutionis in integrum auxilio, ob minorem ętatem, aut circũuentionis prætextum reſcindi poſſe. non poterunt ergo tranſigẽtes fratres, ipſorum factum, ex propria perſona improbare: quantum verò ad liberos in conditione poſitos attinet, in terminis iuris communis relinqui dicẽdum eſt, quos inficiari nequit, prælatos eſſe, & quidem ex teſtamento, quas ad d. l. Lucius. interpretationes attuli, retinendo.

Decimoquartò affertur l. Gallus. §. itẽ credendum. ff. de li. & poſth. vbi eſt expreſſum, ſub huiuſmodi formula, ſi filius meus, & ex eo nepos me viuo moriantur, tũc ſi quis mihi ex nepote, pronepos, poſt mortem meam natus erit, hæres eſto: non videtur nepos inſtitutus, à contrario ſenſu, ſi me viuo non deceſſerit. proinde ſi nepos iſte auo agnaſcatur inter primum ſuitatis gradum, rumpitur teſtamentum. idẽ etiam in propoſito videtur dicendum, q licèt dixerit teſtator, ſi ſine liberis deceſſerit, non iudicentur liberi, à contrario ſenſu, per ſubſtitutionem vocati.

Tex. iſte maximã in ſe continet difficultatẽ, & in illa intricata q. quæ, per ſcribentes tanquam tenebroſa aqua in nubibus aeris cenſetur, Iaſ. in l. Gallus. in princ. ante nu. 45. ipſum potius retorqueri poſſe dicebat, cum reſpectu filij teſtamentum valere præſupponatur, & tamen inſtitutio non interuenerat, ſed erat in conditione poſitus. Nec ob. quòd ratione nepotis rumpatur: id enim non propter conditionem obuenit, ſed quia tempore teſtamenti nepos non tenebat primum locum ſicut filius, ideo nõ erat neceſſariò ab initio inſtituendus: merito non videtur nepos ex verbis illis conditionalibus vocatus quẽadmodum filius. Hęc autẽ ſolutio, an vera ſit, ex infraſcriptis liquebit, & ſic ea omiſſa, cum à pluribus infringatur, poteſt alio
134 modo tex. iſte euitari. Nam † omnes fatentur Galli mentem fuiſſe, teſtamentum in validam formam redigere, ipſumq; firmiter ordinare, & eſt etiam verum: idem de Scæuola eſt dicendum, vnde cum ambo conſulant formam teſtamenti, non debent ita conſulere, vt teſtamentum irritetur, ſed ſecundum Scęuolę interpretationẽ, ſi filius primò moreretur, quàm nepos, quod contigibilius eſt, ex ordine naturæ, l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. teſtamentum rumperetur. igitur ſecundũ ipſorum prouiſionem, in Scyllam incideremus, cupientes Caribdim euitare, & ſic modum inuenire, ne teſtamentum caſu aliquo irritetur. Iure etiam Scæuola de ineptitudine eſſet redarguendus, eiuſque prouiſio manca inueniretur, filio prædecedẽte, quod abſurdũ eſt dicere. Verior, ad euitandum hoc inconueniens, pro validitate teſtamenti, ac Iuriſconſulti defenſione, erit interpretatio, quòd teſtamentum non rumpatur, & ſub illa formula inſtituens, ſi filius, & nepos viuo me moriatur, tunc pronepos hæres eſto, quemlibet iſtorum, in ſuo caſu hæredem inſtituerit, primò filium in primo gradu, nepotem in ſecundo, pronepotem in tertio; nec eſt dicẽdum, ad prouiſionem tertij gradus peruenifſe, quin ſecundum gradum prouiderit; nam per primam, & ſecundam, itur ad tertiam prouiſionem, eadem vtrobique ratione militante: prout enim pronepos rũperet, ita & nepos, & ideo in tex. dicitur; idem credendum eſſe, in vtroque caſu, q a eadem verſatur ratio: prout enim taliter nepoti expreſſe prouidendo, cenſetur tacitè filius inſtitutus, eodem modo prouidẽdo expreſſe pronepoti, cenſetur nepoti, & filio tacitè prouidete: ſique Scęuola nõ ſolum præteritioni filiorum, qui in rerum ſunt natura, ſed etiam futurorum voluit præcauere, non eſt credendum, aliquem caſum pręſuppoſuiſſe, quo filius, & nepos natus ſint præteriti, & prout ignoramus, an nepos ſit inſtitutus, ita neſcimus, an filius ſit inſtitutus. cur igitur fingere debemus filium inſtitutum, & nepotem præteritum? Non obſtant duo. Primum, quòd iſte tex. loquatur in nepote, in quem non cadebat tanta affectio, quanta in filium: nam eſto verum eſſe, incongruum etiam eſt dicere, non cadere tantam affectionem

in

in nepotem, vt ex illis verbis, ſi filius, & nepos, vel ſi vterque me viuo, &c. non credatur dilectus nepos ordine ſucceſſiuo, ante pronepotem. quod enim reſpectu nepotis de filio dicimus, idem dicamus de nepote reſpectu pronepotis, arg. eiuſdem §. idem credendum. Secũdum, quòd ibi cum nepos non teneret primum gradum, nulla ei iniuria ex præteritione facta fuit, ideoque non cenſetur vocatus, quem vocari non erat neceſſe, cum ſi iniuriam non accepit, cur rumpit teſtamentũ? inſuper cum pronepotem expreſſe vocaſſet, qui quantum ad ſuitatem minus iuris habebat, ſtante filio, & nepote, quàm ille: non poteſt affirmari, nepotem præteritum iniuriam non accepiſſe: neque verum illud eſt, neceſſariam non fuiſſe nepotis inſtitutionem, quem filius præcedebat: neceſſitatem enim euentus declarauit, eo inquã caſu, quo filius præmoreretur, propter qđ introducta fuit prouiſio legis Velleiæ, l. poſthumorum. ibi, ſicut ipſum filium. ff. de iniu. rup. & irri. teſta. vt concludendum ſit eum qui ratione conſilij Galli, & interpretationem Scæuolæ, pronepotem ſubſtituit, ne agnatione rumpat: eadem, imò fortiori ratione, tacitè intelligi, nepotẽ inſtituere, ne & ipſe agnatione rũpat, cũ prior ſit eius agnatio, & contigibilior. apparet itaque teſtatorem de nepote cogitaſſe, & ei prouidiſſe, ne à pronepote excluderetur, cùm veriſimile ſit, illam conditionem eius gratia appoſuiſſe: ſique de pronepote expreſſim cogitauit, cur de nepote tacitè non cogitaſſe dicendum eſt, cùm pronepotem ipſum ita inſtituerit, ſi nepos ſe viuo præmoreretur? Et ita intelligendo, tex. eſt interpretandus, vt verba illa, ne ſucceſſione, ad pronepotem referantur; & verba, ſi prius nepos, deinde filios decederet, intelligantur, ſi vterque ante mortem teſtatoris: nam tunc rumperetur poſthumi pronepotis agnatione, adeo quòd non interſit, vtrum prius nepos, vel filius præmoriatur: vtroque enim caſu teſtamentũ firmũ manet, ſed vtrum ambo viuente teſtatore, tunc enim caſus Scæuolæ verificatur, & dictio, prius, ad auum, vt Accurſ. rectè ſentit referenda eſt, non de nepote ad filium: & quoad pronepotem, nihil refert, an filius priuſquam nepos, vel econtra moriatur, & ſic teſtamentum iſto caſu, ad conſilium Galli ſubſtineatur, ob pronepotis factam prouiſionem, quemadmodum verba tex. Quod ſimiliter admittendum eſt, apertiſſimè indicant.

Quintodecimò inducitur l. vel ſingulis, ff. de vulg. & pup. ſubſt. facta enim ſubſtitutione, ei qui liberorum nouiſſimus morietur, ius legitimarum hæreditatum integrum inter eos cuſtodiri, inquit Florent.

Sed reſpondet Ripa in l. Centurio, nu. 159. verſi. pro communi, tex. iſtum in ſubſtitutione directa procedere, quæ voluntate tacita non inducitur, l. iubemus. C. de teſta. nos autem in ſubſtitutione fideicommiſſaria verſari, quæ coniecturis præſumitur. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. Et tamen Franciſc. Mantic. lib. de coniectur. vltim. volunt. tit. 2. poſt nu. 8. contradicit, 135 cũ & directa ſubſtitutio, † ex veriſimili voluntate, & contra verborum ſignificationẽ inducatur, l. iam hoc iure, de vul. l. 3. C. de inoffic. teſtam. Paul. de Caſtr. in l. ſi pater impuberes. ibi, nota iſtam gl. d. tit. de vul. & pupill. & tradit Alciat. in d. l. vel ſingulis, poſt nu. 4. verſic. non quòd directas ſubſtitutiones.

Proinde aliter ipſe reſpondebat, ius in-136 quam † legitimarum hæreditatum, inter impuberes filios neceſſarium eſſe, cum ipſi teſtari nõ poſſint, l. qua ætate. ff. de teſtamen. per ſubſtitutionem autem nouiſſimo, in pupillari ætate morienti à teſtatore factam, ſatis proſpectum videri, nec eſſe neceſſarium pupillarem ſubſtitutionẽ ſubintelligi, vt hæreditas defuncti filij ex veriſimili teſtantis voluntate ad ſuperſtitẽ perueniat: nos autem loquimur, cùm filij in conditione poſiti ſunt, qui ab inteſtato non ſunt neceſſario ſucceſſuri: per alienationem etenim factam inter viuos, vel per teſtamentum ab ipſo filio grauato, auitis bonis poſſet facile excludi. ne igitur contra teſtantis voluntatẽ excludantur, tacitè ſubſtituti per fideicommiſſum intelligi debent.

Cogitandum tamen eſt, ſi vlterius nunc 137 dici poſſit, † ius legitimarum hæreditatum, ibi non induci, ratione poſitionis in conditione, vt inde eliciamus, Iuriſconſultum differentiam ob ipſam conditionem, inter vnam, aliamq; ſubſtitutionem conſtituere, ad ſignificandam ex teſtamento, vel ab inteſtato ſucceſſionem voluiſſe, ſed ob vim diſtributiuæ collecti- * uæque orationis. Cum autem ad iſtius legis intelligentiam, tum in Racemationib. Iur. Ciuil. lib. 1. tum l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad Treb. nonnulla dixerim, amplius hic non inſiſtam.

Sextodecimò Hier. Torn. in eius repet. ad l. Centurio. hanc afferebat rationẽ, quã

E opi-

opinionem Gloſſæ non infœliciter ſtabilire, intrepidè exiſtimabat: cõditio ſiquidẽ, ſi ſine liberis deceſſerit, ad exonerandum hæredem grauatum fideicommiſſumq́ue extinguendũ adijcitur. ergo ſi ipſe cum liberis deceſſerit, eadem conditio, aliud fideicommiſſum, in præiudicium ipſius hæredis, inducere non poteſt; cum, vt vulgò
138 dicitur, ad vnum finem inducta † non debeant contrarium operari. l. legata inutili liter. de leg. 1. & de adim. leg. l. ea. inducta ẽt in fauorẽ, non debeant in odium retorqueri, l. quod fauore, de legib. l. ſancimus. in prin. C. ad Treb. Hæc tamen ratio, acuto, ſubtiliq́ue ingenio prodita, & aliquando etiam vti efficax concelebrata (fuit e-
139 nim Torni. Nouarien. † ſua tempeſtate Iuriſc. acutiſ. qui ſanguinis nobilitatem, eius ingenij fœlicitate egregiè exornauit, vt recentiorum ferè ſubtiliſſimus non ab re prædicetur) tuta non videtur, quinimò fragilis, & penitus inefficax, cum ut Fran. Mãtica dicebat, conditio hæc contrarium effectum induceret, ſi hæres ipſe cum liberis decedens, reſtituere hæreditatem eidem ſubſtituto intelligeretur, cui rogatus eſt ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, eam reſtituere. quòd autem per coniecturam voluntatis intelligatur liberis hæreditatem reſtituere rogatus, nullam con tinet repugnantiam, imò teſtantis congruit voluntati, qui non hæredem ſolum prętulit ſubſtituto, ſed & eius liberos, quique ſuam hæreditatem magis ad ſuos liberos, quàm ad ſubſtitutum voluit peruenire, d. l. Lucius, la 2. in fi. de hær. inſti. Si itaque ſubſtitutus ex teſtamento vocatur, pari ratione, imò fortiori, deducto argumẽto à veriſimili, liberi in conditione poſiti, ſaltem ex tacito iudicio teſtatoris, debent intelligi vocati, ad excludendum ſubſtitutum; Neque hæc contraria ſunt: illa enim
140 contrariantur, † quæ ratione eiuſdem ſubiecti, & finis, repugnant, aliudq́ue eſt fideicommiſſum, quod extraneo ſubſtituto relinquitur: aliud verò, quod liberis tacitè relictum intelligitur: neque eſt aduerſum, ſed diuerſum, ipſaque conditio non ſolum grauati fauore, ſed etiam liberorũ appoſita cenſetur, imò magis liberorum.
141 Dixerim inſuper, † eſto conditionem iſtam dirigi ad extinguendum fideicommiſſum, id tamen euenire ratione cuiuſdã antecedentis, ſcilicet natiuitatis liberorũ, & propterea vocationis, ex veriſimili, tacito que iudicio teſtôris: hocque caſu inducta ad vnum finem, contrariũ poſſe operari, vt inferius circa coniecturam grauaminis dicam. Quinimò in effectu eundem in propoſito eſſe finẽ, incluſionem nẽpe liberorũ excluſionem ſubſtituti inducere, grauatique exonerationem. Vel etiam leges prædictas procedere in ſenſu directo diſpoſitionis: ſecus, vt hic, in ſenſu contrario, l. ſi inter te, & me, ff. de except. rei iudic. de hisque ſtatim citato loco latius differemus.

Decimoſeptimò affertur tex. in l. ſi quis cum, §. fi. in fi. ff. de vul. & pup. ſubſt. vbi ſi
142 teſtator † aliquem ſibi hæredem ſub conditione inſtituat, ſi viuo ſe filius decedat, non ideo filius hæres inſtitutus intelligitur, ſi non decedat, ſed ſuperſit poſt mortem patris: dicitur enim præteritus, teſtamentumq́ue irritum redditur, quem tex. adducit Cor. conſ. 1. in pręſenti, nu. 8. ver. non enim obſtat, & nu. 21. lib. 3. meminitque Ant. Corſ. in reper. ad Abb. in fi. in 1. q. in 11. ar. par. neg.

Niſi ibi de inſtitutione directa pertractari reſponderimus, quæ ex tacita voluntate non inducitur, l. 1. ſi tab. teſta. extab. d. l. iubemus. C. de teſt. l. hæredes palam, ff. eod. tit. nos autem de fideicommiſſaria agimus, quæ vt ſæpiſſimè diximus, coniecturis & tacita voluntate conficitur. ſed cũ in ſuperioribus, directam etiam ſubſtitutionẽ, tacitè induci aliquãdo aſſeruerim.

Poteſt reſpõderi, quòd filius fuerat inſtitutus in primo teſtamento, quod non rumpitur per poſterius, in quo fuit præteritus, l. 1. & 2. de iniuſt. teſt. & magis intereſt filij, vt ſuccedat ab inteſtato, quàm ex primo teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, vocatos cenſeri, aduerſus Accurſium qui teſtentur, magisq́ communem opinionem Doctorum eſſe affirment.*

2 *Nicolaum de Neapoli ex Illuſtriſſima Ruſticorum familia, Doctorem eminentiſſimum fuiſſe.*

3 *Liberos in conditione poſitos, cùm non ſunt ab inteſtato ſucceſſibiles teſtatori, vocatos cenſeri.*

4 *Liberos in conditione poſitos, intelligi vocatos in contractibus.*

5 *Stipulanti imputari, qui apertius, & latius verba non concepit.*

6 *Conditionalia verba, cùm ſine effectu, niſi diſponerent, redderentur, diſpoſitionem inducere.*

Natu-

7 *Naturales liberos, licèt ſub tacita conditione ex lege non intelligantur, ſub expreſſa tamen ad ſubſtituti excluſionem includi.*

8 *L. cùm auus. ff. de cond. & dem. in extraneis conquieſcere.*

9 *Superflua non eſſe, quæ pro maiori declaratione exprimuntur.*

10 *Expreſſionem eorum, quæ tacitè ex voluntate teſtatoris inſunt, ſemper operari.*

11 *Subſtitutionem tacitam pupillarem, matrem non excludere, expreſſam verò ipſam repellere.*

12 *Expreſſionem eorum quæ tacitè inſunt, tunc operari, cum alio modo, quàm inſint exprimuntur, aliàs ſecus.*

13 *Liberos poſitos in conditione tacita, & ex l. cum auus, ſubintellecta, non ex teſtamento, ſed ab inteſtato vocari.*

14 *Conditionis liberorum expreſſionem, etſi non operetur in caſu expreſſo, poſſe tamen in alio caſu diſponentis mentem declarare, in quo expreſſio facta non ſit.*

15 *Hæreditatem, ius eſſe, & corpus quoddam fictum.*

16 *Hæreditate vendita, non intelligi vendita ſingula corpora hæreditaria principaliter, ſed acceſſoriè.*

17 *Inteſtatum decedentem, permiſſiua voluntate, de bonis ſuis diſponere videri.*

18 *Inteſtato ſuccedentem, formalem titulum ab homine non habere, ſed à lege, ex impropria diſpoſitione.*

19 *L. Lucius. ff. de hær. inſt. declarari.*

20 *Argumentum ex verbis ſtatuti, ad verba teſtamenti, validum eſſe.*

21 *Statutum, quòd agnatis maſculis exiſtentibus, defuncti mater excludatur, agnatos exiſtentes vocari, matre excluſa.*

22 *Ablatiuos abſolutos, cùm in eum qui vult agere referuntur, diſpoſitioni inducendæ adaptari.*

23 *Statutum, tacitam quandam eſſe ciuium conuentionem.*

24 *Argumentum de pacto ad ſtatutũ, validum affirmatiuè in iure eſſe, ſecus negatiuè.*

25 *Cauſam finalem, ſemper legi cohærere.*

26 *Statutum, quòd ſtantibus maſculis, fœmina non ſuccedat, ab inteſtato intelligi, ſecus ex teſtamento.*

27 *Dare verbum, importare dominiĳ translationem.*

28 *Traditionibus, dominia rerum transferri.*

29 *Collationem, propria rei fieri.*

30 *Conferre non teneri, abſtinentem ab hæreditate.*

31 *Verba enunciatiua, in neceſſarium antecedens diſponere.*

32 *Ablatiui abſoluti, etſi conditioni accedant, quando tamen diſpoſitionem inducant.*

33 *Naturales, nunquid ſubſtitutum excludant in conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ex dignitate, voluntate, conditioneq́ eius qui fideicommiſit accipiendum eſſe.*

34 *L. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Treb. interpretari.*

35 *Verba enunciatiua, principaliter per ſe prolata diſponere.*

36 *L. vnum ex familia, §. fin. ff. de leg. 2. intelligi.*

37 *Teſtatum pro parte, & inteſtatum pro parte, quem decedere non poſſe.*

38 *Teſtatus, vel inteſtatus pro parte, quis decedat, poſt aditam hæreditatem non attendi.*

39 *Conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, fauore filiorum ſubſtitutioni adiectam videri.*

40 *Vincens vincentem te, multò magis vincit te.*

41 *Conditionis defectus, nunquid ſubſtitutum excludat, an verò filĳ in conditione poſiti.*

42 *Vincens vincentem te, cùm diuerſa vincendi adeſt ratio, non vincit te.*

43 *Vincens vincentem te, cùm ſunt diſpares termini, non vincit te.*

44 *Vincens vincentem te, non vincit te, cùm virtus, quæ in vincente eſt, non concurrit in vincendo illum, quem tu vincis.*

45 *L. de acceſſionibus. ff. de diuer. & temp. præſcript. non procedere in ſucceſſionibus, in quibus ſi vinco vincentem te, non magis vinco te.*

46 *Fideicommiſſa nedum verborum expreſſione, ſed mente etiam tacita, & coniecturata teſtatoris, induci.*

47 *Mentem ex diſpoſitis elici debere, ad fideicommiſſum inducendum.*

48 *Mentem teſtatoris eſſe attendendam, ſi verba patiantur, ſaltem per impropriam ſignificationem.*

49 *Tacitum maioris potẽtia, quàm expreſſum, eſſe non debere, & nu. 52.*

50 *Adæquatione facta per modum regulæ, diſpoſitũ in vno ex æquiparatis, in alio etiam diſpoſitum cenſeri.*

53 *Hæredem hæredis, primi teſtatoris eſſe hæredem.*

54 *L. cum acutiſſimi. C. de fideic. declarari.*

55 *Vi opprimi melius, quàm malè cedere.*

56 *Rationem diſputando, authoritati præferendam eſſe.*

57 *Pythagoreorum in diſputando reſponſio.*

58 *Opinionum commenta, tempus deſtruere.*

59 *Naturam, legis normam eſſe.*

60 *L. Lucius Titius, ff. de hared. inſti. alia noua intelligentia decorari.*

61 *Liberos in conditione poſitos, vocatos eſſe aſſerere, æquiori, humaniori, & benigniori ſententia recipi.*

62 *Iudicem non peccare, ſi opinionem, qua dicitur filios vocatos eſſe, iudicando ſequeretur, propter exuberãtem qua nititur, æquitatem.*

63 *Doctoribus inuicem ſuper aliquo articulo diſſidentibus, ipſorum humaniorem ſequendam eſſe opinionem.*

64 *Iudices hortantur ad amplectendam opinionem contra Gloſſam, ſine periculo conſcientia, & honoris, licèt pro Accurſio ſit communis opinio.*

65 *Iudicandum pro communi, imò magis communi opinione rigoroſa, an ſit, vbi cõtraria eſſet æquior, & humanior.*

66 *Iudices, & aduocatos pracauere debere, ne opiniones rigoroſas ſequãtur, cum æquiores opiniones habent.*

67 *Opinionem Acc. in d. l. Lucius Titius, inimicam voluntatibus teſtantium, nonnullorum iudicio cenſeri.*

68 *Opinionem, quòd filij poſiti in conditione ſint vocati, Magiſtratus Sereniſſimi Senatus Veneti amplecti, teſtantium voluntates piè perſpicientes: ſed an ſimpliciter, vel adiecta maſculorum qualitate, nume. 72. & 79.*

69 *Doctori illuſtri de conſuetudine atteſtanti, credendum eſſe: ſed nunquid ad plenam, vel ſemiplenam probationem, aut præſumptionem, num. 71.*

70 *Collectas forenſibus de generali conſuetudine Italia imponi, Bart. Bal. & Alex. illuſtres Doctores teſtari, quibus eſt credendum.*

74 *Doctori illuſtri, dicenti curiæ conſuetudinẽ, credendum eſſe, de illa curia in qua Doctor verſatur, ſed vide, nu. 78.*

75 *Principem, ignorare conſuetudines curiarum ſui dominij, præſumi.*

76 *Domi geſta, per domeſticos illius domus probari, & in collegio, per illos de collegio.*

77 *Forenſis, vt poßit deponere de aliqua conſuetudine ciuitatis, requiri, vt in ea tantùm moratus fuerit, quòd veriſimiliter ei innoteſcere potuerit.*

79 *S. P. Q. R. opinionem contra Accur. in d. l. Lucius Titius, approbare, prout ſtatuto Almæ Vrbis diſponitur.*

80 *Liberos in conditione poſitos, non eſſe vocatos, ex Accurſio, eiuſque opinionem magis communem, & crebriorem, iſtis etiam temporibus virtualiter apparere, ab eaque iudicando, & conſulendo vti canonizata, recedendum non eſſe.*

81 *Vldaricum Zaſium, ſuauißima eloquentia Iuriſconſultum, communium opinionum authoritatem execrari, & librorum antiquorum interitum deplorare.*

82 *Gulielmum Budæum, maximum Iuriſconſultum, vetuſtatis obitum plangere, & opinionum, librorumq́; colluuiem abominari.*

83 *Franciſcum Viuium laudari.*

84 *Gloſſa authoritatem, ſemper ſummo honore habitam fuiſſe, multis teſtimonijs oſtendi.*

85 *Bartoli dictis ſemper ineßeveritatem, eiuſq́; ſublimitatem indicari.*

86 *Andreæ Alciati de Bartolo carmen.*

87 *Ioannem Andreæ, fontem, & tubam iuris canonici, ac Legiſtarum ſummum videri.*

88 *Guidonis Papæ, Doctoris Galli excelſi teſtimonio opinionem gloſſæ in d. l. Lucius Titius, in curia Parlamenti, de ſtylo, ac conſuetudine, iudicando ſeruari.*

89 *Gloſſa opinionem amplectendam eſſe, præſertim ſi cum ea alij graues Doctores ſenſerint.*

90 *Antonium Capycium præclariſsimum Doctorem, de gente Patricia Sedilis Capuanæ Neapolitanum Regium Conſiliarium fuiſſe.*

91 *Sacri Regij Conſilij Neapolitani grauitatẽ, & authoritatem afferri.*

92 *Romanæ Rotæ celebritatem, atque præſtantiam demonſtrari.*

CAP. II. PARS II.

1 ALTERA ſuperiori contraria eſt opin. liberos in cõditione poſitos, ex teſtamento vocari, cui noſtræ Vniuerſitatis nonnulli aſſentiuntur, glo. in l. quandiù. ibi, vel melius. ff. de reg. iur. glo. in l. filiusfam. §. cùm quis, vbi Dyn. Iaco. de Arena, Pau. de Caſt. ante nu. 4. dicens hanc opin. eſſe veriſſimam, & ſibi ſemper placuiſſe, ac Rapha. Cuma. ff. de leg. 1. Cyn. Iaco. de Are. Old. Albe. de Roſa. de veriori, æquiori, & magis ſecundùm mentem teſtatoris opinione atteſtans Salyc. in fi. Floria. de S. Petro, col. 12. & Rapha. Fulg. in l. 1. C. de cond. inſer. ibiq́ue allegans Bald. in quibuſdam lecturis antiquis, ſeu recollectis eandem opin. tenere, per ſubtiles, pulchrasq́ue rationes, vt meminit Caſtrenſis, licèt, vt dixi, pro contraria opinione allegetur, Oldrad. in d. l. Lucius, & ibi etiam Franciſ. de Albergo. de Aretio, qui pro contraria opin. adducitur:

idem Franciſ.in l.Gallus,§.1.ff.de libe.&
poſthum.in l.2.§.ſi duo, ff.de coll.bon. in
l.peto,in prin.ff.de leg.2. idem Oldrad. in
l.Titia cùm teſtamento, §. ſi ea conditio-
ne, de leg.2.Bened de Plumb. in d.l.ſi cũ
dotem, col.13. vbi Ludou.Roma.col.12.
ff.ſol.matr.Dyn.in l.Titia Seio, §.Seia li-
bertis,de lega.2. Floria.de S.Petro.in l.1.
§.pro ſecundo. C.de caduc.toll. & in d.l.
cùm acutiſſimi, vbi etiam Andr.Barb.col.
78.cum ſeq.inter cæteros allegans Bal. in
d.l.1. tanquam ſibi contrarium, & repu-
gnantem, prout communiter ad iſtud pro
poſitum pro opin.affirmatiua allegatur in
iiſdem recollectis.Bart.in d.l.generaliter,
C.de inſti.& ſubſti. in l.liberorum. 1.q.ff.
de verbo.ſign.in l.Gallus,in prin.ff.de lib.
& poſthu.& in l.ſi quis eum.§.fin.ff.de vul
gar.& pup. vt illum ponderat idem Andr.
Barb.conſi.55.col.5.lib.2. licèt contrariũ
in d.l.Lucius,idem Bar.ſenſerit, & pro af-
firmatiua citant etiam Oldr.d.conſ.21.
Thema tale eſt. dum in vltimis verbis di-
cit, quòd poſiti in conditione, licèt non
veniant ex expreſſa vocatione, veniunt ta-
men ex tacita, & ita intelligendo Oldra-
dum circa tacitam vocationem, pro hac
parte poteſt etiam allegari Io.And. in ad-
dit.ad Spec.titu.de teſtam.§.1. in fi.addit.
in fi. ex quo reaſſumpſit ferè ad verbum
conſilium Oldradi, licèt de ipſo mentio-
nem non faciat, & ita vterque à complu-
ribus allegatur, & ſignanter à Soc. iun. in
loco infra allegando, Iacob. de Beluiſ. &
D.Iordan.Brix.&ambos refert Gui.Pap.
deciſ.39. Docto. in iure ciuili, circa med.
Ang.in l.in legatis,C.de legat.dicens in le
ctura Florentina, ſolemniſſimos Docto-
res Ciuitatis Peruſij ſic conſuluiſſe, quem
ita loquentem referunt ibi Corn.& Iaſ.
Raph.Cuma.in d.l.filiusfam. §.cùm quis.
hanc etiam opin.ſequitur Gauffred. de Sa
lymaco in d.l.Lucius,& in eo.§.cùm quis,
vt ipſum refert Guid. Pap.d.deciſ.Andr.
Barb. in cap.in præſentia, nu.99. de prob.
Corn.in d.l.1.C.de cond.inſer.dicens pro
hac parte vidiſſe conſilium D. Antonij de
Prato Veteri, & vt ipſe inquit, D. Anto-
nium aſſeruiſſe, in dicto conſ.ſe aliàs idem
conſuluiſſe, eiuſque conſilio ſe ſubſcripſiſ
ſe, Pau.de Caſt.Io.de Ana.& Ant.de Ro-
ſel.ac ita fuiſſe iudicatum. Alexan.in d.l.
Gallus,§.etiam ſi parente, num.5. Bened.
de Plumb. in conſ. incip. Pro declaratio-
ne prædictorum. Petr. de Anch. conſ.74.
Contra Philippum, conſ.120.pro clario-
ri deciſione dubij. Bald. conſ.216. Verba
teſtamenti, lib.1. conſ.82. Petrus ſibi hæ-
redem Martinum, lib.5. conſ.306.col.2.
lib.4. quorum conſiliorum Baldi, memi-
nit Corneus, Ludou. Rom. conſ.32. viſa
municipali,col.2.verſi.quartò quòd auus,
Paul.de Caſt. d. conſ.86. dubitatio verti-
tur,nu.8. lib.1. vbi licèt negatiuam aſſerat
communem, & propterea ſe ab ea non au
dere pedem retrahere, tamen hanc poſte-
riorẽ dicit in puncto iuris ſemper ſibi plus
placuiſſe,nullumque certum textum & ex
preſſum habere Gloſſam in d.l.Lucius,
ſed ſola eius authoritate niti, vbi etiam re
ſpondet ad l.vel ſingulis.ff.de vulg.& pup.
& ad l.pe. C.de impub. & al.ſubſt. in glo.
allegatas, & conſ.263. circa primum quę-
ſitum, num.1. & 2. dicens ita conſuluiſſe
D.Raph.Fulg.lib.2.& Lud.de Sard.ĩ qui-
buſdam allegationibus ante iſtud conſiliũ
Caſtrenſis impreſſis, vbi dicit, rationes
pro hac parte, eſſe magis vrgentes, nec eſ-
ſe aliquam legem, aut rationem multum
in contrarium ſtringentem, & propterea
non eſſe dubitandum pro hac parte conſu
lere, & conſ.410. viſis facto & dubijs mi-
hi traditis,pro meliori declaratione,nu.5.
verſic.quartò opponitur,lib.1.dicẽs,quòd
licèt aliàs liberos in conditione poſitos,nõ
cenſeri in diſpoſitione crediderit, tamen
occurrentiam caſus, feciſſe magis ipſum
ſpeculari, idque non eſſe verum proferre,
vbi ſubtiliter dat intellectum, tum ad d.l.
Lucius,tum ad eius gloſſam, latè inſiſten-
do, & eſt pulcherrimum profectò conſi-
lium, & Corn. conſ.97. primò conſultus,
col.2.in princ. verſic. nec obſtat motiuum
Imo.lib.1. dicit, multos tenere hanc opi.
& eſſe de rigore iuris ſatis ſuſtentabilem,
prout latè dixit in l.1. C.de cond. inſer.&
conſ.74. viſo prolixo, nu.4. dicit, multos
tenuiſſe pro iſta parte, ac conſ.146. in hac
conſultatione, col.5.nu.19. lib.2.ſe in di-
uerſis cauſis, vidiſſe plura conſilia ſigillata
diuerſorum Doctorum ſuæ tempeſtatis,
non mediocris authoritatis, cõſulentium
pro hac parte,ſ.D.Maria. Soc. de Sen.qui
dicebat, ꝙ Raph.Fulg.Pau.de Caſt.& mul
ti Moderni conſuluerunt pro hac parte:
aliud in diuerſa cauſa D. Antonij de Pra-
to Veteri, qui in cauſa cuiuſdam Floren-
tini conſulebat, pro hac opinio.referebat-
que ſe aliàs conſuluiſſe, & obtinuiſſe, cũ
ſubſcriptionibus Pauli Caſtrenſis, & An-
tonij de Roſellis: dicebatque,quòd vter-
que Raphael concurrebat in hanc opin. al
legabatque Ang.in d.l.1.C.de condit. in-
ſer. ac in eadem cauſa vidiſſe aliud conſi-

 lium

tione poſitos, vocatos ex teſtamento per
fideicommiſſum non intelligi, tamen vo-
luiſſe Vlpianum, conditionem, dignita-
temq́ue teſtatoris conſiderandam eſſe, ut
diſcernatur, an liberorum naturalium exi
ſtentia, faciat fideicommiſſi conditionem
deficere: cogitauit enim teſtator, quòd
ſi inſtitutus liberos etiam naturales tan-
tum haberet, veriſimiliter omnem hæredi-
tatem, vel eius partem foret relicturus: vt
34 cenſeam † rectè tantùm dixiſſe, naturalem
ét efficere, q̃ conditio deficiat, & nõ ſubne-
cterit, aut indicauerit naturales vocatos eſ
ſe: nam quẽadmodum ex dignitate teſtan
tis conſiderari poſſet, an naturales ſucceſ-
ſione digni exiſtant, ita æquũ eſt, vt ex ea-
dẽ dignitate dirimatur, an ſubſtitutus ad
ſuccedendum ordinatus, naturaliũ inter-
poſitione impediatur, parificenturq́; caſus
ſucceſſionis naturaliũ, & excluſionis ſub-
ſtituti, cum vtrobique lędi poſſit teſtatoris
intentio, ac dignitas, tum in admittendo,
tum in excludendo ex naturalium perſo-
na: imò textus iſte poſſet generaliter in cõ
trarium retorqueri, conſiderando dictio-
nem illam implicatiuã, vt quemadmodũ
in naturalibus ex ipſorum exiſtentia tan-
tum conditio deficit, ut textus inquit, &
ex ſequentibus arguitur, ita ſit in cæteris li
beris decernendum, quod ex ſuperexiſten
tia ipſorum deficiat conditio, non aũt di-
ſpoſitiuè vocentur. Siq́; inſuper Vlpiano
videtur, voluntatis eſſe quæſtionem, intel-
ligendo ét conditionis defectum, per vo-
cationem iſtorum naturalium, quod con-
trouerſi iuris eſt, magis retorquetur, in tã-
tum q̃ poſitio in conditione non ſufficiat,
cum differentiam non tantùm ex dignita-
te, ſed etiam in voluntate eius qui fideicõ
miſit Iuriſconſultus cõſtituat: nam inquit,
Mihi autem quod ad naturales liberos at-
tinet, voluntatis quæſtio videbitur eſſe, de
quibus liberis teſtator ſenſerit, ſed hoc ex
dignitate, & ex voluntate, & ex conditio-
ne eius qui fideicommiſit, accipiendum
erit; geminatè voluntatis qualitatem ex-
primendo. videtur igitur conſiderari in il-
lo textu, liberorum exiſtentiam, ad inclu
dendum, vel excludendum ſubſtitutum,
ex voluntate tamen non ex ſimplici poſi-
tione in conditione. Poſſet textus iſte ex l.
generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut.
& ſubſtit. ſuberti, cum tamen quæ per-
tinent ad intellectum iſtorum iurium, in
* Tractatu de condit. ſi ſine liber. deceſ. fu-
ſiſſimè explicauerim, omitto inductiones,
& controuerſiam, tanquam alibi ex pro-
feſſo ſopitam.

Octauò facit tex. in l.vnum ex familia.
§.fin.ff.de leg.2. vbi ex verbis illis teſtato-
ris, Non dubitare ſe, quodcunque vxor
eius hæres inſtituta cepiſſet, liberis ſuis
reddituram; induci tacitè fideicommiſ-
ſum, Imperat. Marcus reſcripſit. & ſic
verba enunciatiua ad hæredem relata, li-
berorum fauore diſponunt, contra re-
gulam

gulam tex. in l. Titia cum teſtamento. eo. tit. ita in propoſito, verba fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ad hæredem relata, quãuis expreſsè in fideicommiſſum liberis reſtituendum non ſonent, tamen quia ipſorum fauore prolata videntur, debent tacitè intelligi per fideicommiſſum.

Reſpondent Antiquiores ad iſtum tex. verba illa in modum conditionis non fuiſſe prolata, quæ diſpoſitionem non inducunt, ut ſæpius dictum eſt: cumq; enun-
35 ciatiua verba principaliter† per ſe, quemadmodum ibi proferuntur, diſponunt, ut dicit Bart. in d. l. Titia cum teſtamento. in princ. ff. de leg. 2. & in eodem §. item Marcus Imperator. Bald. poſt ipſum Bar. in 3. oppo. adnotauit, niſi fideicommiſſum importarẽt, inania penitus redderẽtur, quod non eſt in iſta conditione, quæ ſubſtituti excluſionem operatur.

36 Poſſet † etiam dici, nec fortè infeliciter, quòd verba illa tex. fideicommiſſum minimè inducunt, ſed aliud quod pro fideicommiſſo habeatur, quamuis enunciatiua ſint, principaliter per ſe prolata. ergo quid minus debent operari verba merè cõditionalia, quæ ex regula non diſponunt, nec habent aliquam qualitatem alterantem, prout eſt in illis verbis enunciatiuis: & quamuis in effectu non ſit diuerſitas, ut dicit Bald. in vlt. not. ſat eſt, quòd pro alio habetur, retinendo quandam improprietatem, & oſtendendo impotentiam in perficiendo actum.

Vel aliter, quòd verba illa, Imperator pro fideicõmiſſo reſcripſit, accipienda sũt, non propter qualitatẽ enunciationis, ſiue verborum enũciatiuorum directionis, ſed in honorem benè tranſacti matrimonij, ex quo communium liberorum fides obuenerat: Vnde pater qui melius de matre præſumpſerat, non tantum reſtitutionem, vt periniquum ſub iſto honore, fide, ac iuſta præſumptione, ibi non dubitare, ſe patrem deceptum inueniri, idem Imperator crediderit: itaque non immeritò ipſum iuris religioſiſsimũ Vlpianus appellauit, matrimonij honorem, & effectus obſeruando, ac maxima prouidentia in eius reſcripto, ſumma vtilitate ſuffulto, vtẽdo: adeò quòd incongruè ad terminos conditionis propoſitę allegetur.

Nonò Alexander de Imol. d. conſ. 185. nu. 8. verſic. Vndecimò probari videtur, lib. 2. nititur tex. in l. hæredes mei. §. cum ita, ff. ad Trebel. inducere: ſed eius verba obſcuriora verbis Papiniani ibi videntur, & ita dicere voluiſſę autumo; quòd ſi verum eſſet, in conditione poſitos non cenſeri vocatos, ſequeretur quòd teſtator in dicto §. cum ita, potuiſſet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere,
37 ſed conſequens † eſt falſum. l. ius noſtrũ, de reg. iur. ergo & antecedens. conſequentia deducitur, cum teſtator fidei filiorum commiſerit, vt ſi quis eorum prior ſine liberis decederet, partem ſuperſtiti reſtitueret, quòd ſi uterque, omnem voluit hæreditatem Claudiæ nepti peruenire: defuncto altero ſuperſtite filio, nouiſsimo ſine liberis, abſurdum eſſe reſpondit, partem nepti denegari; ex verbis conditionis, Claudia in ſecundum caſum, ſi vterque, vi debatur ſubſtituta, & tamen ex præſumpta voluntate, in caſum, ſi quis prior, fideicommiſſum inducitur in portione nouiſsimi: nunc ſuperſtes filius, tanquàm in conditione poſitus, ſi ab inteſtato admittitur ad portionem patris ſui, & Claudia ex teſtamento, in primum caſum ſubſtitutionis, ex parte nouiſſimi, pro parte reſtatus, & pro parte inteſtatus decederet, ibi diſponens.

Idem Alexander conabatur eundem tex. diluere in capite tranſmiſsionis, hæreditate per illum primum filium non adita, potentia ſuitatis: alioquin vbi teſtamentum fuiſſet deſtitutum, vt quia omnes inſtituti ſe abſtinuiſſent, tunc haberet locum, quòd liberi in conditione poſiti, ab inteſtato ſuccedant: quid autem ſibi velit, Deus ſcit, nam perperam induxit, & diſſoluit: primi namque hæredes hæreditatem adierunt, & defecta conditione ex parte præmorientis, filio ſuperſtite, nul libi exprimitur, utrum iſte ſuperſtes, patris portionem ab inteſtato, vel ex teſtamento retineat, nec ibi de tranſmiſsione agitur, nouiſsimi verò portio ſine liberis decedentis, ad Claudiam neptem ſubſtitutam ſolida pertinet, ceſſat itaque obiectum teſtati, & inteſtati, adita hæreditate
38 ab initio, cum poſt aditionem† non attendatur an quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat, l. circa, vbi Pau. de Caſt. not. ff. de inoffic. teſta. de qua rę pulchrè Mantua, lib. 13. Enchir. c. 321. incip. Quòd teſtator fol. 356.

39 Decimò, hæc conditio filiorum fauore ſubſtitutioni adiecta videtur, ſecundum gl. in d. l. filiusfamilias, §. cum quis. Ang. in l. 1. C. de cond. inſer. ergo debent cenſeri tacite ſubſtituti, argu. l. 2. §. ſi duo fratres, ff. de collat. bon. l. peto. ff. de leg. 2.

Huic rationi reſpondent Doctores, dl-
ctam conditionem ſatis continere libero-
rum fauorem, licèt non dicantur ex teſta-
mento vocati, cum poſſit grauatus ſuis li-
beris hęreditatem relinquere, quod præſu
mitur, & eſt veriſimile, ex voto naturali pa
rentum, iuribus vulg. Nec obſtat d.l. 2. §.ſi
duo. ibi enim emancipatus cogebatur ad
conferendum illi qui erat in poteſtate, ſi
volebat ſecum ad ſucceſſionem pergere,
ideò nõ mirum ſi emancipatus confert, &
eius portio penes exiſtentem in poteſtate
remanet, qui in totum de iure ciuili ſecun
dum iſta tempora ſuccedebat, licèt prętor
ſecum emancipatum admiſerit, ut ibi col-
ligitur, & in l. 1. ff. de coniung. cum eman.
lib. Ad d.l. peto. reſpondetur, quòd inſtitu
tus fuit rogatus, vt eſſet contentus certa re
tantum, vnde ſi alius non erat inſtitutus,
videtur dixiſſe fauore venientium ab inte-
ſtato, vt debeat illis reſiduum reſtituere, &
ſic diſpoſitiuè ibi fuit locutus. nõ mirum
igitur ſi venientes ab inteſtato, poſſunt pe
tere ex tali teſtamento ſibi hæreditatem
reſtitui: ſed hic teſtator fuit locutus con-
ditionaliter de liberis, ideo non poſſunt
ex teſtamento ſuccedere, & ita dicebat
Ioan. de Imol. in d.l. Lucius, quem ſequi-
tur Andr. Barba. in dicta l. cum acutiſſimi,
fol. 22. col. 1.

Vndecimò, nam voluit teſtator, quòd
filij ſubſtitutum, quem omnibus alijs prę
tulit, excluderent: ergo filios excludentes
ſubſtitutum, eodem modo præferre voluiſ
ſe credendum eſt, per illam regulam, ſi vin
40 co vincentem te, † multo magis vinco te.
l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & temp. prę
ſcrip. cap. authoritate Martini. in fine. vbi
Gemin. de conceſſ. præben. in 6. Bart. in l.
Claudius Felix. ff. qui pot. in pig. hab. cum
ſimil. ſicut igitur non extantibus filijs pro-
hibetur grauatus alienare, & alienatum in
ſubſtituti fauorem reuocatur, ita etiam vi
detur, quòd liberis exiſtentibus, in fauo-
rem filiorum qui ſubſtitutum excludunt,
alienare prohibeatur.

Rationem hanc euitabat Franc. Rip. in
dicta l. 1. C. de pact. quòd non ſunt filij
qui ſubſtitutum excludunt, ſed eſt defe-
41 ctus † conditionis, quia ſubſtitutus eſt vo
catus cum illa qualitate, quæ ſi non acce-
dat, non eſt vocatus: vt non poſſit dici ſub-
ſtitutum excludi, ſed non vocari non extã
te qualitate; & cum hac reſponſione per-
tranſeunt ibi Nouiſs. Bononien. col. 26. in
prin. verſic. Ad iſtud tamen, & regula illa,
42 ſi † vinco vincentem te, quamuis ſimus in
eadem concertatione, non procedit, cum
adſit diuerſa ratio vincendi, iuxta tradita
per Bart. in d.l. de acceſſionibus. & in d.l.
Claudius. Socin. iun. in l. 1. nu. 39. verſic.
Et licèt gloſ. & nu. 112. verſic. Et licèt. ff.
ſolut. matr. Petr. Andr. Gam. in Dialecti-
ca legali. in loco, à primo ad vltimũ. in fi.
43 Vel quando † ſunt termini diſpares, ut per
D. Bernar. Alphan. Peruſ. in collect. Iur.
ciui. nu. 983. fol. 242. poſt alios, ut per eũ.
44 vel quando † virtus, quæ eſt in vincente,
non concurrit in vincendo illum, quem
tu vincis. Hieron. Cognol. in l. non debet
ei. nu. 24. ff. de reg. iur. Lud. Ro. conſ. 436.
Quòd indultum, col. fi. vel vt non proce-
45 dat † in ſucceſsionibus, quemadmodum
poſt Aret. in conſ. 159. Viſo puncto. col. 5.
verſic. Et vt breuiter. tradit Cur. iun. conſ.
49. Habita diligenti, nu. 9. verſic. Quia in
hac materia ſucceſsionis.

Duodecimò dicunt Doc. quòd licèt li-
berorum mentio, ad directam ſubſtitu-
tionem inducendam inſufficiens ſit, vi-
detur tamen ſufficiens, atque potens ad
ipſorum ex fideicommiſſo vocationem,
cùm fideicommiſſa nedum verborum ex-
46 preſsione, ſed mente † etiam teſtantis ta
cita vel coniecturata inducantur, d.l. hære
des mei. §. cum ita. l. cum virum. C. de fi-
deicom. l. pen. de leg. 1. l. cum proponeba-
tur. & l. qui ſolidum. vbi Bar. de leg. 2. cum
adductis per Soc. conſ. 14. lib. 1. Dec. con
ſi. 15. & pro tenui. col. 2. verſic. Ad cuius
rei. conſ. 38. circa primum dubium. col. 2.
ante nu. 2. conſ. 270. D. Raynal. col. pen.
Rapha. Cuman. conſ. 13. prima facie. ante
nu. 2. verſic. Facit etiam. Rapha. Fulgoſ.
conſ. 15. proponitur. col. 2. nu. 3. quæ con
iecturata voluntas ſatis colligitur, q filios
in conditione poſuerit, d.l. Lucius, in fi.

Sed reſpondetur, prædicta procedere,
47 dummodo † mens ex diſpoſitis elici poſ-
ſit, ad fideicommiſſum inducendum, alias
ſecus, ſecundum Bald. in l. vnica, in fi. C.
de his qui ante aper. tab. Franciſ. Rip. in d.
§. cum ita. nu. 34. & quòd ſola voluntas
non ſufficiat, etiam in fideicommiſsis, eſt
tex. in l. Lucius Titius. §. tres hæredes. ff.
ad Trebel. l. ſi alij. ff. de vſufruct. leg. Aym.
Crau. conſ. 161. verba ſubſtitutionis. nu.
13. cum ſeq.

Niſi dixeris, attendi debere volũtatem
48 teſtatoris, ſi verba patiantur, ſaltem † per
impropriam ſignificationem, vt per Rip.
in dicto §. cum ita. nu. 33. Bald. in l. cum
virum. col. 3. vbi Salyc. ad fin. C. de fidei-
com. Alexan. conſ. 139. circa primum du-
bium.

bium.col.2.nu.5.verſic.Reſtat.lib.6.Ca-
rol.Ruin.conſ.156.in puncto.col.2.nu.2.
lib.2.ſed in propoſito non ſumus in volũ
tate omninò tacita, quia de liberis eſt fa-
cta mentio,& dicuntur prælati,meritò vi-
dentur vocati per fideicommiſſum, etiam
quòd verba conditionalia aliquam pate-
rentur improprietatem, cùm conditiona
lia verba, non ſit abſurdum, vt aliquando
diſponant, quod ſæpe euenit.

Decimotertiò, allegatur alius tex.in d.
l.generaliter.§.cum autem. C.de inſtit. &
ſubſtitu.nam ſi nulla liberorum mentio-
ne habita,filij tacitè includuntur,& ſubſti
tutos excludunt,cùm non ſit veriſimile,pa
trem ſi de nepotib.cogitaſſet,talem feciſſe
ſubſtitutionem:ergo magis quando expri
muntur: non enim maioris potentiæ taci-
49 tum eſt,quàm † expreſſum.l.fin.C.de pac.
conuent.l. nonnunquam. ff. de condi. &
dem.vt itaque hæc expreſſio aliquid ope-
retur, debent conditionalia illa verba,
tanquam pura intelligi, ne teſtatoris ſuc-
ceſſio,illis excluſis,ad extraneos aliquo for
tè caſu deuoluatur, contra eius mentem.

Hoc tamen argumentum, de tacito ad
expreſſum,in propoſito ſumi non poteſt:
nam vt aliàs eſt dictum, tacita conditio in
d.l.generaliter.§.cum autem. intelligitur
coniectura pietatis, tanquàm à teſtatore
expreſſa, & non ſcripta, d.l. cum auus. in
fi.ff.de cond.& demon.& quamuis Impe-
rator Papiniani intellectum attingens,ra-
tionem reddat, non eſſe veriſimile patrẽ
ſi de nepotibus cogitauerit, talem feciſſe
ſubſtitutionem: voluit tamen,ipſam con-
ditionem vti dictam, & expreſſam cẽſeri,
vt non maius robur quo ad vocationem
videatur habere expreſſa effectualiter,quã
ſubintellecta,tanquam dicta: cumq́ue ver
ba huius textus in prin.dum de tacita dixi
mus, latiſſimè explicauerim,non amplius
inſiſtam.ſatis erit,Imperatorem, conditio
nem tacitã reduxiſſe ad cogitationem pa-
tris,& formam, qua verè vſus fuiſſet ſi co-
gitaſſet: videtur itaque ex dictæ l.cũ auus.
diſpoſitione, facta quædam vtriuſque con
ditionis adæquatio, per modum regulę, vt
50 diſpoſitum in vna, † in alia pariter diſpo-
ſitum intelligatur.l.1.ff.de leg.1.cum vul.

Decimoquartò textus etiam in l.cum
acutiſſimi.C.de fideic.inducitur ibi,Ne vi
deatur teſtator, alienas ſucceſſiones pro-
prijs anteponere. veniunt itaque hæredes
ex iudicio teſtantis aui,& ſic per fideicom-
51 miſſum:aliter enim † non ex mente tacita
aui, ſed patris, quæ foret, vt ſi deceſſiſſet
inteſtatus,proximiores in eius hæreditate
ſuccederent. l.conficiuntur. & l.ſi quis cũ
nullum.ff.de iu.codic.ſicut ergo in caſu di
ctæ l.cum acutiſſimi,hoc operatur illa ſub
intellecta cõditio,ſi deceſſerit ſine liberis,
52 ita iſto caſu expreſſa † operari debeat.l.
cum quid.ff.ſi cert.petat.l.triticum, ff. de
verb.oblig.

Cæterùm & hic textus euitari poteſt,
cùm, vt Alexander inquit, in eo non dica
tur, nepotes ex teſtamento, per fideicom-
miſſum vocari, nec id poſſet intelligi ex re
gulis in contrarium facientibus: ſed Im-
perator ſentire voluit, quòd ſi extraneus
fideicommiſſarius vocatus intelligeretur,
etiam cum inſtitutus, & grauatus cum li-
beris decederet, impoſſibile eſſet, nepotes
effici hęredes aui per mediã filij perſonã,
ſed ſi extraneus ſubſtitutus illo caſu voca
tus non intelligeretur, poſſent nepotes ef
fici hæredes aui, ſuccedendo patri ſuo ab
inteſtato, vel ex teſtamento ipſius patris,&
53 ſic hæres † hæredis, primi teſtatoris hæres
diceretur.l.ſi.C.de hære.inſtit.& l.ſi pater
familias.ff.de vulg.& pupil.l.1.ff.de caſtr.
pecul.cùm autem in prin. de intellectu i-
ſtius legis,& inductione Raynerij,non ni-
hil dixerimus, non videtur repetitioni lo-
cus; eſt tamen verum, Raynerium de For-
liuio,non obſtante huius l.cum acutiſsimi
inductione,contrarium eius reſponſo de-
creuiſſe, vt refert Pet.de Anc.in d.c.in prę
ſentia.remittens ſe ad Raynerij reſponsũ,
de quo Alexand.de Imo.d.conſ.185.ante
54 nu.18.d.li.2.Sed vlterius inſtari poſſet,dũ
de proprijs ſucceſſionib. textus meminit;
nam eſto quòd ſucceſsiones intelligantur
ex Corneo, de propria poſteritate, vel ſo-
bole,non eſt dubium de poſteritate ſucceſ
ſibili intelligi: cumq́ue alienarum ſucceſ-
ſionum meminerit, conſiderando eandẽ
ſuccedendi qualitatem in extraneis ſub-
ſtitutis,qui ex teſtamento admittuntur,vi
detur eandem qualitatem in proprijs ſuc
ceſsionibus conſideraſſe,& ſic ex teſtamen
to in vnico effectu. Cæterùm quia Impe-
rator pleniſsimum euentum Papiniani re
ſponſo tribuere intendit, non debemus
hanc plenitudinem minuere in hoc, vt li-
beri ex teſtamẽto vocati nõ intelligantur:
imò cùm proprias ſucceſsiones dixerit,
ad immediatam cauſam reſpexit, nõ me-
diatam ex patris perſona, vt Alexãder dice
bat, in tantum quòd verba iſtius textus, vix
poſsint cauillari. Ceſſant hinc, quæ Franc.
Mantic.in tract.de coniec. vlt. volunt.lib.
11.tit.2.ante nu.13.dicebat,quòd ſi argu
men-

gumentum procederet, ſequeretur liberos in tacita conditione poſitos, cēſeri ad fideicōmiſſum vocatos, cùm d.l.cū acutiſſimi.de tacita conditione loquatur, quod tamen abſurdum eſt; cenſentur enim in cōditione poſiti ad excludendū tantū ſubſtitutum; nam ſi ex communi opin.ita ſit dicendum, quam nos ſequuti fuimus, & in cauſarum deciſionibus, atque reſpōſis reddendis comprobauimus, non videtur omninò inſolens verbum, de ſtricto iure, contrarium diſputando tueri, & cum uno Lu. Romano in hoſtium quaſi agmina irruere, rationibus in principio huius operis allegatis; nec ratio ex Hiero. Torniello repetita obſtare videtur, cùm alibi fuerit ei congruè, ac multipliciter reſponſum. Minus nocet, tacitam uoluntatem defuncti, in propoſito non operari, ad fideicommiſſum inducendum, cùm cōiectura probabilis plurimum, uel neceſſaria requiratur, ut tradunt Docto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. licèt enim uerum ſit, liberos in conditione poſitos, vehementem coniecturam voluntatis teſtatoris habere, vt bona ad ipſos ſint peruentura, ſecundū Old. & Salyc. & tradit etiam Celſus Hugo, cōſ. 5. in caſu propoſito. nu. 7. probaturque in d.l. cum auus. iūctis d.l. cum acutiſſimi, & d.l. generaliter. §. cum autem. habent tamen longè plus coniectura, quod prælationem eſſe, Iuriſconſultus in d.l. Lucius. in fi. interpretatur, ideo cogitandum eſt.

Quintodecimò inducitur tex. in d.l. iubemus. §. ſin autem. C. ad Treb. ibi enim deciditur, conditionem hanc, ſi ſine liberis deceſſerit, nato poſthumo defeciſſe, vnde neceſſariò ſequitur, quod per fideicommiſſum ſubſtitutus intelligatur; nā poſthumus pro iam nato non habetur, niſi cū de eius proprio commodo agitur. l. quod dicimus. de verb. ſig. idque procedit etiam ſi de patris cōmodo ageretur, l. 2. §. remittit. de excuſ. tut. hæc autem conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, tempus mortis reſpicit: qualitas enim adiuncta verbo, ſecundū tempus verbi intelligitur. l. in delictis. §. ſi damnum. ff. de noxa. act. l. Titius. ff. de mil. teſta. & in ſpecie eſt tex. in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel. & quidem intelligitur mortis tempore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt. l. intelligendus eſt. de verb. ſig. vt nō dicatur ſine liberis deceſſiſſe, qui prægnātem vxorē reliquit; quare ſi poſthumus, qui non reperitur natus tempore mortis, pro iam nato habetur ad defectū conditionis, neceſſe eſt, quòd de eius cōmodo agatur, & conſequenter per fideicōmiſſum ſubſtitutus intelligatur; nam ſi fratres alicuius Monaſterij eſſent ab aliquo hæredes inſtituti, ſub conditione, ſi Rex Parthorum deceſſerit ſine filijs legitimis, conditio dicitur extitiſſe, ſi deceſſerit vxore prægnante relicta. de commodo enim ipſius poſthumi agitur, vt pro nato habeatur, & faciat conditionem deficere, ſecundum Bald. in l. qui in vtero. de ſtat. hom. Soc. ſen. conſ. 275. in cauſa fratrum. nu. 16. lib. 2. ex quo datur intelligi, quòd cum in caſu propoſito conditio defeciſſe intelligatur, d. §. ſin aūt. de proprio ipſius poſthumi commodo tractatur: commodum aūt certū eſſe non poteſt, niſi poſthumus tacitè per fideicōmiſſum ſubſtitutus intelligatur. Et ſi diceretur ſatis videri de commodo poſthumi tractari, ſi ab inteſtato patri ſuo ſit ſucceſſurus, vel ſi in teſtamento patris ſui inſtitutus fuerit, cùm poſſit exhæredari, & præteritus rumpat teſtamentū. l. Gallus. de libe. & poſth. l. 3. de iniuſ. teſta, l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inof. teſtam. §. aliud quoque capitulum. in Auth. vt cū de appel. cognoſ. Reſpondet Franciſ. Mantica ex iſto fundamento, in hanc ſententiā, vt ipſe dicit, adductus, quòd facta alienatione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, vel paternis bonis ex delicto publicatis, niſi poſthumus ſubſtitutus per fideicommiſſum cenſeatur, non poſſet in illis bonis ſuccedere: ergo cùm non ageretur de ipſius poſthumi commodo, non deberet pro iam nato haberi, neque ſubſtitutum poſſet excludere, & conſequenter fideicommiſsi conditio ad excludendum ſubſtitutum, ſine aliquo emolumento ipſius poſthumi, non poſſet intelligi defeciſſe, vt Bal. in citato loco ſcribit, & tamen in d. §. ſin autem. iuncta d.l. ſi quis prægnantem. generaliter deciditur, quòd nato poſthumo, conditio deficiat: ergo neceſſe eſt generaliter dicere, conditionem ipſam, fauore poſthumi deficere, & proinde ſubſtitutum intelligi, alioquin commodum eſſet incertum, poſſetque contingere, ſubſtitutum eſſe excluſum, & poſthumum nullum commodum ſentire, quod eſſet abſurdum, & irrationabile, contra mentem legis, voluntatemque teſtatoris.

Fundamentum iſtud licèt pulcherrimū maximoque ingenij acumine, ab eruditiſſimo Iuriſconſulto adinuentum, poſſet fortè ſubmoueri, conſiderando non ideo minus poſthumum ad ſui commodum pro nato haberi, ipſumque commodum certum

tum eſſe, ſi ab inteſtato admittatur excluſo ſubſtituto: lex enim fingens poſthumũ pro nato haberi, ſatis babuit, ſi ipſum ad illud commodum, illam ſcilicet hæreditatem, in iſto caſu conditionis admittat, quę lege ipſa defertur, l. 1. de ſuis, & legit. non ad aliam, reſpectu aui teſtatoris, quæ lege 12. tabularum confirmatur. l. lege obuenire. de verb. ſign. iſtudque commodum incertum non dicitur: confidit enim lex, parentes bona filijs conſeruaturos, deindeque relicturos; nam ſi parentes ſumma ope contendunt diuitias acquirere, vt illas liberis relinquant, multò magis credendũ eſt, ipſos bona non conſeruaturos ſolum, ſed aucturos. Quod autem alienatio ſubſequatur, incertum eſt; nec ex communi parentum voto præſumendum, prout incertum eſt etiam, ipſos delicta commiſſuros, vt proinde eius bona publicentur: vnuſquiſque enim bonus præſumitur, & bene acturus: bæc igitur omnia, ad patris præſumptam pietatem, bonitatemq; ex lege ſunt referenda, pariter etiam ex teſtantis mente, qui de dicta paterna pietate cõfiſus, voluit ſuſceptis liberis in conditione poſitis ſubſtitutum excludi, ius legitimarum hæreditatum ipſis reſeruans, vt commodum certum appareat, allegatum verò incommodum incertum, & deſperandũ, quod in propoſitis terminis conſiderandum non videtur.

Sextodecimò affertur. l. quamuis. C. de fideicom. vbi pater ex coniectura, licèt non neceſſaria obſtrictus, filio intelligitur hæreditatem per fideicommiſſum reſtituere, vt non aliud in propoſito dici poſſit, ad idque facit tex. in l. ſi cui. cum l. ſeq. ff. de cond. & demon.

Sed facilis, ac vera datur reſponſio; nã in d. l. quamuis. & ſi verba defeciſſent, non tamen præciſa ſententia, ſiue ſenſus teſtatoris deficiebat: non enim ex alio teſtator de emãcipatione cogitauerat, quàm propter ſucceſſionis commodum; cumque alia ratio, vt ibi Bald. inquit, reddi non poſſit, pro expreſſa cenſenda eſt, diciturque interpretatio non extenſiua, ſed intellectiua. Vnde qui vult antecedens, vult etiam conſequens, quod ſequitur ad illud, non ſolum ex ordine, ſed etiam ex ſenſu diſponentis: hoc autem in propoſitis terminis non contingit, cùm verba non deficiant, quæ vti antecedentia conditionalia, diſpoſitionem in conſequentiam neceſſariã importare non poſſunt, propterea cùm aliud operari poſſint, illud operantur, reſeruationem, inquam, ab inteſtato, ſuccedendi, ſubſtitutique excluſionem: euincitur etiam aliam rationem reddi poſſe, vt tollatur præciſa illa interpretatio intellectiua, ſenſus ſiue ſententię teſtatoris, de qua ibi; eſt ergo diuerſa ratio deciſionis, nihilq; virtualiter obſtare videtur.

Decimoſeptimò facit l. in conditionibus. in prin. ff. de cond. & dem. iuncta d. l. Lucius. in fi. de hær. inſti. nã ſi in conditionibus voluntas primum locum obtinet, regitque conditiones, vt Vlpianus ibi teſtatur, fruſtrà de conditionis vi in propoſito diſceptamus, vbi prudens conſilium pręſerendi oſtenditur, quod conditionis naturam regulariter, non diſponentis omninò videtur tranſcendere, eique præponderare: vt ſit dicendum, prælationem fratris, & liberorum æqualiter in d. l. Lucius. procedere, conditionis obſtaculo iam remoto: cùm ſi ex voluntate, diſiuncta in coniũctam reſoluitur, d. l. Lucius. de hęred. inſtit. l. generaliter. in prin. C. de inſtit. & ſubſtit. verbaque directa obliquantur. l. Scæuola. ff. ad Treb. & quod fortius eſt, obliqua, directa fiunt, l. tractabatur. ff. de teſta. milit. cur liberi in conditione poſiti, qui ſubſtituto pręferuntur conſilio teſtatoris, conditionis natura non obſtante, vocati non dicentur? cum ẽt eiuſdem Papiniani authoritate in conditionibus teſtatorum voluntas, potiuſquàm verba, conſideranda eſt, l. pater Seuerinam. in prin. d. tit. de condit. & demon.

Vltima hęc ratio ſecundùm aliquos diſſolutionem facilè patitur, quòd cùm conditio liberorum tacitè inſit, eſto quòd expreſsè conditionis adiectio, loco demonſtrationis cenſeretur. §. hæc ſcriptura. dicta l. in conditionibus. ex præſumpta tamen conditione vocati non dicerentur, ſecundùm communiorem opin. vt in ſuperioribus omiſſa diſputatione affirmaui. Vel ex eodem §. hæc ſcriptura. aſſumendo regulam, quòd conditio inducatur, ſi hoc animo fuerit teſtator, vt conditionem faceret, cum de mente in propoſito conſtet faciendi conditionem, non autem auferẽdi facultatem diſponendi grauato hæredi, non poſſumus aliquam diſpoſitionem inducere, cum nil aliud teſtator egerit, quã conditionem: vt ſit dicendum, de mente apparere, vbi extra conditionem aliquid aliud conſtiterit, poſtquam demonſtrationi locus non eſt, ad diſpoſitionem inducẽdam, eſto aliàs conditionem liberorum ſubintelligi, licèt nõ expreſſam; nam ſubintel-

intellecta conditione, liberi in diſpoſitione non cenſentur.

Hæc quæ retuli aſperiora videntur, po tuiſſem alia multa pugnantia vtrinque cõferre, ſed fuerunt mihi tanquam leuis armaturæ, eaque rationabiliter præterij, vt cominus agerem, atque huius diſputationis cornua commouere experirer. Cum-
55 que † vi opprimi in bona cauſa ſit melius, quàm male cedere, vt de legib. li. 3. Cicero inquit, nec tam authoritatis in diſputã
56 do, † quam rationis momenta quærenda ſint, quin etiam eodem authore, de Natura Deorum, lib. primo. obſit plerunque iis qui dicere volunt, authoritas eorũ qui ſe docere profitentur: deſinunt enim ſuum iudicium adhibere, id habent ratũ, quod ab eo quem probant iudicatum vident. Nec verò, inquit, probare ſoleo id
57 quod de Pythagoreis † accepimus, quos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cùm ex iis quæreretur quare ita eſſet, reſpondere ſolitos, ipſe dixit, ipſe autẽ erat Pythagoras: tantum opinio præiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret authoritas. Nõ diſſenſit primo, de moribus, Ariſtoteles, qui ſcripſit, præſtare, atque adeo oportere veritatis tuẽdę cauſa vel noſtra ipſorum decreta euertere, præſertim cùm etiam nos ſapientia ſtudioſi ſimus. Nam cùm vtraque cara ſint, tùm pium eſt amicis antiquiorem habere veritatem, δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν. ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας. ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. Poſthabitis igitur Doctorum nominibus, vti obſcuritatis latebris, dum veritatẽ ſpeculamur, eiuſque lucem perquirimus, in illam opinionem inclinare, quæ liberorũ vocationẽ conſentit, ſum arbitratus: quæ etiam vires recipere temporum curſu cę-
58 pit: opinionum † enim cõmenta, vt Cicero de Natura Deorũ, lib. 11. delet dies, naturę iudicia confirmat. & ſi Naturã ip-
59 ſam, † legis normam eſſe, idem de legibus 1. dixerit: cum legis ſempiterno decreto, ſtabilique fundamento opinio hæc confirmetur, verendum non eſt, quin veritatis claritatem indies ſit magis cõſequutura; nil aſſertionum debilium numerus prodeſt, quæ lucem ſæpe in legali ſapientia ſolent eripere, & quaſi noctem quãdam mẽtibus offundere. Radicitus Scæuola, li. 11. reſponſorum, in l. Lucius Titius. ff. de hæred. inſtitu. dubitationẽ conuellit, quem ſi Accurſius rectè interpretatus eſſet, hac for taſſe moleſtia careremus, cùm vt Pythagoricis, ſint qui dicant, ipſe dixit: ipſe autem eſt Accurſus, qui cùm prægrandi authoritate in iure ciuili præfulgeat, eius ſententiam vti Sybillinum quoddam decretum communiter ſcribentes ſeligunt; ſequar igitur vt inſtitui, inſignem illum Iuriſconſultum, cuius verba dum quadam admiratione commotus contemplor, in id erumpere cogor, E heu videte, iudicauit iudicium inclytum. Et licèt, quæ ad veram, & perennem intelligentiam, interpretationemque huius reſponſi in ſuperioribus enarraui, ſufficerent, diſputationem iſtam, alia etiam eius inductione concludere ſta
60 tui, dum inquit: † Nam prudens conſiliũ teſtantis animaduertitur: non enim fratrẽ ſolum hæredem prætulit ſubſtitutis, ſed & eius liberos: ex illo enim verbo, conſilium, plena, ac ex teſtamento efficax prælatio ſignificatur, maximè cùm prudentiam conſilio adiecerit, quemadmodum in l. conſilio. ff. de curat. fur. vbi conſilium, & opera curatoris, non ſolum patrimonij, ſed corporis, ac ſalutis furioſi tuitionem concernit: vt ſic, non dicatur in propoſito prudẽs conſilium, ſimplicis prælationis cauſa, ſed quia prætulerit, & quidem ex teſtamento, perfectiorem ac ſecuriorem prælationem inducendo.

61 Poſterioremque iſtam † affirmatiuam opin. æquiorem, humaniorem, benigniorem que dixere lo. de Imo. in d. l. Lucius. Anton. Corſet. in Diſpu. incip. Vtrùm per iſta verba, in 6. argu. partis affirm. Andr. Barb. in l. cum acutiſſimi. col. 78. C. de fideicom. Paul. de Caſt. conſ. 263. Circa primum quæſitum. col. 2. ante, & poſt nu. 2. lib. 2. Curt. ſen. conſ. 51. ſuper teſtamentis Alberti, col. 8. & ſeq. n. 23. vbi hoc pluries repetit, idem Barb. conſ. 27. col. 13. lib. 1. conſ. 55. col. 4. & conſ. 57. Præclare ſcribitur Sapientię ſeptimo. lib. 2. Pariſ. conſ. 6. Ad confirmationem. nu. 23. conſ. 66. Nobilis Syluester, referens Socin. Antonium Corſettum, & Corneum, ita dicentes. li. 3. Socin. iun. conſ. 119. viſo teſtamento. nu. 25. lib. 1. & æquiorem eſſe, fatentur omnes tenentes contrariam gloſſæ ſententiã, vt teſtatur idem Socin. iun. conſi. 158. Abundè. nu. 69. & 72. lib. 2. conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio. num. 75. conſ. 174. viſa, nu. 21. eod. lib. 2. conſ. 78. vidi, nu. 12. conſ. 145. viſo teſtamento. nu. 35. conſ. 110. diu. nu. 2. lib. 3. Ioan. Cęph. conſ. 93. cum in teſtamento. nu. 1. lib. 1. conſ. 476. inſignis Eques. nu. 7. lib. 4. Iul. Clar. in titu. de teſtam. lib. 3. q. 77. verſic. Nihilominus, quia cõtraria opinio eſt

ęquior.

ęquior. fol. 86. & complures alios, quos ſequitur, idem tenere tradit Tyber. Decia. conſ. 42. iuri & ęquitati. nu. 2. verſic. Accedat, vbi ita ſenſiſſe dicit Cynum, Alber. & Salyc. in l. 1. C. de condit. inſer. idem Decia. conſ. 44. Quanquàm putem. nu. 1. inter conſilia Iacobi Philippi Portij, lib. 1. Hierony. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita. nu. 707. ff. ad Treb. & idem dixiſſe, ac conſuluiſſe quoſdam ſolemnes Doctores Bononienſes relatos per Soci. conſ. 77. in in præſenti conſultatione. col. 3. ante nu. 5. lib. 1. refert Socin. iun. d. conſ. 158. ante nu. 72. lib. 2. verſic. Et vt ipſe & alij. ſed Socin. ſen. d. conſ. 77. referendo Bononienſes, dicit illos atteſtari, poſſe tunc dici cõmunem opin. moderniorum, ſed æquitatis non memini eoſdem aliquid aſſerere, Cur. ſen. conſ. 42. Quia inquit Bald. col. 2. nu. 3. Thob. Non. in d. l. 1. C. de pact. dicẽs negatiuam rigoroſam eſſe opin. & iſtam affirmatiuam æquiorem. idem Nonius conſi. 31. viſis, nu. 11. verſic. Tertiò reſpondetur, conſ. 32. viſo, nu. 8. verſic. Quia reſpondetur. Auguſt. Bero. conſ. 104. in hac Lucenſi cauſa. nu. 5. verſic. Præmiſſis veris exiſtentibus. lib. 2. & dixit Stepha. Bertrand. conſ. 319. viſo, nu. 3. lib. 4. affirmatiuam opin. contra gloſ. multis modernis viſam fuiſſe, & videri æquã, & non parum congruentem voluntati teſtantium, & propterea ſuſtentabilem. Iul. Clar. de teſtamen. quæſt. 77. verſic. Nihilominus, quia contraria opin. & æquior. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 2.

62 Vnde† non peccaret iudex, ſi affirmatiuam opinionem propter exuberantem æquitatem, qua nititur, ſequeretur, iux. not. in l. quòd ſi Epheſi. §. in ſumma. ff. de eo quod certo loco. l. in omnibus. ff. de reg. iuris. l. benignius. ff. de ll. l. proximè. ff. de his, quę in teſta. delen. c. ſi. de trãſac. per Doc. poſt Hoſtien. in c. 2. in verb. humanius. de
63 cogn. ſpirit. vbi volunt, † quod Doctoribus ad inuicem ſuper aliquo articulo diſſidentibus, ſit ſequenda eorũ opin. humanior, rationabilior, & ęquior: & in propoſito iſtud tradidit Ant. Corſet. in d. Diſput. incip. Vtrùm per iſta verba. in 16. fundam. opin. affirmatiuæ, & Soc. iun. conſ. 141. Habita diligenti. nu. ſeptimo. verſic. Et ſi
64 iudicaturus. lib. ſecundo. vbi dixit, †quòd ſi iudex opinionẽ hanc veriorem approbaret, poſſet ſecundum eam iudicare, ſine timore, ac læſione conſcientiæ, & honoris, licèt in cõtrarium ſit communis opin. iux. l. 1. §. neque ex multitudine. C. de vete. iur. enucl. & tradunt Abb. & alij in cap. 1. de conſtit. cum cõcordantibus multis, qui ad hoc allegari poſſent, Pariſ. d. conſ. 6. nu. 24. lib. 3. dicens ſtante æquitate, humanitate, & benignitate opinionis contra glo. iudicem iſtam vti tutiorem amplecti, & ſe qui debere, iux. tex. in l. ea, quæ. §. in re dubia. ff. de reg. iur. & poſt Io. Neuiz. in Sylu. nup. fol. 127. col. 1. & 2. verſi. limita 4. ſub-
65 dens, † concluſionem illam, vt pro communi ſit iudicandum, non procedere, quã do eſſet rigoroſa, & alia opin. contraria eſſet æquior, humanior, & benignior. & Socin. iun. d. conſ. 158. nu. 72. d. lib. 2. dicens, vbi ſapientiſſimus quiſque iudicaturus in illa cauſa, voluiſſet omnia maturè, & purè, ac iuſtè, mentis oculo animaduertere, facilè ſibi perſuadere, eum ſecundum hãc opin. iudicaturum, inhærendo legibus, ſolidioribus rationibus, voluntati teſtantis, & tantorum Iuriſconſultorum authoritati, & idem voluit Tibe. Dec. d. conſ. 42. iuri, & æquitati, nu. 3. inter conſ. dicti Portij, dicens, cùm Doctores variant in opinionibus, illam in iudicando dubio procul eſſe ſequendam, quæ æquior eſt, etiam ſi contraria foret magis communis, & ad hoc plures allegans, & ſignanter in materia interpretationis voluntatis teſtatorũ, Cur. ſen. d. conſ. 51. ſuper teſtamentis, col. 10. verſic. ecce ergo, dicentem in iudicando iſtam opin. tanquam, vt omnes fatentur, æquam, eſſe ſequendam, quia multoties errant homines diſcedentes ab æquitate, vbi locum poteſt habere ſequendo ſubtilitates, ſecundum Petrum de Bella-
66 pertica, ideo præcauendum † eſt, ne aduocati, Doctores, & Iudices, cùm poſſunt ſequi æquiorem ſententiam, rigoroſam amplectantur, quia pernicioſè errarent, vt ita monet Ange. per tex. ibi in l. ſequitur, in prin. ff. de verbor. oblig. Thob. Nonius in d. l. 1. C. de pact. verſic. & ideo ego putarem in practica, & idem Nonius d. conſ. 31. viſis, nu. 11. verſ. tertiò reſpondetur, & nu. 12. dicens, ex intentione omnium contrarium tenentium, cenſeri æquiorem ſententiam, quinimò Franciſcus Mantica in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 11. ti. 2. col. 5. dicit, iudicẽ debere in hanc ipſam opin. vti humaniorem inclinare, nedum, quòd non peccet ita iudicando.

67 Maximè, quia † gloſſæ opin. mentem teſtantis infringit, & in abſurdum ſonat, ſecundum Petrum de Anchar. d. conſ. 74. contra Philippum, quem referẽdo ſequitur

tur Soc.iun.d.conſ.141.habita diligenti, num.7.d.lib.2.& contrariam magis,iuxta mentem teſtatoris eſſe dicit Alber. in d.l. 1.C.de cond.inſert. quem refert, & comprobat idem Soc.iun.d.conſ.158.nu.71. d.lib.2.& ipſam tanquam multum congruam voluntati defuncti,conſulendo ſequutus fuit Raphael Fulgoſius, quem ad iſtud propoſitum citat Pau.de Caſt.d.cōſ. 263. circa primum quæſitum, ante nu.2. verſic. vide etiam, lib.2. & deſuper retuli Franciſc.Gratia. in trac.de vulg.& fideic. ſubſt.fol.16.verſic.& in primis,dicentem, gloſſæ ſententiam inimicam eſſe teſtatoribus, & filijs illorum patrum, qui bona dilapidant, Nicol.Boer. d.decíſ.155. ante nu. 27. dicens, omnes contrarium ſuſtinentes, ita aſſerere ,& quòd opin. contra glo. ſit conſona teſtantium voluntatibus, Thob.Nonius.d.conſ.31.nu.11.& 12.

68 Cumque † prudentiſſimi Magiſtratus Sereniſsimi Senatus Veneti voluntatem teſtantium piè ſemper ſequantur,non immeritò in Conſilijs de XL. alijſque Magiſtratibus, opinio hæc contra gloſſam, vti veriſſima comprobatur, & ſuſcipitur, vt teſtatur Cur.iun. in d.l.1.nu.14. C.de pact. in fi. quem referunt, & ſequūtur Soc. iun. d. conſ.158. nu.72. lib.2.Tiber. Decia. in deſcendentibus, ita in Conſilijs de XL. vidiſſe ſeruari tradit, d. conſ.42. iuri, & æquitati,nu.4.Iacob.Philip.Port. cōſ.46. decreueram,nu.9.in fi.lib.1.hancque con ſuetudinem in cauſis dicti Dominij ſeruandam eſſe vti receptam, & comprobatam,concludit dictus Decia.in citato con ſil.& rurſus, conſ.44.Quamquàm putem, nu.1.inter cōſilia dicti Portij.lib.1.Vt Do

69 ctori † illuſtri de conſuetudine atteſtanti, ſtandum ſit,Bart.in l.de quibus,col.8.verſic. quartò principaliter quęritur. ff. de ll. Pau.de Caſt. conſ.164. in præſenti cauſa. col.1.poſt nu.1.lib.2. dicens credendum eſſe Baldo atteſtanti de quadam conſuetudine, in l.cùm antiquioribus, C.de iu.delib.Raph.Cum. conſ.57. monaſterium,in fi.verſic.ſi enim, conſ.169. viſo teſtamento,col.1.num.2.Dec.conſ.420.quæritur, nu.9. aſſerens Bartoli opin. communiter eſſe approbatam,Barthol. Veronen. conſ. 39.Lucius ciuis,col.4.conſ.58.Paulus Faber,col.3. Lanfran.Brixien. in rep. c.quoniam contra, col.pen. de proba.& de magis communi atteſtatur poſt alios Cur.iu. conſ.60. habita diligenti conſideratione,

70 nu.5. vbi voluit, † eſſe credendum tribus illuſtribus Doctoribus, videlicet Bartolo, Baldo, & Alexandro, atteſtantibus de generali conſuetudine Italiæ, quod collectę forenſib. imponantur. Sed ut Dec.& Cur. aduertunt, Bart. in d.l.de quibus, non lo-

71 quitur † de concludenti probatione, ſed de præſumptione, dum inquit: credo, q̧ authoritas Doctorum ſufficiat, niſi probetur contrarium. per hoc enim poſſunt tolli fundamenta contradicentium, vt dicamus, quòd tales authoritates Doctorum de conſuetudine atteſtantium, onus contrarium probandi transferant, dato quòd plenè non probent, & de communi tradit idem Dec. conſ.559. in caſu, ante nu.7. verſ.ſed tamen, & ſi Curtius credendum eſſe autumauit tribus Doctoribus, Caſtrēſis verò vni tantùm, quanto magis credendum eſt quatuor prædictis Iuriſconſultis Illuſtribus, de dicta conſuetudine Sereniſſimorum Venetorum atteſtantibus, maximè cùm de eadem conſuetudine nouiſſimè teſtetur D. Franc. Mantica in tracta. de coniect. vltim.volunt. lib.11.tit.2.poſt num.17.qui pariter illuſtris, & celeberrimus Doctor conſpicitur, idemque tradit,

72 nu.2. Vnum tamen † non omitto, quòd & ſi Soc. iun. Decia. & Port. ita ſimpliciter, vel indiſtinctè dixerint, tamen referendo Curtium iunior. credo non aduertiſſe, ipſum loqui in poſitis in conditione cū qualitate maſculinitatis, & ſic in facilioribus terminis, ex infra dicendis: verſiculus enim ibi, nu.14. incipiens, Secūdum iſtam, ad fallentiam Decij de qualitate maſculinitatis proximè explicitam referri oportet, ſi rectè inſpiciatur, & ſatis euincitur, cùm apud Brixiam conſuluiſſe teſtetur: Et in effectu eius reſponſa innituntur dictæ qualitati, vt declarat idem Cur.iun. conſ. 77.negari non poteſt, ante nu.2.dicens vl

73 tra † illam conſultationem, memoria repetere tribus vicibus in Ciuitate Brixiæ pro eadē opinione adiectæ qualitatis maſculinitatis conſuluiſſe, & prout ſibi relatum fuerat, ita fuiſſe in Ciuitate Brixiæ iudicatum, & ſententiam confirmatam per Illuſtriſſimum Senatum Venetum, & ideo illud ſolum fundamentum ſufficiens erat ad victoriam reportandam in illa controuerſia, cùm in ſubſtitutione de qua agebatur, fuerat facta mentio maſculinitatis, vt per eum; vt non ſit hæſitandum in iſtis terminis fuiſſe loquutum, quemadmodum colligitur ex traditis per Nicol.Boer.d.deciſ.155.nu.26.vbi meminit ſententiæ Sereniſsimi Senatus Veneti: fat eſt, reliquos in puris terminis quæſtionis glo.d.l.Lucius,

cius, de conſuetudine prædicta atteſtari.
Non tamen prætereo, doctrinam Bart. in
d.l. de quibus. alio modo ex intentione Hi
ſpanorum reſtringi, & limitari, quòd Do-
ctori illuſtri dicenti fori conſuetudinem,
credendum eſt, ac eius dicto ſtandum, cir-
74 ca † conſuetudinem illius fori, ſeu curiæ,
vbi Doctor verſatur: non tamen credere-
tur ei de conſuetudine extranei fori, cùm
non præſumatur ſciuiſſe conſuetudines a-
liarum curiarum, imo ignoraſſe, cùm ſint
75 facti, & Princeps † etiam qui eſt Domi-
nus ſui principatus, illas ignorare creda-
tur, vt in c. 1. de conſtit. lib. 6. Proinde di-
cebat idem Bar. in d.l. de quibus. in repet.
col. 16. nu. 22. verſic. Secundò probatur,
quòd ſi dubitatur de conſuetudine, iudex
vocabit ad ſe aduocatos, & procuratores
illius palatij, & explorabit de conſuetudi-
ne, non autem extraneos aliarum prouin-
76 ciarum, quia quæ domi fiunt, † proban-
tur per domeſticos illius domus, non per
extraneos. l. conſenſu. C. de repud. & quæ
fiunt in collegio, probantur per illos de
collegio. c. veniens. de teſtib. imò plus di-
77 cebat ibi Bart. col. 17. quòd ad hoc † vt fo-
renſis poſſit deponere de aliqua conſuetu
dine ciuitatis, requiritur, quòd tantã mo-
ram in illa ciuitate traxerit, quòd veriſimi-
liter ſcire deberet, arg. l. 2. C. vbi de crim.
agi opor. ita limitat Ioan. Lopez in repet.
rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 21. nu. 1.
2. & 3. inferens ad glo. in auth. æqualitas.
C. de pact. conuent. dicentem, hodie non
fieri donationes propter nuptias ſuper do
78 te. hanc autem † limitationem indiſtinctè
intellectam, & ad d. auth. relatam, credo
eſſe contra mentem, & dicta Bart. ibi, qui
nu. 22. tractat de conſuetudine, quæ ordi-
nem tantùm iudicij reſpicit, & modici pręe
iudicij cenſetur, neceſſarioque probari de
bet per aduocatos illius fori, ac procurato
res, eſtque conſuetudo, cuius probatio in
ſcriptis non redigitur, & repugnat ibi di-
ctum Barto. d. nu. 22. in diſtin. verſic. aut il
le, qui ſic deponit, ac etiam exempla gloſ-
ſarum, & rationes quas adducit, nu. 21.
vbi inter cætera dictæ glo. in authen. æqua
litas, exemplum allegat, in quo non puto
inſiſtendum. Quodque de comprobatio-
ne affirmatiuæ apud Dominium Veneto-
rum aſſerui, tradit vltrà præcitatos Pe-
drocc. conſ. 40. Quod attinet, nu. 5. verſic.
Quæ concluſio. Hanc etiam opinionem ſe
79 quutus † eſt S. P. Q. R. cùm ſtatuto Vr-
bis Romæ, filij in conditione poſiti, ſint
vocati, vt lib. 5. ſtatutorum, c. 25. & refert

Hierony. Gabr. in ſuis conſilijs nouiter im
preſsis, de quo ſtatuto aliquid inferius di
cam: eiuſque verba recenſet Horat. Man-
doſ. in addit. ad Ludou. Roma. d. conſ. 32.
viſa municipali, poſt nu. 8. in verb. ſubſti-
tuto præferre, & propterea Romę eandem
opin. ſeruari.
80 Sed licèt † in puncto, vt dicunt, iuris, ve
riorem eſſe, æquiorem etiam, ac benignio
rem, aduerſus gloſſam in d.l. Lucius, affir-
matiuam opinionem arbitrer, quam plu-
res Illuſtres alioqui Recentiores commu-
nem hodie, imò magis communem cen-
ſeri poſſe atteſtantur: Magni tamen Ac-
curſij negatiuam ſententiam in effectu ma
gis communem, crebriorem, receptio-
remque iſtis quoque temporibus dubio
procul exiſtimo: præcitatis namque ſcri-
bentibus, qui ipſam ſequuntur, complu-
res alij aſſentiuntur, vt iudicando, & con-
ſulendo, non ſit ab ea calculatis nomini-
bus, & ponderatis authoritatibus tãquam
magis communi aliter recedendum: ea
enim inſania ducimur, ac vexamur, vt niſi
ius ciuile communi Doctorum applauſu
recipiatur, omnino veluti quid profanum
negligatur, nec iuris ciuilis decus retineat,
minimeque proficiat, litera iuris, vel ra-
tione conſiſtat opinio, vt alibi Curt. iun.
conſ. 96. habita diligenti conſideratione,
num. 5. verſic. & licèt putem, commiſere-
tur. Acerbiſsimus hic renouandus eſſet
81 dolor Vldarici Zaſij, † ſuauiſsima elegan-
tia Iuriſconſulti, qui vt albus olor cantu,
orationis ipſe puritate, ac dulcedine, iu-
ris ſcientiam, eiuſque reconditam artem
demulcet: prioris enim ſeculi miſeriam
erga iſtas communes aſſertiones, ſæpè in
eius operibus, ac nuncupatim Singula-
rium Reſponſorum, lib. 2. cap. 2. nu. 27.
complangit: is etiam lachrimabilem li-
brorum interitum illorũ vetuſtiſsimorum
Iuriſconſultorum in Antinomijs diſſolut.
lib. 1. grande iudicat eſſe piaculum, gratio-
ſior namque longo interuallo iuris pru-
dentia ceſeretur, ſi principum legalis ſcié
tiæ virorum, illuſtriumq́; potius Philoſo-
phorum, omnium penè doctrinarum du-
cum, præſtantes labores extarent, cũ qui-
bus maximam dininarum, humanarumq́;
rerum claritatem interuertiſſe exiſtimat,
quod certum, verumq́; alio illuſtri admo-
dum teſtimonio maximi Gulielmi Budæi
Iuriſconſulti variæ, ac ſelectæ lectionis co
riphæi, in ſuis admirabilib. ad Pandectas
Annotationibus, in princ. redditur, cùm
acri cruciatu, interitum vetuſtatis, opinio-

numq́ue iſtam colluuiem, & librorum re-
dundantiam abominetur. Quiſquam ro-
go ne ſit, qui me fortaſſe aliquo detrahen
di appetitu, ijs qui communes ſcripſerũt
opiniones commoueri autumet, dum in
opiniones iſtas animum incẽdere videor,
ac ita prorumpere: ipſi enim rem agunt
omnibus apprimè vtilem, iſtisq́ue tempo-
ribus neceſſariam, quod cùm reipſa eluce
ſcat, orationis lumine non indiget: naturę
profectò præcepta infringerem, ſi benefa-
cientibus maledicerem, benefaciẽdorum
vice, nuſquam proprio iure doctorum vi
rorum labores deprimerem, aut morderẽ:
nam prout nobilitatis regulis contrariũ,
ac omnino repugnans maledicentiæ ſtu-
dium eſt, ita nobilium virorum, non ſolũ
benefacere, ſed ſemper benedicere, præ-
clariſſima actio habetur. In illud ego inſti
tutum inuehor, quod iniuriam quandam
continet, dum aliqui magis opinionibus
iſtis plerũque falſis, & abſurdis, quàm ſcri
83 pto, apertoque iuri deferũt. Quis † Fran-
cisci Vivii, vt alios taceam, communiũ
opinionum volumina prægrandi ſtudio
digeſta non concelebraret? cuius tanta
eſt virtus, morum comitas, & in iure expli-
cando dexteritas, vt nulla improborum
hominum peruicacia eius meritum pro-
ſterni poſſit: ea namque virtutis eſt vis,
quòd compreſſa validius conſurgat, de
quo plura heroica, ſed tamen vera dicerẽ,
niſi me Patriæ dulci quodam amore com
moueri, liuidi quidam ſuſurrarent, qui a-
maritudine animi, mentisq́ue acerbita-
te, ſuapte natura, vel aduerſa potius, vi-
ros bonos, conuicijs, calumnijs, ac menda
cijs dilaniant. ſed quid ad Vivium de le-
gali ſcientia optimè meritum?

84 Fuit ſemper, † vt ad rem redeam, ſum-
mo honore habita gloſſæ in iure authori-
tas, vnde Iacob. Butrig. in l. 1. C. qui pro
ſua iuriſdict. iudicandum eſſe ait, ſecundũ
gloſſę opinionem, niſi conſuetudo eſſet in
contrarium. Matth. de Afflic. deciſ. 21. du
bitatur, nu. 4. deciſ. 384. non ponã caſum,
nu. 3. hinc etiam Cyn. in l. 1. C. de actio. &
obliga. gloſſam iuris idolum eſſe teſtatur,
rurſusq́ue idem in l. non moriturum. C.
de contrahen. & commit. ſtipula. Bald. ve-
ro in l. cùm hæreditas. C. depoſi. gloſſæ au
thoritatem omnes alias tollere, cui con-
ſentiunt Dec. conſ. 412. viſo. nu. 13. & in
l. vt vim, nu. 34. de iuſt. & iur. in cap. 1. nu.
43. de conſt. Io. Cæphal. conſ. 16. viſis. nu.
31. poſt Socin. & Vbert. Zuccard. lib. 1.
conſ. 32. Regula, nu. 8. eodem vol. & Albe.
Brun. meliorem teſtem haberi non poſſe,
quàm ordinariam Gloſſam, in dubijsq́ue
quæſtionibus conſulendo ei adhærere ſe-
curius eſſe dixit, conſ. 61. in cauſa feudali,
col. 2. verſ. Verum, allegat Baldum tum in
c. 1. de natu. ſucc. feu. in fine, dicentem, ſe
in dubijs opinionibus conſulendo ſequi
gloſſam ordinariam, nec poſſe meliori ad-
hærere: tum in l. 2. C. de ſent. quæ ſine cer-
quant. nu. 9. in fi. vbi Iacobum Butrig. refe
rendo, dicit in magnis dubijs ſemper eſſe
tenendam gloſ. ſeque ita conſulere fieri,
vbi Saly. in fi. idem Bal. in l. 2. nu. 9. C. de
pœn. iudic. vbi iudicando nunquam eſſe
recedendum à carrocio prudentum, maxi
mè gloſſarum concludit, & in l. fin. §. neceſ
ſitate, ante nu. 10. verſic. & ideo. C. de bo.
quæ lib. dixit, rationi veritatis adhæreas,
id eſt Gloſſatori, in perpetuumq́ue non er
rabis, ac in l. precibus, nu. 23. C. de im-
pub. ibi, tu tamen ex tuo capite non for-
mes opinionem, ſed ex textibus, & gloſſis
ordinarijs, quibus inhæreas, ſicut Bono-
nienſes inhærent carrocio, & ducens na-
uem inhæret timoni, Anton. de Pactijs
inter conſilia Alexandri, conſil. 74. viſo
puncto, num. 24. libro quarto. Raphael.
Cuman. conſ. 36. proponitur, nu. ſecun-
do. Bald. etiam in l. 1. in fi. ff. de vulg. & pu
pil. aſſeruit, quòd vbi ſunt opin. contrarię,
ipſe tenet conſulendo opinionem gloſſæ,
& in auth. ceſſante, ante nu. 3. C. de legiti.
hæredib. ibi, ego timens recedere à gloſſis
conſulendo, iam conſului ſecundùm gloſ
ſam, Ioan. de Imo. in c. paſtoralis. in prin.
de offic. ord. potius eſſe ſtandum opinioni
gloſſæ, quàm docto Innocentio voluit, i-
demq́ue Imo. in c. cùm cõtingat, extra de
iureiuran. non eſſe, inquit, tutum Iudici re
cedere ab opinio. gloſſarum, Corn. conſ.
207. videtur, num. 17. verſic. nec obſtat,
libro tertio. Ioann. de Amic. conſ. 35.
Magnifice Dom. nu. 2. & conſ. 145. ſta-
tuto ciuitatis, nu. 17. vt Curt. iunio. con-
ſi. 60. præſupponitur. nu. 12. in fine. poſt
Felin. in d. c. 1. de conſt. col. pen. ſenſerit,
poſſe diſcedi à communi opin. quando ha
bemus gloſſæ authoritatem, idem tradit
Dec. conſ. 23. & pro tenui. nu. 6. verſic. nõ
obſtat ſi dicatur, recedendumq́ue à gloſſis
non eſſe iudicando, tradit Signorol. conſ.
89. præſupponitur, col. 2. in princ. verſic.
ſed qualitas, & conſ. 119. Quæſtio. col. vl-
tima, in fi. verſic. ex quibus. vnde dixit Ioã.
And. in addit. ad Spec. in titu. de primo,
& ſecundo decreto. §. nunc videamus. ver
ſic. ſed quamdiu. in addit. incip. pater per
pro-

proxima, quòd boni Doctores ſe concor-
dant cum gloſſis, detractores verò diuer-
tunt à gloſſis, relatus per Afflict. d. deciſ.
184. nu. 10. verſic. & ſi quis aliter. Maximè
quia cum gloſſę opinione concurrit autho
85 ritas Bartoli, † in cuius dictis ſemper in-
eſt veritas, ſecũdum Lud. Rom. conſ. 469.
quoad primum. col. 2. ver. quanquàm au-
tem, Ioan. Bapt. de S. Seue. in tract. de mo
do ſtud. referens in Hiſpania, & Luſita-
nia, decreto Regis ſancitum eſſe, quòd in
cauſis, in quibus reperitur contradictio
Doctorum, opinio Bar. præualeat. Ludo.
Gozad. huiuſmodi decretum indicans,
conſ. 39. prima facie. nu. 15. & 16. Socin.
iun. conſ. 89. magna profecto. nu. 38. lib.
1. & Bartolum dici virtutem iuris, tradit
Lud. Roman. conſ. 480. in caſu. col. 1. poſt
med. verſic. ad hoc faciunt, & iuris illumi-
natorem eſſe, omniumque aurigam, ſe-
cundum eundem Soc. iun. conſ. 94. quia
in præſenti. nu. 41. dicto lib. 1. fontem ve-
ro, ac lumen ſcribentium concinit Ioan.
de Amic. conſ. 113. Doctor præſtantiſſi-
me. nu. 8. cuius elogium ſi ſcribere conten
derem, ob altitudinem materiæ ſubſiſte-
rem, de quo varij maxima, ac varia ſcribũt,
inter quos Baldus, Doctorem Illuſtrem
Bartolum nominat, in l. ſi quis hæredem.
C. de condi. inſtitu. & Paul. de Caſt. conſ.
184. ex facto. col. 2. nu. 3. verſic. ad hæc, lib.
2. Bartolum ſingulare ſydus inter alios
Doctores, ſeu matutinam ſtellam rutilan
tem appellat, Ang. etiam conſ. 15. Barto-
lum lucernam iuris ciuilis fuiſſe dicebat,
& in l. 1. C. de iud. ipſum præceptorem vo
cat, & ſub eius vmbra ſe ſemper quieſce-
re, & rurſus ipſum iuris illuminatorem
fuiſſe, vltra Lud. Romanum tradit Panor
mita. conſ. 3. caſus ſuper quo. col. 2. in 1.
vol. lumenque iuris appellatur à Petro
Ancharano in prooemio Sexti, de cuius
laudibus, authoritateque plura ſcribunt
Franc. Aret. conſ. 155. periculoſum, Io. de
Imola in c. dilecta, de app. Bal. in c. quoniã
contra. de proba. & dicit Panormitan. in
cap. cùm nobis, col. penult. de præſcript.
Bartolum omnium iudicio, cunctos ſcri-
bentes æquitate, & veritate præcellere,
Celſus Hugo, conſ. 20. in præſenti conſul
tatione, nu. 36. Bertrand. conſ. 216. Cùm
aliàs, nu. ſecundo. lib. 4. conſ. 12. inſpecto
proceſſu, nu. 13. in 1. par. lib. 1. maximè ſi
cum eo concurrat Ioan. And. vt per eum,
& conſ. 256. Alienatio. nu. 7. in prima par
te lib. 2. Franc. Ripa reſpon. incip. dubia.
86 nu. 15. de ſecun. nup. Exemploq; † Volca
tij Sedigiti iudicium de Comicis Poetis
reddentis, omniumq; Poetarum Marul-
li, Andreas Alciatus lib. Parergon. ſecun
do cap. 42. noſtrorum interpretum iudi-
cium experitur, & primas partes pulchris
carminibus Bartolo tribuit, quæ refert
Matth. Gribal. de ratio. ſtuden. lib. primo.
87 cap. 13. atque etiam Ioan. Andr. † autho-
ritas opitulatur, qui fons, & tuba iuris ca-
nonici, & ſummus Legiſta dicitur, vt per
Cardin. Floren. in prooem. clem. Angel. in
l. ſi certis annis. C. de pact. Simon de Prę.
conſ. 126. cum tota. num. 29. à quo aliàs
non intendit recedere Bald. in capit. cùm
olim. de re iudic. tanquàm à ſolido iuris
fundamento, Gozadin. eius authoritatem
concelebrans, dicto conſ. 39. nu. 16. & vt
dicit Abb. in capit. de quarta. de præſcrip.
ſi Ioannes Andreas voluiſſet decidere, nõ
fuiſſet opus, quòd multi ſcripſiſſent quæ
ſcripſerunt, Abbatemq; refert Anton. de
Pactijs dicto conſ. 74. viſo puncto, nu. 24.
inter Alexandri conſilia, lib. quarto. vbi tã
ti Doctoris authoritatem egregiè collau-
dat. Pluresque alij legum proceres aſſen-
tiuntur, reddentes dictam gloſſam magis
communem, & quemadmodum Alexan.
conſ. 147. perſpectis. col. fin. ante nu. 5.
verſic. ſed dictus §. præterea. lib. quinto.
poſtquam gloſſæ opinionem de qua ibi fir
miter ſtabiliuit, ipſam veluti magis com-
muniter comprobatam iudicando, & con
ſulendo ſequendam eſſe inquit. ita in pro
poſito concludendum eſt, quòd tùm pro-
pter authoritatem gloſſæ, tum quia eſt
magis communis, nullatenus ſit à Gloſſæ
ſententia in dicta l. Lucius, recedendum:
ſic etiam argumentatur alibi in caſu ſuo,
Guid. Papæ deciſio. 134. ſed qualiter,
nu. primo. iure igitur ob venerationem au
thoritatis Bartoli, non audet ab hac eius
opinione Ludouicus de Sardis recede-
88 re, & idem Guido Papæ, † Doctor apud
Gallos excelſus, poſtquam deciſio. 39.
incipien. Doctores in iure ciuili, eandem
gloſſæ opinion. Bartoli, Rayncrij, & alio-
rum, rationibus, & authoritatibus com-
probauit, & in curia Parlamenti Delphi-
nalis de ſtylo, & obſeruantia in iudican-
do cuſtodiri, retulitque fuiſſe in cauſa ar-
bitrali inter Dominam Clarimontis ex
vna parte, & Dominos Vinayci, & Vati-
leni fratres, ex altera, per ſententiam ar-
bitralem, & in alia cauſa inter nobilem
Claudium Coſtani ex vna parte, & Do-
minum Boccagij ex altera, & rurſus in alia
inter eundem Claudium, & Dominum
Antonium Valerij cuſtoditum, & decre-
tum, & dicit nu. 2. hanc opinionem gloſſæ

ſanctè, & iuſtè ſeruari, quia magnæ eſt au-
thoritatis, nec ab eius opin. eſt recedendũ
in iudicando, vt dicebat Iac. Butrig. tum
in d.l.1.tum in alia.l. 1. §. videamus. C.de
89 rei vxo.actio, præſertim vbi gl.opin.† pro-
ut in caſu iſto, corroborata alijs opinio-
nibus Doctorum famoſorum reperitur, vt
ſunt Barto. Rayn. & ſequaces. hæc Guid.
Papæ ibi, & Cur.ſen.conſ.42.quia inquit
Bal. nu.16. verſic.cum ergo. dicit, quòd
cum habeamus Gloſſam in d.l.Lucius, ap
probatam à Cyno, Raynerio, Franciſco
Tigrini, Bartolo, Nicolao de Neapoli, Bal
do, Angelo, Raphaele Cumano, & Ioan-
ne de Imola ibidem, & ab alijs Doctori-
bus ſuperius per ipſum relatis, non debe-
mus dubitare in iſta quæſtione. & rurſus
conſ.63. Antiquiſſima, & nobiliſſima fa-
milia, nu. 3. poſtquam plura dixit de au-
thoritate gloſſarum, ſubdit, quòd cum ha
beamus duas gloſſas ordinarias, quas ſe-
quuntur communiter Doctores, & tot il-
luſtres, ſuperius per ipſum relati, certè aſ-
ſerentibus etiam illis; iſtam eſſe commu-
nem opin. & ita communiter teneri, non
poſſumus, nec debemus ab ea recedere.
Nec eſt curandum de opinionibus tenen-
tium contrariam opin. quia vt dicit Alex.
in ſuis conſilijs, non ſunt tales, nec tanti,
comparandi tenentibus iſtam opin. com-
munẽ, vti canonizatam in palatijs, & ſcho-
lis: Et à gloſſæ opinione recedendum nõ
eſſe, cum ea alijs famoſis Doctoribus per-
tranſeuntibus, tradit idem Guid. Papæ. q.
134. ſed qualiter, nu.1. verſic.& hanc. deq́;
maxima gloſſæ authoritate, quæ omnes
antecellit, Steph. Bertran. conſ.287. cum
præſupponatur, nu.4. in prima par.lib.2,
90 Ceterum † cum ipſam vti communem ſu
ſcipiat Ant. Capicius patricius Neapolita
nus de Sedili Capuana, Doctor præclariſ
91 ſimus, inter deciſiones Sacri Neapolitani
Conſilij toto Orbe terrarum venerandi,
tum ob Maiestatem potentiſſimi, atque
inuictiſſimi, ſemperq́; Catholici Philippi
Regis Austriaci ſublimiſſimi Domini
mei, tũ ob eminentem ſcientiam tot pro-
cerum, & inſignium Iuriſconſultorum in
id aſcitorum, vt integritatis, iuſtitiæ, æqui
tatis, & præcellentiæ, verum, ſacrum, Re-
giumq́; Conciſtorium eluceat, atque col-
luſtret: vel maximè ob authoritatem, am-
plitudinemq́; tanti Conſiliarij, eſt gloſſæ
opinio comprobanda. eius teſtimonium
legitur, deciſ. (vt aiunt) 115. incip. Ame-
ricus de Sancto Iuliano. non enim deciſio
eſt, ſed verius ſumma quædam allega-
tionum, in cauſa Comitatus Caputatij;
quicquid ſit, authoritate nominis Illu-
ſtriſſimi ſelectiſsimiq́; Doctoris, ac Con-
ſiliarij, & ſi dubitari fortè poſſet, an ſum-
ma Capycij ſit, ex rubrica ibi, Memoriale
allegationum, & rurſus col.1.ibi, Ad pri
mum dubium pro memoria allegando-
rum quando tempus occurret, eodemq́;
propoſito, ſubnectitur copia quorundam
capitulorum tertijordinis, nu.15. opinio
hęc valdè roboratur, iſq́; ſi animaduerta-
tur, in caſu adiectæ qualitatis maſculorũ,
& legitimi matrimonij, ad pluresve gra-
dus ſubſtitutionum digreſsionis, verba fa
cit, vt per eum.

Plurimumq́; hæc opinio vallatur, Rotę
92 Romanæ deciſione, cuius † amplitudinẽ,
præſtantiam, atque excellentiam, non hic
exaggerare opus eſt, ſolem etenim lucer-
na illuſtrare viderer. illud tamen non præ
teream, quod tradit Franc. Ripa reſpon.3.
incip. paucis agendo, nu.11. de cau.poſſ.
& propr.in dubio, ſtandum eſſe opinioni,
pro qua Collegium aliquod iudicauit, &
maximè Collegium venerandum, & ſa-
pientiſſimum Dominorum de Rota, quo
nullum aliud excellentius, & cuius deci-
ſiones iam vti canones videmus obſerua-
ri. hactenus Ripa. iſti enim Domini, teſte
Decio, omnia iura in ſcrinio pectoris repo
ſita tenent, conſ. 218. in caſu. in princip.
deq́; ipſorum celebritate Franc. Marzar.
conſ.4. viſo perlecto, fol.29. ver. ſed quid
plura: Et quamuis Doctores longa ſerie
deſuper relati hanc eandem negatiuã con
cluſionem validiſſimè firment, illis tamen
hos alios ſcribentes nunc adijciam, quorũ
teſtimonio, authoritateq́; firmior redde-
tur ac clarior: in ipſa itaque iuerunt, Vinc.
Herculan.q.4.in 10.arg.partis neg.vbi de
magis communi. Michael Craſſ.in lib.ſen
ten.§.fideicommiſſum.c.13.incip. Quęro
vlterius, ante nu.2. ibi, ego tamen id vix
admittere poſſum, Ang. de Gambilio.de
Aretio, conſ.49. In caſu noſtro, nu.1.conſ.
73. Quia eleganter, nu.62.cõſ.109. In caſu
prædicto.n.4. Mar. Ant. Peregrin. in d.tra
cta. de fideic. art.28. nu. 5. verſic. Quod ſi.
fol.255. Hieron. Gabriel. conſ.93. Barto-
lomęus, nu.34. conſ.95. Petrus Catanei,
nu.21.li.2.conſ.100. In ſimili ſpecie, nu.
12.& conſ.129. Petrus Thebaldus.nu.7.
eodem vol. Anguſciola conſ.37. ex verbis.
nu.3. in fi.lib.6. vbi de receptiſſima ſenten
tia teſtatur. Mandell. Albenſ. conſ.483.
Poſtquàm, nu.32. de magis cõmuni, lib.3.
conſ.476. Primus articulus. nu.1. eodem
vol. Pet.Ioan. Anch.q.31. Inſtituerat Ca-
ius, nu.1.lib.3.fol.146.col.4. Achyll. Pe-
droc.

droc.conſ.5.In hoc conſultationis articuculo, nu.38.Vbert.Zaccard.conſ.60.Cauſa hæc,nu.1.vbi de communi.conſ.71. Viſa ac benè intellecta,col.1. Bonifac.Rugerius,conſ.13.nu.1. lib.1. dicens ſe ſemper ſecundum hanc opinionem conſuluiſſe, Pau.de monte Pico, conſ.96.In hac graui cauſa,nu.60.ibiq; de magis communi meminit. Bertazzol. conſ.69. Illuſtris olim, nu.9.& is de recepta opinione. conſ.96. fuit motum iudicium, nu.2. lib.1. ciuiliũ conſi. Antonin. Teſſaur. deciſ. 96. Teſtator inſtituit, ante nu.3.dicens ita in pluribus arduis cauſis Senatum tenuiſſe.Hieronym.Magonius.deciſ.73.Ex Principis reſcripto, nu.4.opinionem iſtam in Alma Rota Florentina receptam, canonizatamque eſſe ſcribens.

SVMMARIVM.

1 *Gloſſæ opinionem, in d.l.Lucius Titius, quòd liberi poſiti in conditione, non ſint vocati, extra controuerſiam procedere, ſi alicui extraneo, ſub voce liberorum, ſubſtitutio facta fuiſſet.*

2 *Gloſſæ opinionem plurimum communem eſſe, tranſuerſalibus teſtatoris inſtitutis.*

3 *Gloſſæ opinionem, in vulgari ſubſtitutione, maximè procedere.*

4 *Liberos in conditione poſitos, non cenſeri vocatos, filio etiam teſtatoris inſtituto, & grauato, ſi decoſſerit ſine liberis reſtituere.*

5 *Liberos non cenſeri vocatos, ſi in conditione poſiti ſint, etiam quòd vltimo ipſorum poſitorum in conditione, facta eſſet ſubſtitutio, & in tota.*

6 *Liberos non cenſeri vocatos, cum in conditione ſunt poſiti, etiam in contractibus.*

7 *Liberos poſitos in conditione in cõtractibus, cenſeri diſpoſitiuè vocatos, cùm ex coniecturis, de mente contrahentium illos vocandi appareret.*

8 *Argumentum à contrario ſenſu in contractibus, quando ſumi poßit.*

9 *Liberos poſitos in conditione, non cenſeri vocatos etiam in ſtatutis.*

10 *Liberos in conditione poſitos in ſtatutis, non cenſeri vocatos, in verbis conditionalibus negatiuè conceptis, ſecus affirmatiuè.*

11 *Liberi, vt in ſtatutis non vocentur diſpoſitiuè, cum in conditione reperiuntur, intelligi in verbis merè conditionalibus, ſecus in conditionibus impoſitis per abſolutos ablatiuos.*

12 *Liberos poſitos in conditione, in ſtatutis non eſſe diſpoſitiuè vocatos, niſi adſint coniectura vocationis ex mente ſtatuentium.*

13 *Statuentium mentem iiſdem modis coniecturari, quibus mens teſtantium.*

14 *Statutariam diſpoſitionem, magis vltimæ voluntati accedere, quàm contractui.*

15 *Liberos in conditione poſitos, vocatos diſpoſitiuè minime credi, etiamſi pia cauſa fauor adſit.*

16 *Liberos non eſſe diſpoſitiuè vocatos, cum in conditione reperiuntur, etiam quando in vno capitulo ſunt in conditione, & in alio prius, vel poſt, in diſpoſitione expreſſe exiſtunt.*

CAP. III.

REGVLAMQVE hanc gloſſę negatiuam, quam libuit aſ-
1 ſerere, maximè † extra controuerſiam procedere, ſi extraneo alicui fuiſſet ſub liberorum voce ſubſtitutum, dixere Saly. in l.1.nu.5.C.de cond.inſer.verſic. ego puto, Pau. de Caſtr. conſ.410. viſo facto & dubijs, col.quarta. ante nu.6.verſic. communis intellectus, lib.primo.Socin.conſ. 140. Conſiderato teſtamento,col.2.lib.1. Collegium Papienſe inter conſilia Curtij ſen. dicto conſ. 45. ſæpè reuoluta, col. 2. verſic. Primus quando teſtator. idem Curt. conſ.42. quia inquit Baldus. col.6. conſ.63.antiquiſſima.col.4.6.& 7.& cõſi. 51. ſuper teſtamentis Alberti. Pariſ.conſ. 44. ſubſtitutio fideicommiſſaria. nu. 14. conſ.86.ad veram, nu.7.vbi de communi. lib.2.conſ.66.Nobilis Syluester.nu.7.lib. 3.Corn.conſ.1.in præſenti. nu.20. verſic. & hanc partem.lib.3.conſ.186.quãquam, nu.2.eodem volumine.Nicol.Boer.d.deciſ.155.Gaillardus, ante nu.21.

Eandemq; plurimum cenſeri commu-
2 nem † tranuerſalibus teſtatoris inſtitutis, tradidit Soci.d.conſ.140.conſiderato teſtamento, ante nu.3.col.2.lib.1.repetitur. conſ.218.lib.2.conſ.73.capiendo primũ, col.7. in fine, cum ſeq. nu.30. dicens eſſe plurimum communem, in iudicando, & conſulendo, lib.4.Corn.conſ.180. multitudo quæſitorum. nu.2.lib.4. conſ.1.in præſenti, num.21. col.9. verſic. imò longè magis, dicto li.3.conſ.186.quanquam, nu.2. eodem vol. Boer. in d.deciſ.155.nu. 21. & hanc etiam opinionem alibi ſequitur ſubtilitatum Doctor Socinus prædictus, in ſua ſolemni, ac fertiliſſima repetitione d.l.cum auus.col.antepen.in princ. verſic.fortius hoc idem.ff.de condi.& de-

 mon.

mon.Iul.Clar.ti.de teſtamen.q.77.verſic.
aut ille, qui fuit inſtitutus.

3 Maximeq́ue etiam procederet † in vul-
gari ſubſtitutione, quæ locum habet ante
hæreditatem aditam, & gloſſam in d.l.Lu
cius. ad text. relatam, ſic paſſim plerique
Doctores interpretantur, ut loquatur, quã
do pater non adiuit, ideo eius filij nõ poſ-
ſunt venire ex fideicommiſſo ad hæredi-
tatem aui primi teſtatoris, ſed ab inteſta-
to, quia propinqui, ex mente, & volun-
tate teſtantis: dum dicit, prudens conſi-
lium teſtantis animaduertitur, & ſubſtitu-
tum excludunt, Alber.in d.l.Lucius. in fi.
Alex.conſ.185.viſo, nu.14. lib.2. Pau.de
Caſt.conſ.263. circa primum, col.2. ante
nu.2. verſic.nec obſtarent, lib.2. And.Bar
bat.conſ.27. col.8. verſic. capio tertium.
lib.1.conſ.55. col.4.verſic. plus dico. lib.
2.& in repe.d.l.cùm acutiſſimi. Nic.Boer.
d.deciſ.155. Gaillardus. nu.20. in prima
parte.Hier.Zanc.in repet. l.hæredes mei,
§.cum ita.nu.718. in 2.ampl. & ſuperius,
nu.713.reprobans opin.Socini iun.conſ.
174.viſa prædicta facti contingentia. col.
pen.nu.24.verſic. coniectura autem, cum
ſeq.de qua inferius aliquid tangam, lib.2.
& cum opin. Alberici tranſit Soc. rationẽ
reddens, in d.l.eum auus.col.antep.ver.&
pro fundamento, dicens illam eſſe notan-
dam, Franc.Mant.in tract. de coniect.vlt.
volun.lib.5.tit.3.in fi.poſt nu.25.

Ampliatur hæc concluſio pluribus mo
4 dis, & Primo, vt procedat etiam † filio te-
ſtatoris inſtituto, & grauato, ſi deceſſerit
ſine liberis, Titio reſtituere: cum & ſi ipſi li
beri ſint de deſcendentibus, tamen non
cenſentur ex teſtamento vocati, vt poſt
Bart.in d.l.Centurio, affirmat illic Lan-
cel.Galia.nu.99. verſic. amplia hanc con-
cluſionem, & Franc. Ripa nu.159. verſic.
tertiò verba. Collegium Papienſe ſic con-
ſuluiſſe referens, conſ.45. ſæpè reuoluta.
col.2. & ibi col.5.oſtendit hanc eſſe com-
munem opin.inter conſilia Curtij, Socin.
conſ.116.in cauſa, ante fi. lib.3.& in iſtis
terminis loquitur D.Guid. Papæ d.deciſ.
39. Doctores in iure ciuili, per totã deciſ.
Soc.in d.l.cum auus.col.75. verſic. & iſta
omnia iura, dicens contra Salycetum, qui
contrarium aſſerit, in terminis eſſe Bar.in
d.l.Lucius, vbi Soc. de communi atteſta-
tur. Corn.conſ.1.in præſenti ardua.col.9.
verſic.& arctamur, lib.3.conſ.126. quan-
quàm prima facie.col.2. nu.2. lib.4. Cur.
ſen.cõſ.42.quia inquit Bal.nu.14. verſic.
modo ſic.vbi de cõi atteſtatur.cõſ.63.An-
tiquiſſima, & nobiliſſima familia, nu.4.ver
ſic.ſecunda, & fortior, vbi pariter de com-
muni. Marc. Mant. conſ.92. fuit.nu.14.
verſic.& ſi diceretur. Stepha. Bertr.& ipſe
de communi atteſtans, conſ.31.de tribus,
nu.4.in 2.par.ſecundi voluminis. Auguſt.
Ber.conſ.11.diligenter.poſt nu.18.verſic.
& quamuis, lib.2. vbi de magis communi
fidem facit, nu.30.

Et quamuis in deſcendentibus teſtato-
ris contradixerint Salyc.in d.l.1. ante fin.
nu.5. C.de condit.inſer. Pau. de Caſtr.in
dicta l. filiusfamilias. §. cum quis. Soci-
nus conſ.218. conſiderato teſtamento,
col.1. nu.2. quod duplicatur conſ.140.
eodem vol. lib.2. Corneus, implicitè ta-
men, conſ.180. multitudo quęſitorum,
nu.2.verſic.& maximè, lib.4. ſed expreſ-
sè idem Corn. conſ.31.placet mihi, nu.4.
verſic.& maximè eſt dicendum, li.1.conſ.
97.primò conſultus. nu.3. eod.vol. Nico.
de Neap.in d.l. Lucius, & ibi Raphael Cu
man. quos referendo ſequitur Alexand.
conſ.185.viſo titulo.q.nu.18. verſic.præ-
terea tex. lib.2. & nu.20. Curt.ſen. conſ.
51. ſuper teſtamentis. nu.23. col.8. cir-
ca medium. Boer. dicta deciſ.155.Gaillar
dus num.21. Pet.de Anchar.conſ.74.con
tra Philippum, rurſus Socinus conſ.249.
materia præſentis conſultationis, nu.5.li.
2.dicens multos Doctores non paruę au-
thoritatis, in deſcendentibus tenere, quòd
videantur inuitati, referens nuncupatim
Ange. in l.in legatis. C. de legatis, in qui-
buſdam lecturis, dicentem multos Docto
res tempore ſuo ita conſuluiſſe, Hierony.
Alba. conſ.1. teſtator, num.5. & in quo-
dam conſilio, licet non impreſſo, idem di-
xit Socinus, incip. viſo teſtamento Dom.
Pauli de Dottis.in 3. car. quòd licèt com-
munis opin. ſit, poſitos in conditione vo
catos non eſſe, tamen in deſcendentibus,
multos non paruæ authoritatis contra-
rium tenuiſſe, & aliàs pro iſta opin. ha-
buiſſe multa ſolemnia conſilia Aduoca-
torum Florentinorum, iſtudq́; conſilium
proprijs manu & ſigillo eiuſdem Socini,
roboratum fuiſſe, apud Socinum iun. vt
ipſe nepos teſtatur, conſ.174. viſa prædi-
cta facti contingentia, col.5. nu.22. libro
ſecundo. & videtur concurrere ipſe Soc.
ſen. conſ.73. capiendo primum, col.8.in
princ. poſt nu.30. lib.3. referens Salycet.
Nicolaum de Neapol. & Petr. de Ancha.
in citatis locis, Ioan. Cęphal. conſ.417.
ſequor, num.17. lib.3. Ioan. Mar. Rimi- 1
nal.conſ.189. in hac difficultate, nu.7. ver
ſic.

ſic.plus voluit Salycetus,lib.1.Steph.Ber
tran.conſ.71.poſt alias,nu.4.lib.7. Tiber.
Decian.conſ.9.nu.1.lib.3.vbi nu.4. de æ-
quiori opin. teſtatur, conſ.44. nu.5. eodẽ
vol.vbi pariter de æquiori,& hodie magis
communi, quem refert & ſequitur Fran-
ciſ.Mantic.in tract.de coniect. vltim. vo-
lunt.lib.11.tit.3.ante nu.2.Franc.Marza.
conſ.8.cum ſubtiliter,in prin.fol.91.Fran
ciſ.Turturel.conſ.394.ſi cum textu,nu.8.
inter conſ.Iacobi Menochij, li.4. Michael
Craſſus in tract.ſentent.§.fideicommiſſũ.
nu.2.Petr.Anto.de Petr.in tract. de fidei-
com.prohib.q.9.nu.171. Hieronym.Ga-
briel. conſ.123. Hoc teſtamento. nu.30.
lib.2. Riminald.Iun.conſ.456. Quoniam
in principio, nu.46. lib.4. conſ.476. D.
Sabbatinus. ſub nu.15. vſque ad nu.26.
eo.vol.conſ.512.Poſtquàm conſului. nu.
16.verſic.Inter cęteras.lib.5.conſ.583.In
occurrenti caſu,nu.13.eod.lib.conſ. 651.
D.Butrigellus,nu.22.conſ.661.Conſului
iam. nu.26.& infr. de æquiori, veriori, ac
magis communi atteſtans,lib.6.conſ.669.
Illuſtris Dominus.nu.9.eod. vol. & conſ.
739.Magnificus D.Paulus. nu.7. vbi etiã
æquiorem, crebrioremq́ue eſſe dicit. li.7.
Hieronym. Herculan. in reſponſo ſuper
cauſa illorum de Alexandris & Macchia-
uellis,incip. In Auditorio Rotæ, nu.117.
verſic.Prima igitur,fol.44.Bonifac. Ruge
rius,conſ.13.In occurrenti caſu,nu.10.&
nu.11.de æquiori opinione,& 13.de com
muni, lib.1. conſ.25. Perilluſtris Comes
Scipio.nu.32.de eadem communi, conſ.
50.In hac facti contingentia. ſub nu.56.
vſque ad fin.conſilij, pluribus vtens au-
thoritatibus,eod.vol. Vincent. Herculan.
Peruſin.in 5.q.in 5.argu.partis affirmati-
uæ. D.Iacob.Puteus, deciſ.215.Nicolaus
de Paſijs.nu.1.lib.3.Io.Petr.Bimius, cõſ.
17.Maturè perpenſis, nu.16.fol.61. An-
ton. Galeatius Maluaſ. conſ.76. In cauſa
D.Alberti.nu.13.14.15.& 25.lib.1. Achyl.
Pedrocc.conſ.5.In hoc conſultationis ar-
ticulo.nu.39. conſ.40. Quod attinet. nu.
13.verſic. Nam etiam ij, & conſ.22. Pun-
ctus propoſitæ difficultatis,nu.9.D.Sylue
ſter Aldobrandin. conſ.29. Hieronymus
Gentilis,nu.51.verſic.& hæc opinio.ac e-
tiam eruditiſſimus Iuriſconſ. D. Alexan.
Raudenſis,conſ.36.teſtamentum hoc,nu.
215.verſic. At in propoſito.

Non eſt tamen à priori opin. receden-
dum,vt dicit Galiau.tanquam communi,
vt per Soc.d.conſ.116.ante fi.verſic.ex quĩ
bus patet. reprobantẽ differentiam Saly-
ceti, quę non probatur in text. d. l. cùm
acutiſſimi. vt alibi conſulendo deducit A-
lexan.conſ.185.viſo.li.2.& maximè, quia
communis opin. ineuitabiliter fundatur
in d.l.ex facto.§.ex facto. ſecũdum Raph.
Cuma.conſ.122.Gerardus,col.2. poſt nu.
3.verſic.& de hoc videtur caſus ineuitabi-
lis, & Alex.d.conſ.nu.17.verſic. non ob-
ſtat quintò.& tamẽ loquitur in liberis de-
ſcendentibus,ſubdens Soc. quòd fere om
nes maioris authoritatis, & probatiſſimi,
ſunt in iſta opin.à qua nõ eſt in iudicando
recedendum, quicquid in contrarium di-
ſputando dici poſſit: & Bart. cum quo eſt
cõmunis opinio, loquitur in d. l. Lucius,
in liberis deſcendentibus, & tamen voca-
tos non eſſe cõcludit, offerẽs quãdo opus
fuiſſet diſputatione, ſe oſtenſurũ per pun-
cta etiam rationis, communem iſtam opi.
procedere, & ſatis apparebat ex authori-
tatibus adductis per D.Petrum de Cano-
nicis, quę omnes ferè loquebantur in de-
ſcendentibus, iſtam eſſe communem opi.
& Saly.male fuiſſe loquutum tradit Mar.
Mant.conſ.92.fui,nu.14.communiterq́ue
damnari, dixit Franc. Ripa in d.l.Centu-
rio,nu.149.verſic.tertiò verba.& de cõmu
ni reprobatione opinionis Saly. D.Anto.
Gab.tit.de fideic.concl.4.nu.35.Iul.Clar.
lib.3.tit.de teſta.q.79.nu.90.in 3.coniect.
vbi dicit Sal. opi. cõiter, imo magis cõiter
improbatam eſſe,q.77.d.tit.fol.87. in di-
ſtinctione, & cum qualitate deſcenden-
tium, aliquam ex infraſcriptis coniectu-
ris requiri,vt per eum,& quòd gloſſæ in d.
l.Lucius,ſententia ſit communis in deſcẽ-
dentibus,vt in extraneis tradit Io.Mar.Ri
min.ſibi contrarius,conſ.326. viſo thema
te,nu.21.lib.2.Celſ.Hugo conſ.68. teſta-
trix quædam,col.4.nu.6.Augu. Bero.cõſ.
11.diligenter, col.6. nu.18.vbi de magis
communi atteſtatur,li.2. & conſ.84. cùm
ex facti ſerie,ante nu.74.verſ.ſecunda con
iectura, dicens iſtam opin. crebro appro-
bari per conſulentes, & legentes,& ipſam
rationib. defendit, quicquid dixerit Cor.
li.2.idem Bero. conſ.104. in hac Lucenſi
cauſa,col.antep. poſt nu.18. lib.2. vbi de
magis communi, in tantùm quòd non eſt
aſſentiendum Deciano,& cęteris,cùm hęc
opinio hodie ſit communior, & crebrior,
diſtinctionemq́; Salyceti, magis commu-
niter reprobatam eſſe,teſtatur Io.Cephal.
conſ.517.Illuſtriſſ.Comes,nu.60.ver.non
obſtant argumenta,li.4.eandemq́; ſenten
tiã ſequitur Pet.Greg. Tholoſ.in Syntag.
iuris.3.par.de action. li.42.c.28. de fidei-

com.

com,ſubſtitu.ante nu.30. ver.ſecundo cõſidero.fol.986.Bertazzol.conſ.96.fuit motum iudicium, nu.3.verſic. Quæ cõcluſio, lib.1.ciuilium.Hieronym. Magon. deciſ. 73.ex Principis reſcripto,nu.9.fo.249.Sa lycetique opinionem alijs non concurrentibus communiter reprobari, ſcribit Sfor. Odd.conſ.66.D.Nicolaus ,nu. 25. verſic. Ad primam.

Secundo ampliatur, vt ſit vera opinio,
5 etiam † quòd vltimo ipſorum poſitorum in conditione, facta eſſet ſubſtitutio, & in tota,iux.tex.in l.Titia Seio, §.Seia libertis, cum not.ibi per Dy.& Bar. de legat.2. qui non propterea dicerentur vocati, vt poſt Io.de Imo.in l.Centurio,Socyn.in l. hæredes mei, §.cùm ita,col. 1.ver.primus caſus, Ancharanum,& Alexandrum,tenet Carol.Rui.conſ.140.viſo,& bene intellecto,nu.12. ver. nec etiam, lib. 2. conſ.96. quia col.4.nu.11.conſ.108.viſa.col.2.nu. 3.conſ.111. viſo, ac perlecto teſtamento Ser Franciſci, nu. 5.conſ.119.viſo,& bene perlecto,nu.4.eo.vol.2.& conſ.139.viſo, ac perlecto teſt. D. Raynaldi. col.2.nu.4. lib.3.Cur.iun.conſ.43.habita, nu.6. Soc. iun. conſ.151. inſpectis, nu.10. conſ.176, conſideratis his, nu. 14.& ſeq.lib.2.conſ, 145. viſo, nu.13. lib.3.& in principio alios allegaui.

Tertiò ampliatur, vt multo magis pro-
6 cedat † in liberis poſitis in conditione in contractibus,Soc.iun.conſ.108.viſo puncto,nu.34.lib.2.ſentit de rigore iuris.Bal. in l.quod ſcitis,col.3.poſt nu.7.verſic.Iac. de Belui.C.de bo.quę li.vbi reſpondet ad l.inter ſocerum,§.cum inter.ff.de pac.dotal.& Alex. aduertit in addi. ad eundem Bal.in l.pro hæreditarijs.C.de hæredit. actionibus,quàmuis Bal.in d.l.quod ſcitis, verſi.ſolutio, ſpeciale dicat eſſe in cõditione fine liberis, vt à contrario ſenſu diſponat, ſecus verò in alijs conditionibus reſtituendæ dotis, vt per eum Aym. Crau. conſ.288.Margarita Leuinæ.nu.3. verſic. Tertiò conſidero.Zanch.in §.cum ita. nu. 722.Marc.Anton.Peregrin.in tract.de fideicom.art.28.nu.29.verſic.Dubium eſt. col.3.fol.258.

Sed contrarium tenet Bal.in d.l.pro hęreditarijs.in fi.nu.13.verſic.dubitari tamẽ poſſet.Iaſ.in l.pecuniã.nu.2.verſic.hic habes tex.ff.ſi cer.pet.Euerard. in centur. in arg.à ſenſu contra.fol.17.verſic.& hoc procedit in verbis contractuum. conditionalium, Paul.de Caſt.in l.ſi cùm dotem, nu. 9.ff.ſol.matr.vbi dicit,Bal.in d.l.pro hæreditarijs, proferre aliqua verba ſatis ſubtilia, ſed nõ clarè,nec plenè. And.Alc.conſ. 2.donationis verba.nu.6.lib.8.Iacob. Menoch,conſ.325.de prima propoſita dubit. nu.9.lib.4. Petr. Anton. de Petr. in tract. de fideicom. prohib. q.9.nu.227. verſic. Quintò limitatur,fol. 217.Hieronym. Gabriel. conſ.96. ex facto propoſito, nu.19. lib.2. Decian.conſ.41.Magnificus D. Marianus,nu.44.lib.1.

Retinendo priorem ſententiam Socin.
7 Iun.& aliorum limitatur, † niſi ex coniecturis contrarium appareret de mente cõtrahentium: nam tunc dicerentur vocati in conditione poſiti dubio procul in contractibus, ſecundum Carol.Rui.conſ.99. ſuper his. col.8. nu.14. lib.1. Plurimumque maſculinitatis expreſſio pro coniectura deſeruiret,ex ijs quæ tradit Aym.d.cõſ. 288.poſt nu.3.in 3.conſideratione.

Pro declaratione terminorum propoſi-
8 tæ quæſtionis eſſet hic diſcutiendum † de vi argumentationis à contrario ſenſu in contractibus,circa verba affirmatiuè,& negatiue prolata, ex quo Bal.in verbis affirmatiuè tantum conceptis, argumentationem iſtam locum habere dixit in l.2.C.de cond.inſer.nu.2.in fi.ſecus in negatiuis, cùm ex diſpoſitionibus priuatiuis non reſultet habitus.l.ex facto.ff.de hæred. inſti. item ex diſpoſitionibus negatiuis non reſultet affirmatio,l.Titia.§.Lucius. ff.de teſtam.Pet.de Anch.in rep. c.canonum ſtatuta.in 14.q.prin.de conſtitutio.Iaſ.in l.1. nu.54.ff.de offic.eius.

In quo contrarium dixere Alex. in d.l. 1.§.huius rei, per tex.in l.ſi quis ita libertatem.§.fin.ff de ſtatuliber.Decius ibi,nu. 54.reprehẽdens Bal.& Alex.Bald.in c.cũ nobis olim.de elect.in c.cùm acceſſiſſent: de conſtit.in c.præterea requiſiſti.de app. & in l.ſi eum. §. qui iniuriarum , ff.ſi quis caut.Euerard.in centur.in arg.a contr.ſenſu,fol.17.verſic.2.iſtud limita. tamen alibi referendum eſt.

9 Quartò ampliatur,vt procedat † etiam in liberis poſitis in conditione,in ſtatutis, Paul.de Caſt. conſ.359. ſupraſcriptus D. conſultor. ante nu.2.lib.2.

10 Quod eſt intelligendum † in verbis ſtatuti conditionalibus negatiue conceptis, quòd non ſint liberi vocati,ſecus in verbis affirmatiuè prolatis, vt deducit in d.conſ. Caſtr.ante d.nu.2.

11 Secundò eſt intelligendum † in verbis merè conditionalibus, ſecus in conditionibus impoſitis per ablatiuos abſolutos, vt per

per Iaſ. in l. ſeruo legato.§.ſi teſtator, nu.
7.verſic.ſed ad hoc dupliciter reſponde.ff.
de leg.1. de quibus abſolutis ablatiuis in-
ferius ſuo loco dicetur.

12 Hoc tamen,†quod de ſtatuto dicit Pau.
de Caſt.d.conſ.359. in verbis conditiona
libus negatiuè conceptis, in quibus liberi
in conditione poſiti non dicuntur vocati,
crederem,vt in contractibus dixi,ex men-
te Ruini,procedere, niſi aliud ex coniectu
rata mente ſtatuentis colligeretur.ſubſiſtē
tibus namque coniecturis, recederetur à
regula prædicta,quemadmodum in fidei-
commiſſis dicitur,cum bonum ſit argumē
tum de ſtatuto, ad teſtamentum,& è con-
tra.l.fi.C.de reb.alien.non aliena. & §.di-
ſponat. in Auth.de nupt. coll.4. Ange.in
l.1.ff. de acquir. hæred. per text. quem re-
putat ſingu. in l.4. C. de om, agro deſer.
lib. 11.

13 Cumque† per omnes modos,per quos
coniecturatur mēs teſtatoris, per eoſdem
coniecturetur mens ſtatuti,ſecundum An
gel.conſ.68.Martinus Ioannis de Floren-
tia.Iaſ.in d.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.nu.
10.ex quo celebri conſilio Angeli poſſunt
elici plures coniecturæ ad terminos dicē-
dorum,pro coniecturis quæſtionis princi-
palis,& ſignanter fauoris maſculorum, &
agnationis, vt ibi, ijſdem infraſcriptis con
iecturis ſtatutariam diſpoſitionem conie-
cturabimur, & hæc declaratio non videa-
tur impertinens ad ſtatutum ●clata, licèt
paſſim dicatur, ſtatuta ſtricti iuris cenſeri,
& ſtricte eſſe interpretanda.

14 Nam ſi Ruinus † ita in contractibus in-
telligit, cur idem non erit in ſtatutis intel
ligendum,ſi expeditum eſt, ſtatutariam di
ſpoſitionem, magis vltimæ voluntati quā
contractui æquiparari, ſecundùm Bart.in
l.1.per glo.ibi. C.de his quibus,vt indig.

Duas alias ampliationes ponit Hiero.
Zanch.in d.§.cùm ita, quæ veniunt expo-
liendæ in limitationibus, & coniecturis
ſtatim declarandis,ideo non inſiſto,ne idē
bis repetam.

Quintò ampliatur, vt non dicantur vo-
15 cati,etiam ſi piæ cauſæ† fauor adſit,Pariſ.
conſ.86.ad veram.col.pen.nu.69.ver.hæc
coniectura, cum nu.ſeq.lib.2.Ruinus cōſ.
182.in facto proponitur,col.pen.nu.9.ver
ſic.non obſtat ſecundò.lib.2. Sed de hoc
latè infrà,lib.3.cap.6. vbi contrarium iux-
ta Petri de Ancharano opinionem vti cō-
munem aſſerui.

Sextò ampliatur, vt procedat Gloſſæ
16 opin.etiam † quando liberi ſunt poſiti in
cōditione in vno capitulo,& in alio prius,
vel poſt ſunt expreſsè vocati: in illo enim
capitulo in quo ſunt tantum poſiti in con
ditione,vocati minimè dicentur,vt cōclu-
dit Alex.conſ.185.viſo titulo quæſtionis,
lib.2.conſ.24.Attentis his, poſt nu.6.lib.
3.& conſ.22.eo.vol.quod repetitur,conſ.
13.viſis,& perlectis.nu.10.Socin.conſ.116.
in cauſa,nu.2.lib.3.Pariſ.conſ.44.ſubſti-
tutio.col.2.nu.9.verſic.licèt enim, & cōſ.
86.ad veram,col.9.& ſeq.nu.40.lib.2.vbi
allegat Benedictum Capram, & Alexan-
drū,vt per eum.Portius concl.lib.2.concl.
12.dubitatur,in prima limit. Vberti. Zuc-
card.referens Socinum,d.conſ.116. in l.fi.
ſuper verb.ſancimus,vt ſi quis ex aſſe,col.
11.poſt nù.67.verſ.& conſ.116.fol.12. C.
de edic.diui Adr.tol.Anto. Gab.lib.4. de
fideicom.concl.4.nu.3. verſic.primò am-
plia,licèt contrarium tenuerit Lud.Goza.
conſ.64.in cauſa, col.2. ſub nu.10. Ioan.
Botta. conſ.51. vidi teſtamentum, nu.56.
verſic. hinc videmus.

FINIS LIBRI PRIMI.

TRACTATVS CELEBERRIMI IVRISCONS. D. IOSEPHI DE RVSTICIS, PATRICII AQVILANI,

An, & quando liberi in conditione poſiti vocentur:

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Gloſſa in d. l. Lucius Titius, opinionem declarari, veram eſſe, cum aliqua coniectura mentis teſtatoris contraria non apparet, ex qua elici poſſit liberos in conditione poſitos, vocare voluiſſe.*

2 *Coniecturas, quibus liberi in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati, ex prolatis in teſtamento aliquorum ſententia elici debere, quod declaratur, nu. 14. in collateralibus, ſiue extraneis.*

3 *Tranſmiſſionis coniecturas ex expreſſis in teſtamento colligendas eſſe, & vide nu. 6. & 10.*

4 *Vocationem difficilius induci, quàm tranſmiſſionem.*

5 *Coniecturas vocationis etiam leues, ex dictis ante vel poſt teſtamentum ſufficere quidam crediderunt, quod num. 11. explicatur in deſcendentibus tantum procedere.*

7 *Coniecturas ſufficientes ad vocationem inducendam, iudicis arbitrio aliorum opinione relinqui.*

8 *Probationes iudici arbitrarias eſſe.*

9 *Coniecturalem materiam magis, quàm probatoriam iudicis arbitrio relinqui.*

12 *Coniecturarum leuitatem in deſcendentibus in conditione poſitis tantam eſſe non debere, vt in illud, quod ſapè dici aſſolet incidamus, leuia ſpernenda eſſe.*

13 *Cõiecturas leues ſufficere, cum valida ſunt, ex nonnullorum intẽtione, ad demonſtrandum conditionem filiorum, fauore, non hæredis grauati adiectam fuiſſe, ſcilicet ad extinguendum fideicommiſſum, ſed ſolùm ad illud differendum poſt mortem filiorum, deſcendentiumq́ in conditione poſitorum: cuius rei duo exempla affert Hieronym. Torniell.*

15 *Andreæ Alciati verba lib. 3. de verborum ſignificatione, circa coniecturas iſtas, nimis rigoroſè prolata.*

16 *Fideicommiſſi diſpoſitionem per ſolam voluntatis coniecturam induci non poſſe, niſi coniectura illa probabilis ſit, ac concludens.*

17 *Coniecturas ad inducendum fideicommiſſum, ex verbis teſtamenti colligi debere.*

18 *Coniecturas non debere ex capite cuiuſque,*

vel

vel opinione formari, ſed ex prolatis in teſtamento.

19 *Coniecturas ex teſtamento elicitas alia probatione aliquando non egere, declaratiuas verò alicuius verbi ambigui, duobus teſtibus poſſe probari.*

20 *Coniecturas extrinſecus elicitas, vti nouam diſpoſitionē ſeptem teſtibus neceſſariò probandas eſſe.*

21 *Coniecturas ex dictis ante, vel poſt teſtamentum deſumere, abſurdum non videri, quòd diſtinguitur, nu. 23.*

22 *Caroli Ruini verba circa coniecturas extra teſtamentum deſumendas.*

24 *Coniecturas extra teſtamentum eliciendas, arctiorem interpretationem recipere, in ipſisq; plurimum iudicis arbitrium verſari; Eaſdem etiam prapotentiores eſſe debere, nu. 25.*

26 *Coniecturarum libertatem, ad iuris tramites reducere opportuunum cenſeri.*

27 *Iudicis arbitrio, cauendum eſſe, cauſas dirimendas remittere.*

28 *Coniecturas ſecundum facti contingentiã, vltra pertractatas à ſcribentibus, arbitrio iudicis relinqui.*

29 *Erroris iuſti cauſas emergentes, vltra expreſſas, iudicis arbitrio Baldum demandaſſe, ſecundum factorum contingentiã.*

30 *Coniecturas vocationis efficaces eſſe, etiam ſi in alia diſpoſitione, teſtator alios in conditione poſitos expreſſè vocaſſet.*

31 *Coniecturas iſtas vocationis in deſcendentibus valdè operari, vimq; maiorem continere.*

CAP. I.

HAec ita ampliata concluſio ex ſcribentium intẽtione, declaratur, vt procedat cũ nulla coniectura mentis teſtatoris oſtẽderetur, ex qua elici poſſit, liberos in conditione poſitos vocare voluiſſe, ea namque apparente diuerſa opinio ſubſiſteret, Lancel. Galiau. in dicta l. Centurio, d. nu. 98. verſic. limita ſecundò. vbi dixit, conſulentes, qui intendũt recedere à Gloſ. in d. l. Lucius Titius, ſemper conari aliquas coniecturas perpẽdere, mentem contrariam ſignificantes. Soc. in d. l. cum auus, in fine, verſic. à qua tamen vt plurimum, dicens propter coniecturas, recedi à Gloſ. opin. Corneus in l. ab eo. C. de fideicom. Hieronym. Cagn. nu. 48. ſolitum conſulentiũ, quemadmodum Galiaula, referens in dicta l. 1. C. de pact. vbi Franciſcus Ripa, num. 7. in fine, Vbert. Zucc. nu. 58. idem Ripa in d. l. Centurio, nu. 163. vt magis communis ſententia, propter varietatem opinionum, & vrgentes rationes contrarias, limitetur, & reſtringatur, ſi ſubſit aliqua coniectura contrariæ mentis, & in l. ex facto, ante nu. 11. ff. ad Trebel. Fortun. Garz. in l. Gallus, in principio, col. 38. nu. 181. verſic. ex ſuperioribus remanet, ff. de liberis, & poſthumis. dicens, quòd ſi ex teſtamento colligitur mens teſtatoris, non videtur cur ex teſtamento non veniant, Pau. de Caſt. conſ. 263. circa primum quæſitum, col. 2. lib. 2. Ludouicus de Sardis in allegationibus ante iſtud conſ. impreſſis, incipien. Quia ex allegationibus. ante finem, verſic. poſtremò, & ſi purè. Corn. conſ. 97. primò conſultus, col. 2. in principio, verſ. nec obſtat motiuum Imolę. lib. 1. conſ. 22. in hac conſultatione, col. 2. nu. 3. & col. 3. circa medium, conſ. 74. viſo prolixo, col. 2. nu. 4. conſ. 129. circa primum, nu. 39. conſ. 146. in hac conſultatione, col. 6. nu. 14. in fine. lib. 2. conſ. 229. eiuſdem initij, col. 4. ante nu. 6. conſ. 258. quo ad primum, col. 5. nu. 8. verſic. ita, & fortius, lib. 3. conſ. 20. videtur prima facie, nu. 19. & 20. conſ. 101. licet in hac conſultatione, nu. 4. dicens huiuſmodi theoricam ſumi ex dictis Bart. in d. l. Cẽturio, in penult. fol verſic. quęro vlterius, & eſt nu. 37. verſic. non obſtat. l. Lucius, conſ. 226. Quanquàm, nu. 3. col. 3. conſ. 273. dubia ſatis, nu. 1. dicens iuri cõſentaneum, ſeq; arbitratum eſſe, legendo, & conſulendo, quòd concurrente aliqua coniectura, cenſeantur poſiti in conditione, inuitati. lib. 4. & ſæpè alibi. Socinus conſ. 14. viſo teſtamento, nu. 3. lib. 3. conſ. 249. materia præſentis, col. 4. nu. 5. verſic. primum eſt, lib. 2. conſ. 12. præſens conſultatio. nu. 19. & anteceden. lib. 3. conſ. 116. in cauſa, conſ. in princ. eod. vol. conſ. 73. capiendo primum. col. penul. circa med. lib. 4. dicens ſtantibus coniecturis, vidiſſe ſæpè conſultũ contra opin. gl. d. l. Lucius, & in quodam conſ. non impreſſo, incip. viſis teſtamentis Domini Pauli de Doctis, quod apud ſe fuiſſe cum proprio ſigillo, & ſubſcriptione refert Socinus iunior nepos, conſ. 158. abundè, nũ. 73. lib. 2. Franciſc. Curt. ſenior conſ. 41. quia Inquit, col. 4 verſic. tamen, & Socinus inter conſilia eiuſdem Curtij conſ. 40. in præſentiarum, col. pen. conſ. 75. Dominus Ludouicus, col. 3. verſic. pręmiſſis tamen, conſ. 51. ſuper teſtamento Alberti, col. 9. & 10. verſic.

ſic. ſi ita, Pariſius. conſ. 30. dubitatur, nu. 33. verſic. præterea, conſ. 31. conſiderato primo capite, nu. 10. conſ. 44. ſubſtitutio, nu. 21. & 25. conſ. 86. ad veram, num. 18. conſ. 90. viſis, nu. 40. & 42. conſ. 78. in pręſenti, nu. 7. vbi de vera, & communi opinio. atteſtatur, conſ. 37. ſi bona, col. 4. nu. 21. conſ. 41. viſa, col. fin. nu. 67. conſ. 57. in præſenti cauſa. col. penul. in fi. nu. 22. conſ. 77. Ser Petrus. col. fin. nu. 36. conſ. 76. fatentur, nu. 9. conſ. 63. capiendo, nu. 29. conſ. 87. vidi & legi, nu. 14. lib. ſecundo, conſ. 18. conſideratis, col. 8. nu. 49. eodem volum. conſ. 1. vulgatum eſt, nu. 48. conſ. 5. viſo teſtamento, nu. 35. conſ. 6. ad confirmationem, nu. 3. & 4. conſ. 42, ad reſolutionem, nu. 12. conſ. 53. D. Hieronymus. col. 5. nu. 40. lib. 3. Cur. iun. conſ. 43. habita diligenti, col. 3. in fi. nu. 7. conſ. 48. pręſupponitur in facto, col. 4. ante nu. 3. verſic. ex alio, conſ. 87. Negari non poteſt, in fi. nu. 8. conſ. 96. habita. nu. 2. conſ. 113. pro reſolutione. col. 3. nu. 5. Lud. Gozad. conſ. 64. in cauſa, mihi tranſmiſſa. nu. 7. & 8. poſt Corneum, quem refert Aym. Cravet. conſ. 62. Nobilis Vrbanus, nu. 6. verſic. tamen cum tot, & tantæ. Socinus iunior conſ. 65. cum in pręſenti, nu. 65. conſ. 118. præpoſita difficultas, col. prima. in fi. nu. 2. conſ. 119. viſo teſtamento, nu. 26. libro primo. dicto conſ. 158. abundè, nu. 73. verſic. primò ergo, libro ſecundo. dicens ita voluiſſe Bart. in d. l. Centurio, & Dec. ſi rectè intueatur, conſ. 270. Dom. Raynaldus, col. pen. idem Soc. iun. conſ. 175. viſo, nu. 5. verſic. ego ſemper tenui. cōſ. 141. habita diligenti, referens Corneum legendo, & conſulendo, hanc opinionē ſequutum fuiſſe, nu. 8. li. 2. conſ. 110. diù, nu. 20. vbi de communi opin. atteſtatur, dicens, quòd licèt Gloſſæ opinio ſit communis, iſtam etiam eſſe communem, vt ex coniecturis ab ea recedatur, conſ. [illegible]5. viſo teſtamento, nu. 36. vbi proculdubio de communi atteſtatur, lib. 3. Caro. Rui. conſ. 99. ſuper his, nu. 13. in fine, lib. 1. conſ. 108. viſa, num. 11. verſic. tamen ſi ex coniecturis, conſ. 1 t 1. viſo ac perlecto, nu. 14. verſic. nam licèt, conſ. 158. viſo teſtamēto, nu. 13. conſ. 160. viſo & perlecto, nu. 24. verſic. ſecundò iſtud confirmatur, conſ. 198. Ponderatis, nu. 7. verſic. & per hæc, lib. 2. conſ. 131. in themate, nu. 13. verſic. & quamuis, conſ. 139. viſo ac perlecto, nu. 6. verſic. nam licèt, conſ. 142. viſo & perlecto, nu. 10. verſic. & mo u cor. lib. 3. And. Alciat. conſ. 34. nullū in propoſito caſu. col. 6. poſt nu. 6.

conſ. 35. eſt diffusè. nu. 12. conſ. 209. talis, nu. 6. tomo 3. lib. 9. Ioan. Franc. Purpu. inter conſ. Lauren. Syluani, conſ. 53. nu. 3. citans conſilia dom. Petri Philippi Corn. Iacob. Mandel. Albenſ. conſ. 87. dicebam, nu. 10. lib. 1. conſ. 312. Intentio Magnificorum Dominornm, nu. 7. li. 2. dicens hoc à nemine denegari, conſ. 329. Quàmuis euidentiſſimè, nu. 13. cōſ. 382. In caſu propoſito, nu. 16. eod. vol. conſ. 476. Primus articulus, nu. 1. conſ. 482. Poſtquàm, nu. 32. lib. 3. conſ. 568. Quæſtio mihi propoſita, nu. 17. conſ. 581. Verba ſubſtitutionis, nu. 6. lib. 4. Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. caſu 148. poſtea quàm, nu. 1. ſicque aliqui Campegium conſuluiſſe referunt, Gualdenſ. caut. 36. de ſubſtit. Hiero. Grat. conſ. 48. vt ex literis, nu. 14. col. 2. lib. 1. conſ. 106. in cauſa teſtamēti, nu. 50. conſ. 89. circa teſtamētum, ante nu. 5. lib. 2. Anton. Gab. tit. de fideicom. In 4. conclu. nu. 25. Rot. Rom. vt per Petrum Paul. Aemyl. Caput Aquenſ. li. 2. deciſ. incip. fuit dubitatum, circa med. & alias deciſiones Rotæ per D. Auguſtinum refert Franci. Marzar. in tractat. de fideicom. 2. par. q. 20. Io. Bolognet. d. conſ. incip. quia ex ſerie. in cauſa Aemilianorum, col. 4. Iacob. Philip. Port. conſ. 8. in hac facti ſpecie, nu. 25. & 26. Matth. Gribald. conſ. 40. Anno Domini. nu. 8. idem Port. conſ. 55. ex hoc ſanè, nu. 72. conſ. 57. prima quidē facie, nu. 22. Sfort. Odd. Peruſinus in tractat. de compend. ſubſtit. partic. 5. art. 6. concl. prima, verſic. ſed retenta. fo. 70. & ead. part. 5. conclu. 3. verſi. retenta tamē, fol. 172. Marcus Antonius Zabar. conſ. 41. ſententiam, nu. primo, cum ſeq. Tiberius Decia. conſ. 42. iuri, & æquitati. nu. 6. verſic. ſed difficultatem, vbi de communi opin. omnium ſcribentium, in ipſamq; cōcurrere Doctores etiam gloſſæ opinionem tenentes, Nicol. Boer. deciſ. 155. Gaillardus, nu. 26. Doctores ſe ſubſcribentes ad additionem Soci. incip. alia conſideratione, quam fecit ad quoddam conſilium D. Antonij de Malegonellis, & ſubſcriptio incipit, communis, & ferè omnium, poſt nu. 3. de quo conſ. Dom. Antonij meminit Socinus in l. cum auus, nu. 26. & dicti Doctores ſunt videlicet, D. Coſmus Paſethus de Ferraria, D. Alexander Paltronus, & D. Petrus de Canonicis, ambo Bononiēſes, & ſequitur Io. Campeg. is etiam Bonon. in eius ſubſcr. incipien. viſo themate, nu. 1. quam fecit ad prędictum Domini Antonium Conſiliū, & ſubſcriptiones iſtæ habentur in lecturis

eiuſdem

eiuſdem Socini, in prima parte, in fine ſecundæ partis, ſuper Infortiato impreſſis, de anno 1572. Franciſ. Ripa de ſubſtitut. reſpon. 1. vt breuius, nu. 9. Marcus Antonius Natta conſ. 551. quoniam, nu. 7. verſic. his ſic cogitatis, lib. 3. Thob. Nonius, conſ. 31. viſis, nu. 13. vbi de communi, & conſ. 32. viſo, nu. 9. verſic. ſecundò reſpondetur, de communi etiam atteſtans, & q̃ coniecturis accedentibus, opinio affirmatiua clara ſit, & apud omnes decantata. Hippol. Riminaldus conſ. 21. Illuſtris Comes Franciſcus, nu. 57. conſ. 123. In hoc dubio, nu. 11. lib. 2. conſ. 456. Quoniam in principio, nu. 37. de indubitata concluſione atteſtans, lib. 4. conſ. 358. Quod ſuperioribus diebus, nu. 41. conſ. 476. Do. Sabbatinus, nu. 26. verſic. Quòd ſi velimus, eod. vol. conſ. 502. Poſtquàm conſului, nu. 14. lib. 5. conſ. 632. D. Raynerius. nu. 68. lib. 6. conſ. 651. D. Butrigellus, nu. 20. verſic. Quibus in locis, conſ. 661. Conſului iam, nu. 14. conſ. 669. Illuſtris Dominæ. nu. 17. d. lib. 6. Ioan. Cæphal. conſ. 9. bona præpoſituræ, nu. 14. lib. 1. dicens ita omnes ſentire in l. Centurio, vbi etiam citat Vbertinum Zuccar. in d. l. 1. C. de pact. nu. 85. & 86. conſ. 188. Dom. Ambroſius, nu. 8. conſ. 251. quoniam, nu. 73. & conſ. 252. ſcripſi, nu. 17. lib. 2. conſ. 383. viſo & perlecto, nu. 9. lib. 3. vbi plures allegat. & conſ 426 in facto proponitur, nu. 27. cõſ. 417. ſequor, nu. 15. eod. lib. 3. conſ. 588. teſtatrix. nu. 4. lib 4. Auguſt. Bero. conſ. 11. diligenter, nu. 18. conſ. 80. viſis, nu. 22. conſ. 104. in hac Lucenſi cauſa, nu. 12. verſic. tamen vbicunque, conſ. 110. materia præpoſitæ q. nu. 34. lib. 2. Marius Salamonius in l. Gallus. in princ. nu. 23. verſic. neque obſtat. ff. de lib. & poſthum. Iul. Clar. titu deteſtam. q. 77. verſic. aut verò aliqua ſubinde coniectura, vbi dicit eſſe communem opinio. & in practica obſeruandam: nec ab ea conſulendo, aut iudicando recedendum fore. dictus Tiberius Decianus de communi, conſ. 89. nu. 12. in fine, & 13. lib. 3. conſ. 44. nu. 8. eodem volum. Franciſcus Mant. in tract. de coniectu. vlt. volun. lib. 11. tit. 2. nu. 19. & ipſe communem opinio. eſſe dicens, Rolandus de Valle conſ. 51. viſo, ac diligẽter perlecto, col. 12. ante nu. 2. lib 3. conſ. 6. Magnificus D. Gabriel. nu. 29. lib. 4. rurſus Aym. Crau. conſ. inci. de anno 1513. fol. 65. verſic. itaque argumentum primum quod reddidit pro illuſtri Comite Iulio Seſſio, inter conſilia Frãciſ. Marza. & ipſe Marza. conſ. 8. cum ſubtiliter, fol. 91. verſic. ſed eſto, pro Domino Valerio de Biſſarijs, dicens omnes Modernos conſentire, & idem nouiſſimè teſtatur Iacob. Berret. conſ. 63. pro reſolutione dubiorum, nu. 8. ac etiam Petr. Greg. Tholo. in Syntagm. iuris, d. par. 3. de actionib. lib. 42. cap. 28. de fideicommiſ. ſubſtit. nu. 31. verſic. aut aliqua coniectura mentis. fol. 986. Franciſcus Turturellus conſ. 394. ſi eum textu, nu. 5. verſic. & eo fortius, inter conſilia Iacobi Menoch. lib. 4: poſt Dominos de Rota, vt per Puteum deciſ. 215. Nicol. de Paſijs, lib. 3. Anto. Auguſt. deciſ. 8. in fi. idem Menochius in tract. de prǽſum. in 2. par. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 25. verſic. Et hæc quidem, fol. 117. & conſ. 613. Reſpondendum videbatur, ante fin. lib. 7. Petr. Io. Anchar. q. 31. Inſtituerat Caius, nu. 2. li. 3. Antonin. Teſſaur. deciſ. 60. Teſtator inſtituit, nu. 3. Hieronym. Magonius, deciſ. 27. Celebris eſt, nu. 2. Franciſc. Burſat. conſ. 301. Non leuis difficultas, nu. 20. verſic. Attamẽ omnes, lib. 3. Achyl. Pedroc. conſ. 22. Punctus difficultatis, nu. 6. Hieronym. Herculan. in reſponſ. ſuper cauſa de Alexandris & Macchiauellis, nu. 110. fol. 42. Bonifac. Ruger. conſ. 38. Viſa prius citatione, ſub nu. 72. lib. 1. Pau. de Monte Pico, conſ. 96. In hac graui cauſa, nu. 60. Petr. Anton. de Petr. in tract. de fideicom. prohib. q. 9. nu. 160. verſic. & in effectu, & nu. 189. verſic. Octauo quæri poteſt, fol. 207. de communi opinione atteſtans, Mich. Craſſ. in eius tract. ſentent. §. fideicommiſſum, ſub num. 2. verſic. Et hoc quod ex coniecturis, Io. Pet. Bimius, conſ. 17. Maturè perpenſis, Vbertin. Zuccard. conſ. 71. Viſa ac benè intellecta, nu. 22. verſic. Nihilominus ſi ex coniecturis, Io. Vincent. Cerratus, ad conſilia Albę conſ. 464. verba teſtamenti, nu. 6. lib. 3. Marc. Anto. Eugen. conſ. 52. Vincentius Fulginas, nu. 30. verſic. Quia vbicunque, Sylueſter Aldobrandin. conſ. 29. Hieronymus Gentilis, nu. 46. Io. Franciſ. Purpur. conſ. 32. Viſo teſtamento condito. nu. 2. li. 1. conſ. 39. Videtur primo aſpectu, nu. 4. eod. vol.

Sed quòd ſtantibus coniecturis, non ſint vocati, Bero. conſ. 11. diligenter, col. 6. nu. 18. iunctis traditis, nu. 30. col. penul. li. 2. conſ. 84. cum ex facti ſerie, nu. 73. verſic. ſed præmiſſis, lib. 2. Claud. Seyſelli, in l. Centurio, col. 10. nu. 44. verſic. tamen quando de tacita mente. ff. de vulg. & pupil. And. Alciat. lib. 3. de verborum ſignif. fol. 132. dicens, quòd etiam ſi aliqua coniectura adſit, non tamen à verbis recedimus,

mus, & ſolum in conditione poſitos arbi-
tramur, ac quamplures coniecturas in So
cini reſponſis cõfutatas cerni poſſe, vt per
eum. Quicquid tamen pauci iſti dicant,
non eſt à prædicta communi opin. recedẽ-
dum, ex coniecturis (inquam) liberos po-
ſitos in conditione vocatos cenſeri.

2 Quales autem † debeant eſſe coniectu-
ræ, valdè etiam controuertitur, cũ nonnul
lorum decreto, ex expreſſis in teſtamento
debeant colligi, Socinus in d. l. cum auus.
in fine, & conſ. 116. in cauſa, col. 2. in prin
cipio, lib. 3. Alexand. conſ. 202. Viſo the-
mate, & dubijs, col. fi. poſt nu. 7. lib. 7. Pau.
de Caſtr. dicto conſ. 263. circa primum,
col. 2. in princ. li. 2. & Ludouicus de Sard.
in d. allegatione ante conſilium Caſtrenſis
impreſſa, ante fi. Corn. conſ. 186. de duo-
bus, nu. 5. lib. 2. Iacob. Mandel. conſ. 568.
Quæſtio mihi propoſita, nu. 17. lib. 4. &
conſ. 581. Verba ſubſtitutionis, nu. 6. eod.
vol. Decia. conſ. 44. Circa primum. nu. 11.
lib. 3. Pau. de Monte Pico, conſ. 99. Audi-
ta, nu. 68. verſic. Stat fixum. & quòd conie-
cturæ debeant eſſe efficaces, & colligi ex
expreſſis in teſtamento, ſæpè conſulendo
dixit Paris. ut conſ. 31. conſiderato primo
capite, nu. 10. conſ. 44. ſubſtitutio, nu. 25.
conſ. 74. circa, nu. 7. conſ. 78. in præſenti
cauſa, nu. 8. verſic. ad corroborationem,
libro ſecundo. idem Pariſ. conſ. 86. ad ve-
ram, nu. 20. verſic. & licèt, conſi. 87. vidi,
& legi, nu. 16. li. ſecundo. conſ. 63. D. Cor
nelius, nu. 17. lib. 3. Curt. iun. conſ. 16. vi-
detur prima facie, col. ſecunda. verſic. ſe-
cundum principalem concluſionem, Hie-
ronymus Torniel. conſ. 43. ad hoc, nu. 11.
vbi fundat eius ſententiam, nu. 14. verſic.
in ſumma, in communi opinio. inter conſ.
Portij, lib. primo. cui ſe ſubſcribit in hoc,
Decian. conſ. 44. quanquam putem, col. 1.
verſic. neque obſtat, eod. vol. Franc. Burſ.
de communi, & indubitata opi. atteſtans,
conſ. 64. ex codicillo, nu. 2. poſt Alciatum
conſ. 134. nu. 7. Riminald. conſ. 29. nu. 15.
libro primo. Auguſt. Bero. conſ. 81. an do-
mus, nu. 15. & conſ. 84. cum ex facti ſerie,
nu. 48. libro ſecundo, quos ibi citat, idem
Franciſcus Burſat. conſ. primo, non abeſt,
nu. 11. in fine, verſic. reſpondetur. rurſus
Berous conſ. 104. In hac Lucenſi cauſa,
nu. duodecimo. lib. ſecundo. Iacobus Me-
noch. conſ. 135. reſpondendum, num. 12.
verſic. & præterea, lib. ſecundo. idem Tibe
rius Decianus conſ. 26. Dubitatur ergò
ciſc. Aret. conſ. 159. Viſo puncto, col. fin. verſic. Quinimo. Ang. de Aret. poſt Io. de Plat. Inſtit. de legit. agna. tut. in princ. col. ſecunda, Soci. conſ. 31. Proſequendo, col. ſecunda, nu. 2. lib. 1. conſ. 28. Circa primã, col. 2. & 8. lib. 4. & in l. Gallus, §. nunc de lege. ad fin. de lib. & poſthu. & de commu ni opinio. quòd ab iſta vnica ratione, licèt nõ expreſſa, liceat arguere, atteſtatur Cur. iun. conſ. 87. Præſupponitur in facto, nu. 5. conſ. 150. Materia, col. 1. vbi magis cõmunem & veram opi. eſſe dicit Dec. conſ. 15. Et pro tenui. col. 2. verſic. teſtator ergo. conſ. 270. D. Raynaldus, col. 2. nu. 3. & conſ. 372. Viſis, col. 2. nu. 4. verſic. Tamen, Ang. conſ. 221. Circumſcripto dicto ſtatu to, col. 1. conſ. 104. Statuto cõmunis, col. ſecunda, conſ. 105. Statuto cauetur, col. 2. Cardin. conſ. 60. Pro examinatione puncti, col. fi. Lauren. Calca. conſ. 48. Viſo dicto caſu. Alex. conſ. 20. Viſo proceſſu cauſæ, nu. 2. lib. 1. conſ. 101. Super eo. col. pen. nu. 14. verſic. Accedit etiam, lib. 3. Alber. Brun. in 3. & 4. artic. Georg. Nat. in prima quæſt. ante num. ſecundũ. Ioan. Campeg. q. 6. nu. 44. Laur. de Palat. in princ. col. 2. nu. 7. verſic. Quorum ſtatuentium. in trac. quòd ſtantibus maſcul. Curt. ſen. conſ. 9. Ticinenſi ſtatuto, col. 5. nu. 18. cum ſeq.

Et quamuis multi ſenſerint, quòd ab iſta ratione tanquàm non expreſſa in ſtatu to, argui non poſſit, vt per Bald. in d. l. libe rorum. col. 8. verſic. His præmiſſis, quem ſe quitur Alex. conſ. 16. Viſo titulo q. col. 1. conſ. 131. Trãſmiſſum eſt, col. 2. lib. 1. Lap. allegat. 101. In ciuitate Florentina, col. 5. Alex. conſ. 55. Conſideratis verbis, col. 4. nu. 8. verſic. Nec obſtat. conſ. 80. Viſo, col. 4. nu. 8. verſic. Rurſus dixit Barto. d. lib. 1. Ioan. de Imo. in d. l. ſi vero, §. de viro. ad fi. Bal. in l. ſi defunctus, col. fin. nu. 8. verſic. Quæro ergo. C. de ſuis & legit. Pet. de Anchar. in clem. 1. de baptiſ. Franciſ. Aretin. conſ. 27. Proponitur ex facto, col. pen. adhuc Alex. conſ. 97. Viſo themate ſupraſcri pto, in fi. nu. 12. verſic. Nec obſtat. lib. 2. conſ. 85. Animaduerſis optime, col. vlt. nu. 17. li. 4. Dec. ſibi contrarius, conſ. 461. Præſens conſultatio. in princ. conſ. 553. In ciuitate Lucana, col. 2. nu. 5. verſic. Nec in tali; conſ. 569. Concluſionem, col. fin. nu. 2. verſic. Nec obſtat, conſ. 679. Viſo ele ganti, col. 2. nu. 5. verſic. Primò circa rationem. Hieronym. Grat. conſ. 26. Videtur, nu. 30. Non eſt propterea à priori ſententia recedendum tanquam magis communi, & vltra præcitatos, idem dicunt Rol. de Val. conſ. 55. Statuto cauetur, nu. 22. vbi de magis communi, lib. 1. Corn. conſ. 127. Viſo ſupraſcripto, nu. 2. li. 1. idem Hie nym. Grat. conſ. 43. Tria, nu. 19. lib. 1.

Sed ſuſtinendo contrarium, poſſet primæ huic rationi multipliciter reſponderi.
8 Primò, ſtatutum illud † de quo Bart. in dicta l. liberorum, & in d. §. videndum. meminit expreſsè caput fœminarum contine re excluſiuum, diſponendo maſculis exiſtentibus fœminas non ſuccedere, vt ex ver bis demonſtratur: vocantur enim maſculi tanquam habentes potentius ius, ob familiæ conſeruationem & agnationis fauo rem, iſtamque rationem, communiter ex prędictis, ſtatuentes ad ita ſtatuendum induxiſſe, oſtenditur, in his vero terminis fœminæ non expreſsè excluduntur, ac nuncupatim: ceſſatq; illa vnica agnationis cõ ſeruandæ ratio, nam vltra proceſſiſſet, ſi ip ſam rationem mente reuoluiſſet: ſatis autem habuit, ſubſtitutum propter maſculos excludi: cumque maſculorum exiſten tia ſubſtitutio expirauit, teſtator ſiluit, cu
9 ius intentio retenta, † ex verbis neceſſario in diſpoſitionem non prodiens, minime attenditur. l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſtit. ita dicunt Socin. d. conſ. 116. In cauſa, col. 6. nu. 3. Pàriſ. conſ. 86. Ad verã, nu. 30. lib. 2. Franciſ. Rip. in d. l. centurio, nu. 162. Soc. iun. conſ. 118. Propoſita difficultas, col. 5. lib. 1. conſ. 177. Reſolutio, col. antepen. nu. 17. lib. 2. reliquit enim in arbitrio filiorum liberam teſtandi facultatem, de ipſorum prudentia cõfidens, propter affectionem, quam communiter om nes habent ad filios, iuxta commune vo
10 tum † parẽtum. l. ſcripto. in fi. ff. unde lib. & idem dicit Hieronym. Cagnol. in d. l. 1. ante nu. 52.

Secundò reſpondetur ex mente Alex. conſ. 185. Viſo titulo quæſtionis, nu. 19. verſic. Octauò nõ obſtat, li. 2. ablatiuos ab
11 ſolutos † inducere diſpoſitionem, qñ verba executiua per ablatiuum importata, ad eum qui vult agere ex illa diſpoſitione referuntur. l. fideicommiſſa, §. cum eſſet, de leg. 3. aliàs ſecus, ſecundum Bald. in rubr. de inſtit. & ſubſti. ad fin. Vel quia ablatiui faciunt diſpoſitionem, quando important executionem circa rem, in qua inducitur fideicommiſſum, ſecus quando denominationem quandam perſonæ conditionaliter prolatæ inducunt, vt in caſu noſtro, allegat Alex. notata per Bar. in l. à teſtatore, ff. de condit. & demon.

Præterea ſecundum eundem Alexan.

verba illa, ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſti-
tuo: nihil important à contrario ſenſu, niſi
quòd liberis non extantibus non ſubſti-
tuo. Vel quartò, differentiam eſſe inter
caſum, quando verba proferuntur condi-
tionaliter, ſine ablatiuis; & caſum, quan-
do verba proſeruntur, conditionaliter, per
verba abſoluta, allegat no. per Bar. in l. ex
hac ſcriptura. de donat. iſtudque melius
probatur ſecundum Ruin. ex no. per Pau.
de Caſt. in l. in ratione, §. tametſi. ad l. Falc.
vbi dicit, quòd licèt ablatiui abſoluti in-
ducant conditionem, aliquando tamen ac
cedunt ad naturam diſpoſitionis, & pluſ-
quàm dictio, ſi, l. demonſtratio falſa. ante
fin. de condit. & demonſtr. quod dicit eſſe
notandum.

Vlterius dici poteſt, ſecũdum eundem
Alex. ad allegata per Bart. in contrarium,
quòd in caſu Bart. non poterant intelligi
verba à ſtatuto prolata, contemplatione
maſculorum, niſi concedatur, quòd extan
tibus agnatis maſculis, agnati ſuccedant,
in caſu quo ſtatutum loquitur: in quæſtio-
ne autem noſtra non poſſunt intelligi ver-
ba prolata fauore filiorum poſitorum in
conditione, abſque eo quòd ipſi ſuccedãt
per fideicommiſſum, & ex teſtamẽto: poſ
ſunt enim importare, importãtque quòd
patri grauato ſolum ſuccedant ab inteſta-
to, vt dicit glo. in d. l. Lucius. Vel ex inten
tione Pau. de Caſt. conſ. 359. Supraſcri-
ptus D. Conſultor. ante nu. 2. lib. 2. relati
per Ruin. poteſt reſponderi: nam poſtquã
Caſtren. concluſit, quòd filij in conditione
poſiti, non dicuntur ex teſtamento vocati,
ex no. in d. l. Lucius. ſubiungit, non obſta-
re notata per Barto. in l. 2. §. videndum. ad
Tertul. tanquàm diuerſus ſit caſus.

Nam aliud eſt aliquem, vel aliquam ex
cludere, ſi tales extant, puta extantibus
agnatis mater excludatur: tuncque agnati
qui ponuntur in conditione affirmatiuè,
videntur vocati, & ſic loquitur Bart. quia
fruſtratoria eſſet excluſio matris, ſi agnati
non eſſent vocati, nam poſſent ſubeſſe co-
gnati propinquiores, quàm agnati, qui ex
cluſa matre vocarentur, ſicque excluſio
matris quæ fieret propter agnatos, & eorũ
contemplatione, alijs quàm agnatis pro-
12 deſſet, quod eſſe † non debet, l. ſeruo lega-
to. §. ſi teſtator. de lega. 2. l. fideicommiſſa.
§. interdum. de lega. 3. Aliud eſt, quẽ poſt
mortem alicuius vocare, ſi ex illo non exta
bunt liberi, & ſic liberi ponuntur in condi
tione negatiuè, quo caſu liberi ſi extant,
non cenſentur vocati, ſed faciunt alterius
vocationem deficere, tùm quia liberis il-
lis aliter prouidetur, cùm vocari poſſint
ab inteſtato ad bona, de quibus agitur, vt
13 no. glo. in d. l. Lucius. & in cauſa † inteſta-
ti, non eſt alios potiores dare, quàm ſint li
beri, authen. in ſucceſſione. C. de legitim.
hæred. & in corpore vnde ſumitur: tùm
etiam, quia quando ponuntur negatiue, ſi
non extiterint, & ipſi extant, tunc non ex-
tat conditio expreſſa à teſtatore, vel à ſta-
tuto, ſed extat conditio contraria expreſ-
ſæ. Sed quando ponuntur affirmatiuè,
puta quòd extantibus agnatis mater non
ſuccedat, tunc ſi extant, dicitur extare con
ditio expreſſa à ſtatuto, quæ debet eſſe for
tioris naturæ, quàm eius contraria non ex
preſſa, cum argumentum à contrario ſen-
ſu non ſemper ſit validum. l. 3. C. de con-
14 dit. inſert. Sed ab expreſſis verbis, † ſem-
per eſt validum, l. 1. §. ſi is qui nauem. de
exercit. & l. proſpexit. qui & à quibus. ha-
ctenus Caſtrenſis: & cum hac reſponſione
tranſit Vbertin. Zuccard. in d. l. 1. ante nu.
88. eſſet enim in propoſito, argumentum
à contrario ſenſu ſumere, ad diſpoſitionẽ
inducendam, per verba cõditionalia, quæ
regulariter etiã in ſenſu directo non diſpo
nunt, d. l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis
omiſ. cau. teſtam. quod in abſurdum ſonat
15 quia argumentum † à contrario ſenſu, ex
cõiectura procedit. l. apud antiquos. C. de
furt. & non diſponit, vt no. in l. 1. de offic.
eius. nec verba conditionalia diſponunt,
ergo multo minus, vbi ſunt conditionalia
ipſa verba, & diſpoſitio à contrario ſenſu
reſultaret. Sed iſto caſu verba conditio-
naſia negatiuè ſunt concepta, ſi ſine filijs
maſculis deceſſerit, & ſic diſponunt maſcu
lis non extantibus in conditione poſitis:
modo ſi volumus, quòd in caſu quo extẽt
maſculi ſint uocati, duo concurrerent con
tra iuris regulas. Primum quòd verba con
ditionalia diſponerent, ſecundum quòd
diſponerent à contrario ſenſu, quæ non
16 ſunt admittenda, argu. l. 1. C. de dot. pro-
miſſ. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. iſta
autem non concurrunt in caſu Bartoli;
Tertium quoque concurreret ſecundum
Caſtrenſem, cùm argumentum iſtud ſu-
meretur ex verbis priuatiuis, & negatiuis,
17 in quibus † minime admittitur. Bal. in d.
l. 2. num. 3. C. de condit. inſert. & ita Hier.
Grat. cõſ. 3. Viſis capitulis, nu. 22. lib. pri-
mo, iſtam differentiam exaggerabat, quia
18 ex diſpoſitionibus † priuatiuis non reſul-
tat habitus, l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. itẽ
ex diſpoſitionibus negatiuis non reſulrat
affir-

19 affirmatio. † l. Titia. §. 3. ff. de manumiſ.
teſtam.
20 Poſſet etiam † in via diſputatiua nega-
ri, rationem ſtatuti excludentis fœminas
exiſtentibus maſculis fuiſſe, vt bona in a-
gnatione conſeruentur,& tanquam vnam
nec expreſſam, poſſe ab ea argumentari, &
vltra authoritates Doctorum contrarium
tenentium,faciunt plures rationes traditę
per Lap. alleg. 101. In ciuitate Florentię.
licèt Alber. Brun. illas conetur in d.trac.ꝗ
ſtantib. maſcu. 3. arti. nu. 13. cum ſeq. ſub-
uertere. Sed iudicando, & conſulendo
non eſt ab opin. Iac. de Are. Io. And. Cyn.
& aliorum tanquàm magis communi, re-
cedendum, vt deſuper dictum extitit.
Aliter ab abſurdo, reſpondet Lud. Go-
zad. conſ. 104. In hac cauſa. ante nu. 27. &
conſ. 29. Videtur. col. fin. in prin. ver. Non
obſtat vltimum, quòd attenta ratione, de
qua per Bar. in d. l. 2. §. videndum. circa ſta
tutum, ſtantibus maſculis, fœminæ non
ſuccedant. ſequeretur, quòd ſemper filij
poſiti in conditione (cùm ipſis exiſtenti-
bus voluerit ſubſtitutum excludi) eſſent
vocati, quod ſecundum magis communẽ
opinionem glo. d. l. Lucius. abſonum re-
manet. Præterea Vbert. Zuccard. dice-
bat, quòd non ſequitur, verba conditiona-
lia quandoque diſponunt, ergo debent in
hoc caſu diſponere, ſecundum glo. fin. in
l. Labeo. ff. de pact. Et quia particularia
21 non † trahuntur ad cõſequentiam, l. quod
vero. & l. ſequ. ff. de ll. Denique dicta per
Bar. in d. l. liberorum. & in d. l. 2. §. viden-
dum. loquuntur in priuatione quæ fit à le
ge, ſecus vero in ea quæ fit à teſtatore, vt
diſtinxit Barto. relatus per eundem Zuc-
card. in d. l. 1. ante nu. 86. ver. Non obſtat
itaque. & vide reſponſiones quas affert.
Bertran. d. conſ. 250. Addendo illis. nu. 6.
vſque ad nu. 9. ad confirmationem hic ex-
preſſarum. in ſecunda par. lib. 3.
Secundo ex Decij fundamento, quod
ſolidum ſemper fuit arbitratus, cum in ca
ſu gloſſę d. l. Lucius. licet in conditione po
ſiti, tantum ab inteſtato veniant, cum eis
filiæ admittuntur, d. l. maximum vitium. &
in Auth. de hære. ab inteſt. ven. in prin. l. le
ge xij. tabularum. C. de legit. hær. nec te-
ſtantis voluntas læditur, ſed potius fulci-
tur: at cum à ſtatuto, vel à teſtatore maſcu
li ſolum vocantur, & non fœminæ, non po
teſt dici voluiſſe eis ius ab inteſtato ſucceſ
ſionis reſeruare: in via enim inteſtati, fœ-
minæ non excluduntur. eſſet itaque con-
tra mentem teſtatoris, qui de fęminis non
curauit, dicere maſculos non cenſeri voca
tos, ſed fęminas cũ illis admittendas fore.
Nec repugnat dicere, expreſſionem ma
ſculorum, vt tacite inerat factã videri, per
22 viam ab inteſtato ſucceſſionis, expreſſio-
nemq́ue iſto caſu nihil operari, l. 3. ff. de
leg. 1. nam ex eodem Dec. d. conſ. 574. In
cauſa. nu. 8. in fi. reſpondetur, videri hic ex
preſſionem aliter factam quàm tacitè ineſ-
ſet: ſolum enim fuit de maſculis expreſ-
ſum à teſtatore, & de ipſis ac de fęminis ta
citè, vt ab inteſtato ſuccederent intellige-
batur. vnde iſta limitata expreſſio maſcu-
lorum, debet aliquid operari, adeo quòd
ex tali expreſſione, neceſſarium ſit fateri,
maſculos incluſos, fœminas vero ex teſta-
mento, in quo hoc diſponitur, excluſas
cenſeri, vt verba aliquid operentur. l. ſi
quando. de leg. 1.
Decij tamen hæc ratio, originaliter ve-
ro Socini, d. conſ. 116. col. 5. ſubuertitur,
cum vt Pariſ. d. conſ. 86. col. 6. nu. 31. poſt
eundem Soc. admonet, veritati obſiſtat, cõ
tra teſtatoris uoluntatem fœminas admit-
ti: ſuccedunt enim maſculi ſecundum vo
luntatem ſubſtituto excluſo, & cum ijs fę-
minæ ſimul, beneficio maſculorum, arg. l.
2. §. ſi ſit agnatus. ff. ad Tertul. vbi ſoror a-
23 lias † excluſa, matre ſublata, illa exiſtente,
cum ea admittitur, vt per Fran. Are. d. cõſ.
27. Proponitur. & conſ. 159. Viſo puncto,
col. 4. ver. & primo quia.
Nec eiuſdem Decij ſubſiſtit aſſertio, ma
ſculos ad fœminarum excluſionem voca-
tos nõ eſſe, ſed ad excluſionẽ ſubſtituti, vt
verba indicant. maſculi itaque ſubſtitutũ,
item fœminas excluderent, ſi id facere gra
uans voluiſſet, quod ſi facere neglexerit, ſe
cundum iuris communis diſpoſitionem
ſuccedent tunc maſculi, & cum ijs fęminæ,
ipſorum, vt dixi, fauore: idq́ue ſibi volue-
runt Socin. iun. d. conſ. 128. col. 5. & Lud.
Gozad. conſ fin. quod eſt ſecundum ordi-
nem, 104. col. vlt. ante n. 27. & poſt Carol.
Ruin. Hieron. Cagn. in d. l. 1. nu. 52. ver. Se
cundo non obſtat. Pariſ. conſ. 44. Subſtitu
tio fideicommiſſaria, col. 2. num. 12. lib. 2.
poſt Pau. de Caſt. in l. 1. C. de conditio. in-
ſert. per illum text. Abbatem, & Canoniſt.
in cap. Raynaldus. in ver. Filios maſculos.
ext. de teſtam. hancq́ue reſponſionem ad-
mittit etiam Zuccar. in d. l. 1. ante nu. 88.
verſic. Non obſtat tertio. Nam uidemus
24 etiam † emancipatum exhæredatum, an-
nullato teſtamento propter filium in pote
ſtate præteritum, ſuccedere eius beneficio
ſimul cum eo ab inteſtato. l. fi. in fi. ff. ſi tab.

teſta.nul.extab.ſicut videmus, quod matre
propter filium excludenda ex cenſura mu
25 nicipali, † ſi cum ea concurrat ſoror, quæ
de iure communi excludit patruum, auth.
defuncto. C. ad Tertul. ipſo patruo exclu-
ſo propter ſororem, ſuccedet etiã ipſa ma-
ter æqualiter cum ſorore, vt per Alexan. &
Cor. in l. illam. C. de coll. Cor. in l. ſi quis.
C. ad Tert. Pet. de Anch. in c. canonum ſta
tuta. de conſt. Soc. conſ. 207. In cauſa. poſt
nu. 8. & ante fi. lib. 2. Dec. conſ. 71. In caſu.
nu. 1. & 2. Rui. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. nu. 98. ff. de lib. & poſthu. & licèt ali-
quę deciſiones videantur contradicere, ta
men ſecundum Zuccar. loquuntur, quan-
do ipſæ non admittebantur æqualiter de
iure communi, & iſti duo caſus, vt diuerſi
à Doctoribus ſunt conſiderati.
Aliam inſuper ex Caro. Rui. conſ. 134.
Circa caſum. poſt nu. 6. & d. conſ. 141. Vi-
ſo teſtamẽto, col. antep. nu. 13. verſic. Nec
obſtat. lib. 3. ſolutionem afferre poſſumus,
26 quòd illa conditio, † ſi quis deceſſerit ſine
filijs, deficit per ſuperexiſtentiam filiorũ,
quamuis filij in quorum fauorem appoſi-
ta eſt conditio, non ſint hæredes grauati
ex teſtamento, vel ab inteſtato, puta quia
ſint exhæredati. l. filiusfamilias. §. cũ quis.
& ibi no. per glo. & Bar. de leg. 1. & in l. ex
27 facto. §. fi. ad Treb. quia in † conditionib.
merum attenditur factum, l. qui hæredi, in
prin. & l. Mæuius, de condi. & dem. atten-
diturq́ue dicto caſu potentia ſolum ſucce-
dendi, non autem actus ſucceſſionis, vt tra
ditur in dictis locis, & in Commentarijs
ad l. cum auus. aliquando dixi. ſi ergo fi-
lius poſitus in conditione facit illam defi-
cere, quando non eſt, vel eſſe nequit in to
tum, nec in partem hæres grauati, multo
magis deficere debet conditio, quando
ſuccedit ab inteſtato pro parte cum filia-
bus: nec inconuenit (vt eſt dictum) quòd
inſimul ſuccedant ab inteſtato fęminæ be
neficio maſculorum, licet excluderentur,
ſi maſculi non extarent, arg. l. ſi poſt mor-
tem. §. fi. de bo. poſſ. contra tab.
28 Tertio, nam cum aliquis † à lucro alte-
rius contemplatione remouetur, illi per-
ſonæ lucrum applicatur, cuius intuitu fit
diſpoſitio, lucrumq́ue aufertur. l. poſt lega
tum. §. amittere. ff. de his quib. vt indign. l.
ſi legatarius, quæ eſt pen. vbi omnes not.
C. de legat. l. 2. §. ſi duo emancipati, & ibi
Bar. ff. de coll. bon. l. ſi defunctus. & ibi no.
Bal. C. de ſuis & leg. & tradit Bar. ĩ l. vxorẽ.
§. hæres per illum tex. nu. 1. de lega. 3. & in
d. l. 2. §. videndum. poſt nu. 2. verſic. præte-
rea. ff. ad Tertul. in d. l. liberorum, col. pen.
poſt nu. 16. verſic. Pone exemplum. ff. de
verb. ſign. & in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator.
vbi Iaſ. in 2. not. de leg. 1. gl. in c. ſi diligen-
ti. in verb. perdant. il 2. de foro competen.
in cap. quia clerici. in glo. fin. de iur. patr.
Bal. in l. maximum vitium. col. 1. C. de lib.
præt. in l. vnica. nu. 43. C. de his, quæ pœn.
nom. Alberic. in l. 1. nu. 3. C. de cond. in-
ſer. Lud. Rom. in l. 1. col. antep. ver. Quid
quando, & iterum. col. fin. ver. ſed reg. eſt.
C. quando non petent. par. & conſ. 32. Vi-
ſa municipali, col. 2. verſic. Itẽ ſi qua perſo
na, Fran. Aret. conſ. 159. Viſo puncto. col.
2. ver. Præterea confirmatur, Fel. in c. qua-
liter. il 2. §. ad corrigendos. col. 3. in princ.
ante nu. 23. verſic. Et adde, de accuſ. Alex.
conſ. 138. Oportune. conſideratis his, col.
fi. lib. 1. Socin. conſ. 5. Pręſens conſultatio.
col. 2. nu. 7. verſic. Quinto probatur. lib. 1.
conſ. 241. Circa ptimam difficultatẽ, col.
12. nu. 10. verſ. Secundo quia quando, vbi
plurib. comprobat. lib. 2. Dec. conſ. 584.
Viſa prohibitione. col. 2. nu. 4. verſic. Præ-
terea dicit Bar. Ant. Rub. conſ. 122. Pręſup
ponitur. col. 2. nu. 3. Cur. iun. conſ. 87. Prę
ſupponitur in facto, nu. 4. Carol. Rui. cõſ.
107. Ex omni. col. 7. nu. 10. lib. 3.
Fundamentum iſtud, Soc. ac Dec. ſen-
tentiam confirmans, duplici reſponſione
ex Vber. Zuccar. in d. l. 1. nu. 85. & 89. de-
29 ſtruitur; ipſum etenim procederet † in le-
gis diſpoſitione, ſecus in vltimis hominũ
elogijs, Bar. in d. l. vxorem. §. hæres. col. 1.
circa med. verſ. Reſponde ad contraria. de
leg. 3. in l. paterfamilias, in fin. nu. 7. verſic.
ſed tunc quæro. ff. de hęred. inſtituen. Bal.
in auth. cui relictum. col. 2. poſt nu. 10. ver
ſic. Extra quæro. C. de indic. vid. Ludouic.
Roma. ſing. 699. Regula eſt, verſic. Hoc ta-
men intellige. dicens eſſe text. cum gl. in
d. l. vxorem. §. hæres. cuius primus inuctor
fuit Iacob. de Arena. Alex. d. conſ. 138. O-
portunè. col. fi. lib. 1. Ioan. de Anan. conſ.
68. Viſo ſtatuto. in fi. nu. 2. verſ. Præterea
illud. Iaſ. in l. 1. nu. 4. in fi. ff. de his quib. vt
indign. Hier. Grat. conſ. 3. Viſis capitulis.
nu. 19. li. 1. Caro. Ruin. conſ. 129. Viſo. ac
perlecto, col. pen. nu. 10. lib. 3. Aym. Crau.
conſ. 311. Magdalena, propè fi. poſt nu. 2.
30 Verum † cum d. l. vxorem. §. hæres, de
leg. 3. non probet id, pro quo allegatur, nõ
eſt huic reſponſioni inhærendum: nam vt
gloſ. inquit huiuſmodi grauamen de ado-
ptando, erat contra bonos mores, vel con-
tra ius; aut ſecundum Raph. Cuman. in l.
quidam cum filium. col. 4. ff. de verb. obli.

in d.tex.grauamen erat inutile,ratione in
extimabilitatis: onus enim illud adoptan
di proportionabile relicto minimè vide-
batur.arg.l.planè.ij.§.fi.& l.ſeq.& l.filiuſ-
fam.§.ſecundum vulgarem.ff.de legat.1.
item propter incertitudinem perſonæ,cui
illud fideicommiſſum debebat relinqui,
cum teſtator ibì hoc non declarauerit,vel
ſecnndum Pau.de Caſt.in d.l.quidam cũ
filium.col.4.nu.7. quod quis non poteſt
ſe obligare ad recipiendum aliquem in fi-
lium adoptiuum, vt ibi, quia tunc quis in
plus aſtringeretur, propter patriam pote-
ſtatem.ſi autem ipſum ſponte adoptat,be
ne poteſt ſe obligare ad eum tractandum
vt filinm: ſic enim facere teneretur, licet
ſe non obligaret, quia ius ipſum obligat,
vt habetur in ver.ſeq.quemadmodum ci-
uitas poteſt ſe obligare ad tractandum ali
quem vt ciuem, licèt per hoc non efficia-
31 tur ciuis,cum aliud ſit eſſe ciuem, † aliud
debere tractari vt ciuem,vt no.in l. ſi mari
tus.ff.de adul. per Bar.in verſic.ſed videa-
mus. Vel tertio ſecundum Bal. in l.vnica
in 7.oppoſ.C.de his quę pœn.nom.quòd
ideo in d.§.hæres.vbi teſtator præcipit ali
quem adoptari ſub pœna,non tenet adie-
32 ctio pœnæ, quia ibi teſtator † mandauit,
quòd mandare non potuit: erat enim me-
ri, & mixti imperij, voluntariæq́ue iuriſdi
ctionis, vnde pœnæ non poſſunt imponi,
niſi præceptum ſit de re familiari, quod
Bald.menti tenendum arbitratur; & cum
iſtis ſolutionibus tranſeunt Iaſ.in d.l. qui
dam cum filium.nu.8.in 4.notab.nec tex.
dicit, cui debeat applicari illud fideicom-
miſſum,& videtur quòd nulli: cum enim
grauamen non tenuerit, habetur pro non
ſcripto,& ſic uidetur Bart.ſummare illum
text.& conſequenter ille hæres non priua
bitur, ſi non adoptet, cum grauamen non
teneat, ſecundum Ludou.Gome. in §.ſu-
pereſt,nu.21.Inſt.de act.rationem Bal.ma
gis communiter approbari aſſerentem.

Et ideo Vber.Zuccar.d.nu.89. alia re-
ſponſione, hanc euitare rationem nititur,
33 negando † fideicommiſſarij excluſionem,
maſculorum filiorum fieri fauore, ſed vt
ab inteſtato ſit locus ſucceſſioni, dicta l.
Lucius, in fi. Verum vt Recent.Peruſ.con
ſiderant,non eſt, quòd de hac poſteriori
reſponſione Vbert. Zuccard.gloriari poſ-
ſit, cum ex d.l. Lucius. fideicommiſſa-
rium fauore filiorum in conditione poſi-
torum excludi manifeſtetur; non enim,
inquit, fratrem ſolum prętulit ſubſtitu-
to, ſed & eius liberos. quod an verum
ſit, ex deſuper traditis liquere poterit.

Proinde Hieronym. Cagnol. in d.l.1.
nu.52.verſic.Ad quintũ, aſſerebat, in hac
ſubſtitutionis materia, illud commodum
maſculis ab inteſtato applicari, reſeruato
iure legitimæ ſucceſſionis patri inſtituto,
d.l.Lucius.cum gloſ.alias eueniret, quòd
facta alicui ſubſtitutione, ſi ſine liberis de-
ceſſerit, filijs ſuperſtitib. quornm intuitu
facta eſt ſubſtitutio, & ſubſtitntus exclu-
ſus, determinatè liberis indiſtinctè hære-
ditas applicaretur, contra communem, i-
mò communiorem ſententiam, ſecundũ
quam ab inteſtato liberi vocantur.

34 Altera ſuperiori contraria eſt opin. † ꝙ
poſiti in conditione non obſtante maſculi
nitatis expreſſione, vocati minimè cenſeã
tur, & Socin. Dec. ac cæteris reluctantur
Ioan.And.in addit.ad Specu.tit. de teſta.
§.in primis.Oldrad.d.conſ.21. Thema ta-
le eſt.ante fi.nu. 2.verſ.Et quia.Alexan.cõ
ſil.105. Perſpectis verbis. nu.4. cum ſeq.
lib.1.conſ.185.Viſo titulo quęſtionis. nu.
17.& 25.lib.2.conſ.24. Attentis his. col.
3.nu.6.verſic. nec dicatur. conſ.32. Viſo
proceſſu,ante & poſt nu.3.lib.3.conſ.139.
Circa primum dubium. nu.8.lib.6. conſ.
202.Viſo themate.nu.7.lib.7.Raph. Cu-
man. conſ.122. Gerardus. col.1. Bened.
Cap.cõſ.2.Cùm viſo.col.10.nu.23. Cor.
conſ.207.De pluribus hæreditatib.col.1.
nu.5.lib.2.conſ.1.In præſenti ardua.in 2.
dub.nu.20.& 21.lib.3.Socin.conſ.62. Vi
ſo capitulo.col.fin.poſt nu.10.verſic.Nec
obſtare.conſ.116.nu.5.& conſ.104.Quo-
niam.ante nu.10.lib.3.Lud.Gozad.conſ.
104.In hac cauſa.nu.8.verſ.Quod eſt.Ber
tran.conſ.250. Addendo illis. nu.6. in 2.
par.lib.3.conſ.223.Ponitur in facto. col.
4.nu.14.ver.Et procedit, in 1.par.libr.2.
conſ.136.Eo caſu. nu.4. lib.6. conſ.497.
Miror.col.pe.verſic. Verũ eſt.& conſ.503.
Viſa teſtamentaria diſpoſitione. ante nu.
5.col.6.lib.4.Decius ſibi parum conſtans,
conſ.287.In cinitate Placentiæ. nu.7. vſ-
que ad nu.11.Iaſ.conſ.89.Ad conſultatio
nem. col.1. & 2.verſic.Vnde aduertendũ.
lib.1.conſ.143.Iſta quæſtio.col.4.nu.4.li.
2. Ampliſſimus Senatus Delphinalis, vt
per Guid.Papæ.d.deciſ.184.In illa q.an-
te nu.3.vbi poſtquàm eius opinionem cõ-
probauit, contrarium tamen, inquit, fuit
deciſum,quemadmodum legitur apud eũ
dem, deciſ.600.Item circa teſtamentum,
vbi dicit, quòd licet inter Dominos Par-
lamenti ipſe opinando in medium attule-
rit iura, & rationes in contrarium,de qui-

 bus

bus plenè tetigit in d.q.184. tamen maior pars Dominorum qui in reuiſione proceſſus interfuerunt, per illud verbum, maſculis, non poſſe mentem teſtatoris coniecturari, quòd voluerit filios ſuos admitti ex teſtamento ad hæreditatem, ſed iſta verba magis conditionem operari, quàm diſpoſitionem teſtamentariam, iuxt. commun. opin. d.gl. in l. Lucius. concluſerunt. hactenus Guid. Papæ: vt non immeritò videatur per aliquos ſæpè enunciari, parum eſſe curandum de dicta deciſione, cùm ſententiã in contrarium reportauerit, vt ipſemet atteſtatur, & inter cęteros ad debilitandũ Dec. & Guid. Papę opin. ſic dixiſſe reperio Hieronym. Grat. d. conſ. 3. Viſis capitulis. nu. 31. lib. 1. licet dixerit tandem, vt ſupra retuli, opinionem contrariam non eſſe falſam. Cur. ſen. conſ. 42. Teſtator Auguſtinus. nu. 22. cum ſeq. & nu. 8. conſ. 63. Antiquiſſima & nobiliſſima familia. nu. 2. Caro. Ruin. ſecundum ſuam conſcientiam reſpondens, conſ. 181. Viſis conſilijs. nu. 10. vbi latè diſputando, iſtam partem tuetur, lib. 2. dicens, quòd ita iudicaret, conſ. 141. Viſo teſtamento, nu. 11. lib. 3. And. Alcia. cõſ. 35. Eſt diffusè. nu. 12. conſ. 117. Frequenter, poſt nu. 12. lib. 9. coniecturam iſtam fragilem eſſe, & aliàs ab ipſo reprobatam inquiens. Socin. iun. conſ. 11. nu. 31. in fi. & 32. conſ. 118. Propoſita difficultas, col. 4. nu. 15. ver. Et quantum ad primam. lib. 1. vbi de communi opin. contra Guid. Papæ, & eius ſectatores atteſtatur, objiciens dictam deciſionem Parlamenti Delphinalis, & animaduertens, quòd plures ex Doctoribus tenentibus communẽ opin. gl. loquuntur in caſu, quo dictum fuerat, ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, referens ſex in propoſito Doctores ita cõſulentes. idem Socin. iun. conſ. 177. Reſolutio. nu. 10. & ſequen. lib. 2. vbi idem dicit, latius diſcutiendo materiam, Par. cõſ. 31. Conſiderato primo capite. nu. 22. dicens communem opin. ſe habere contra Guid. Papæ, & non immeritò eundem dicere, ſe nunquàm in practica potuiſſe obtinere, quòd dicta qualitas, maſculis, importaret diſpoſitionem, & conſ. 44. Subſtitutio fideicõmiſſaria. nu. 11. verſic. & ſi dicatur, vbi de communi opin. atteſtatur, & nu. 13. ſubdens, vtroque caſu, ſiue qualitas maſculina adijciatur, ſiue non, vigere rationes, & fundamenta adducta pro dicta gl. l. Lucius. & pro communi ſententia, & etiam infinitas eſſe deciſiones, loquentes de filijs poſitis in conditione cum qualitate maſculorum, & non proinde cenſeri vocatos, ſicque grauari potuiſſe, conſ. 86. Ad veram reſolutionem. nu. 16. & 17. vbi idẽ dicit, & conſ. 87. Vidi & legi. nu. 28. verſic. Hæc coniectura. & 32. verſic. & diſpoſitio non reperiri iure cautum atteſtans, lib. 2. idem Pariſ. cõſ. 14. Petrus iſte Boſcherius, nu. 20. cum ſeq. lib. 3. dicẽs nu. 23. opinionem Guid. Papæ non eſſe veram, nec modo aliquo procedere, per communes concluſiones, & deciſiones, ibi ſuperius allegatas, rationem inſuper reddens. Gerar. Mazzol. conſ. 2. Philippus teſtator, nu. 40. Guald. caut. 36. de ſubſtit. Iul. Clar. de teſtam. lib. 3. q. 79. in 2. coniect. fol. 90. dicẽs eſſe magis communem opin. conſulensq́; iudicando, & conſulẽdo nullo modo Guidonis Papæ opin. adhærendum eſſe, tanquàm carenti ſubſtantia veritatis: & in hac ſententia, expreſſionẽ maſculinitatis non ſufficere, reſident tres inſignes Doctores, quorum commemoratio non deerit, dum leges Latinè loquentur, veluti quærens illa Mariana. And. Alciat. in verb. ſine liberis. Ioan. Franc. Rip. nu. 8. & Vber. Zuccar. nu. 85. referens Alciatum motum ſola Alex. authoritate in d. l. 1. C. de pac. vbi Rip. d. nu. 8. dicit, ita cõmuniter teneri, idemq́; tradidit ipſe Rip. in d. l. centurio, col. 51. in fi. nu. 162. verſ. Prima coniectura eſt, ſcilicet iſtam coniecturam ſimpliciter intellectam, communiter reprobari, & authoritatem dictorum trium Modernorum conjunctim extollit Socin. iun. d. conſ. 177. Reſolutio, ante nu. 11. d. lib. ſecundo. addo quartum inſignem Modernum Hiero. Cagno. in ea. l. 1. nu. 51. dicentem, quàm grauiter errauerit Dec. vir acutiſſimi ingenij dum credidit, eius opinionem eſſe communem, nec habere contradictorem, ſubdit tamen ſe iuxta opinionem Guid. Papæ conſuluiſſe, & in arduis cauſis iudicio doctiſſimorum virorum in conſilio Illuſtriſſimi Principis Domini ſui Aſtenſium in prę dictam opinionẽ inclinantium obtinuiſſe, licet denique ſibi grauius pedem figenti, hæc poſterior opinio verior viſa fuerit & amplectenda; fundamentumq́; maſculinæ qualitatis, in terminis d. glo. leue eſſe innuit Franc. Gratian. in tract. de vulg. & fideicom. fol. 12. verſic. Sed ſi reperiretur. & iſtam eſſe magis communem opin. atteſtatur Soc. iun. d. conſ. 177. nu. 12. & quãuis idem Soc. in d. l. centurio. contrariam opinionem cum Dec. tenuerit, tamen ſi conſiderentur conſilia adducta pro communi opin. de quibus ibi per Iaſonem, & ſæpè

ſæpè alios, inueniri in eorum caſibus, fuiſſe dictum, ſine filijs maſculis, hacq; expreſſione non obſtante, pro gloſ. opin. decidere. Non omittendam exiſtimo Iacob. Philipp. Port. conſ. 8. Specie, col. pen. nu. 58. verſic. Tertiò non vrget, lib. 1. authoritatem, dicentis opinionem Guid. Papæ rationibus & plurimis veterum nominibus veram nõ eſſe aſſeuerari poſſe, idemq; tradit ſubtiliſſimus Hieron. Tornie. conſ. 43. Ad hoc ut intelligatur factum, col. 5. in princ. nu. 11. verſic. Non obſtat, vbi de magis communi atteſtatur, inter conſilia eiuſdem Port. eod. lib. 1. idem Iac. Philip. lib. declar. 2. cap. 12. fol. 28. in hanc opinionẽ videtur etiam inclinaſſe Hieronym. Grat. conſ. 89. Circa teſtamentum, nu. 5. dum dicit in illo caſu admittere contrariam ſententiam, quia aliæ coniecturæ concurrebant, intelligentem ſimpliciter, alijs coniecturis recedentibus admiſſurum non fore, lib. 2. expreſsè tamen, conſ. 3. Viſis capitulis nu. 31. lib. 1. Dida. Toletan. in repet. c. Raynal. §. 3. nu. 5. verſic. Hac tamen ratione, extra de teſtam. Hierony. Alban. conſ. 11. Propoſitæ quæſtionis. col. pen. verſic. Et primo non obſtare. inquiens, contrariũ non eſſe veritati ſubnixũ, ex conſilijs Dec. ibi allegatis, ſubdens Decium in dictis cõſilijs referre Oldradum, Io. Andr. Pet. de Ancha. Pau. de Caſt. & alios magni nominis viros, iſtam partem tenentes, idem repetit conſ. 26. Vidi, nu. 9. dicens Guidonem Papæ & Decium longè à via veritatis aberrare, & proinde non eſſe de hoc Guidonis documento curandum, cum aduerſus illud vnanimis tantorum Patrum ſententia afferatur, Franciſ. Burſat. conſ. 1. Non abeſt. nu. 8. verſic. Etenim. vbi de communi, réferens deciſionem Rot. Rom. vt per D. Antonium Auguſtinum, & deciſionem Rotę Florentinæ, de qua Marzar. teſtatur in loco ſtatim allegando, idem Burſa. cõſ. 2. In caſu præcedentis conſilij. nu. 26. dicens eſſe magis communem opinionem, conſ. 86. D. Baptiſta. vbi etiam de crebriori, nu. 2. lib. 1. conſ. 301. Non leuis difficultas, nu. 21. lib. 3. Franc. Marzar. in tracta. de fideicõ. in 2. par. q. 20. Natta conſ. 551. Quoniam. nu. 14. verſic. Non omitto etiã. li. 3. Marc. Mant. conſ. 92. Fuit. nu. 22. Rolan. de Valle, conſ. 51. Viſo, num. 5. lib. 3. conſ. 43. Negari non poteſt. ante nu. 39. vbi de communi. lib. 4. conſ. 34. Vidi dubia. nu. 64. de magis communi atteſtans. eod. vol. Ant. Rub. conſ. 120. Viſo. nu. 9. verſic. Non obſtat. Ioan. Cæphal. de communi, conſ. 419. Clariſsimus. nu. 69. li. 3. vbi vltra alios allegat Cottam in memor. in verb. Filij in conditione poſiti. in 2. limit. in fi. vbi Rimi. iun. in addit. & poſt Iul. Clar. dicit ab iſta ſententia conſulendo, & iudicando, non eſſe recedendum, plures allegando, vt per eum. idem Cæpha. conſ. 469. Præmiſſam conſultationem. ante nu. 3. & nu. 8. lib. 4. conſ. 517. Illuſtriſsimus Comes. nu. 69. verſic. Proinde non obeſt. cũ nu. ſeq. eo. vol. nu. 73. dicens contrariã opinionem magis communiter damnatã eſſe, Celſ. Hugo conſ. 68. Teſtator quidã. col. fi. ante nu. 14. Auguſt. Bero. conſ. 11. Diligenter, col. antepen. nu. 30. conſ. 84. cum ex facti ſerie, nu. 75. verſic. Alia tertia. conſ. 207. Anceps quippè. nu. 28. & 29. de magis communi, lib. 2. Simo. de Præt. conſ. 42. Defuncto ab inteſtato, nu. 13. dicens eſſe attendenda Collegia, ex quo Cõſilium Delphinatus ita tenuit, & Collegium Papienſe, vt per Curtium ſeniorem d. cõnſ. 46. nec eſſe curanda Conſilia particularium Doctorum, idem dicit ipſe Simon. conſ. 167. Omnes ſciunt. ante nu. 46. cum ſequen. vbi defendit latiſsimè iſtam partem, allegans deciſionem Sacri Conſilij Neapolitani, vt per Capyc. deci. 115. Americus, nu. 8. plures allegans, & retorquens authoritatem Gui. Papæ ut per eũ, Io. Bolognet. conſ. 15. laborans epidemiæ morbo, nu. 62. ver. Non obſtat. Iac. Meno. conſ. 91. Duas habet, nu. 1. li. 1. dicens plures conſultiſſimos, atque eruditos viros ita reſpondiſſe, Fernand. Vaſq. in tract. de ſucceſsio. creat. lib. 1. §. 4. ti. de liber. & paren. inſtitut. col. 2. poſt nu. 4. communem inquiens eſſe opinionem, poſt Rip. quem allegat: rurſus And. Alciat. in d. l. Lucius. nu. 42. ff. de hæred. inſtit. & vltra citatum conſilium, addo aliud eiuſdem Dec. conſ. 291. Diligenter, nu. 5. Ang. in tract. de teſtam. verſic. Si deceſſerit ſine liberis maſculis. Nec omittam Vbert. Zuccar. in citata l. 1. C. de pact. nu. 85. dicere, huic opinioni ſemper adhæſiſſe, conſiliumq́ue per Iaſonem compilatũ in cauſa Senenſi, contra conſilia Dec. & Ruin. inſpexiſſe, quod adhuc non erat impreſſum, vbi admirabatur fieri ſundamentum in dictis per Guidonem Papæ, cum ipſe atteſtetur contrarium deciſum fuiſſe: & Stephan. Berttan. in allegato conſ. 250. aſſerere, limitationem maſculinitatis, contrariam eſſe communi opinioni dictæ Gloſ. & inter caſum & caſum nõ adeſſe diuerſitatis rationem, motiuisq; in contrarium adductis reſpondere,

dere, & dicto conſ. 223. ita ſeruaſſe Magnificum Parlamentum Delphinale. & de magis recepta, ac in iudicijs frequentius obſeruata opin. teſtatur nouiſſimè Simo. de Præt. lib. 3. interpr. vlt. volunt. fol. 2. poſt nu. 11. verſic. Magis quoque recepta, fol. 298. vbi ante nu. 12. dicit, quòd non ſis dubius; de crebriori etiam fidem facit Iaco. Berret. conſ. 74. Hæc cauſa. nu. 11. Franc. Veggius, conſ. 74. In cauſa, nu. 264. & ſecundum iſtam ſententiam iudicari in ſupremis curijs, dicit Pet. Greg. Tholoſanus in Sintag. iuris, par. 3. lib. 42. c. 28. nu. 35. verſic. Sed dicet aliquis. vbi ipſam ſequitur, citans inter cęteros, Hieronym. Manfred. lib. 1. attentatorum, in 6. par. num. 2. Hieron. Gabriel. conſ. 93. Bartholomæus, nu. 40. lib. 2. conſ. 95. Petrus Catanei, nu. 23. vbi de receptiori opin. conſ. 123. Hoc teſtamento, nu. 28. eod. vol. Iacob. Mandel. Albenſ. conſ. 568. Quæſtio mihi propoſita, nu. 17. lib. 4. Decian. conſ. 59. Vt cõſulam breuitati, nu. 6. de communi, lib. 2. Hieronym. Magon. deciſ. 27. Celebris eſt, nu. 6. verſic. Sed quia, fol. 101. Octauian. Oſaſc. conſ. 35. Viſa ſpecie facti, col. 1. & 2. dicens eſſe veriorem, & crebriorem concluſionem, ac Rolandum referens calculantem Doctores hincinde, aſſerentemq́; iudicando ac conſulendo non eſſe ab ea recedendũ. Paul. de Monte Pico conſ. 99. Audita. nu. 70. verſic. At in propoſito, Rinald. iun. conſ. 123. In hoc dubio, nu. 4. & infra lib. 2. conſ. 193. Iuridicam fuiſſe. nu. 39. & 40. eod. vol. Purpur. conſ. 30. Cõſului aliàs, nu. 14. verſic. Secundò principaliter, conſ. 103. In præſenti cauſa, nu. 19. verſic. Fateor tamen, lib. 1.

35 Mouentur ad id dicendum, Primò ſecundum Cagno. nam habens pro ſe regulam, certam rẽ habere dicitur, & intentionem fundatã; itaque alleganti exceptionẽ in contrarium, incumbit onus probandi, l. 2. cum ibi not. ff. ſi quis in ius vocat. ſed regula eſt communis, & approbata concluſio, ꝙ quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione, in qua eſt fundata opinio, ꝙ liberi in conditione poſiti non ſunt diſpoſitiue ex teſtamento vocati, vt eſt dictum: meritò reiecta huiuſmodi exceptionis allegatione, non dicentur ob adiectam maſculinitatis qualitatem liberi in conditione poſiti, ex teſtamento vocari. Hæc ratio debilis eſt, cum vt dicunt Nouiſſ. Bonon.
36 omnis regula † exceptionem patiatur, vbicunque ratio ab ea recedendi aſſignetur: hic, quia plures rõnes recedendi aſſignari poſſunt, eſt exceptioni inhærendum. cum enim Gloſ. communis opin. quòd filij nõ ſint vocati, ſuper d. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. regulaq́; inde elicita, quòd quæ ſunt in conditione, non cenſentur eſſe in diſpoſitione, vltra alias rationes, principaliter radicetur, ex quo, vt dixi, regula hæc multipliciter declaratur, non eſt abſurdũ, quòd exceptiones d. l. ſi quis ſub conditione: huic quæſtioni applicemus, licet enim regulæ inhę-
37 rere debeamus, vt Bononienſes carrotio, quemadmodum ſic Aduocatos admonendo, dicit Alb. de Roſ. in l. omnis diffinitio, nu. 3 ff. de reg. iur. eſt tamen periniquum,
38 regulam † non fallere, vitiariq́, vbi æquitas ſuggerit. c. intelleximus. cum not. per Abb. ibi, in 1. col. ad fi. de iudi. Gloſ. in authen. vt ſine prohib. mat. debit. in princ. in verſic. exiſtimemus. Lancel. Galiau. in d. l. centurio, col. 41. verſic. Secundò pro iſta communi. nu. 58. & tanto magis iſtud procedit, cùm contra communem opinionem d. gloſ. habeamus aliam communem opin. in tantum quòd ab ea recedatur ex aliqua coniectura, vt dixi: & quæ maior quàm iſtius qualitatis expreſſio? Siq́; di-
39 ceretur, illud, † vt iniquũ ſit, regulam non fallere, vbi aliqua æquitas ſuadet magis procedere, cùm per talem exceptionem rẽ ad ius commune reducimus, minuſque illud læditur, iux. gloſ. in cap. ſtatutum. in verſic. numerandum, de præb. in 6. vnde è contrario, durius exceptio inducitur, quãdo res non reducitur ad ius cõe, quemadmodum hic cõtingeret, ex prælatione maſculorum, excludendo fęminas. d. l. maximum vitium. Reſpondeo, Lancel. in d. l. centurio, nu. 58. non negare, vt negari nequit, exceptionem etiã induci data æquitate, & ſi res ad ius commune non reducatur, diciq́; poſſet regulam prædictam veritate iuris non ſubſiſtere, quod multi tenuerunt: cumque exceptio iſta deſeruiat menti teſtatoris, ad inducendum fideicõmiſſum, expreſſa qualitate maſculorum, videtur exceptio ſecũdùm ius commune, quod voluit in fideicommiſſis voluntatẽ præualere, ita etiam ex coniecturis, & pręſumptionibus elicitam.

Secundò, nam qualitas illa maſculina, vt verba apertè oſtendunt, vocationẽ maſculorum non ſonat, ſed ſubſtituti excluſionem per maſculos non fęminas, quæ ita
40 excluſiſſent, † ſicuti maſculi, ſi dictum fuiſſet, ſi ſine liberis deceſſerit. Pau. de Caſtr. & cæteri in l. 1. C. de conditio. inſer. Dec. conſ.

conſ.370.Viſo teſtamento.nu.2.& 495.
Viſo eleganti conſilio.nu.2. Pariſ.cõſ.86.
lib.2. Sed ideo appoſita fuit qualitas ma-
ſculina,vt ſoli maſculi excluderent ſubſti-
tutum, non eſt ergo à verbis recedendum.
l.non aliter.de leg.3. & conſequenter di-
cendum, maſculos in conditione poſitos
eſſe ad excluſionẽ ſubſtitutorum, non aũt
ad ipſorum ex teſtamento vocationem.

Sed nec iſta rõ ſubſiſtit: apparet enim
euidentiſſimè voluiſſe filios maſculos vo-
care, cum omnes admittant, teſtatorem
ex tali nominatione magis ſubſtitutum di
lexiſſe quàm filios, & plus liberos maſcu-
los quàm ipſum ſubſtitutum. virtualiter
itaque voluit, quòd maſculi fęminas exclu
dant, cum appareat inſuper, plus dilexiſſe
maſculos quàm fęminas, & ſubſtitutum: &
ſi maſculos voluit excludere ſubſtitutum,
qui fęminas excludit, tanto magis voluit
maſculos excludere fęminas, per regulam,
ſi vinco vincẽtem te, l.de acceſſionib. ff.de
diuer.& temp. præſcri. valdeq́; abſurdum
eſſet, quòd ipſe teſtator voluerit extraneũ
excludere fœminas, filium autem maſcu-
lum à fœminis pro parte excludi, ideo cõ-
ijciendum eſt, teſtatorem voluiſſe, maſcu-
los etiam excludere fęminas, quod cũ non
poſſit eſſe niſi ſint ſubſtituti, dicendum vi
detur conſequenter illos vocaſſe, cum o-
ſtenderit agnationi, maſculinæq́; poſteri-
tati proſpexiſſe.

Tertiò & vltimo, cum vt eſt oſtenſum,
hęc poſterior ſit cõior omnium opinio, à
cõi vero ſentẽtia iudicãdo, conſulendoq́;
non eſt recedendum, cũ ratione nititur, iu
ribus vulgarib. Cęterum hoc fundamentũ
leuiſſimum videtur: non enim adeo extri-
catum eſt, crebriorem ſententiam ſic ſe ha
bere, licet aũt re vera Gloſ. opi. receptior
ſit, cum Nouiſſimis Bonon. dici poſſet in
hoc tam vario, ancipitiq́; articulo, melio-
res rationes attendendas eſſe, arg.§.1.Inſti
41 tu. de hæredib.inſtitu.& propter † melio-
res rationes recedi à communi opinione,
ſecundùm Io.Neuizan.in Sylu.nupt.li.5.
nu. 10. in mater. commu. opin. imò cum
hæc alia Guidonis opinio videatur, ſecun
dum mentem teſtatoris, agnationi pro-
pter maſculos prouidentis; redditur æ-
quior, & benignior, & ideo amplectenda
eſt: vt in his terminis vocationis, poſt a-
lios tradit Ioan.Cępha.conſ.93.nu.5.li.1.
42 cumq́ue † inter duas opin. negatiuam glo.
in d. l. Lucius. & affirmatiuam, ſit opinio
hæc qualitatis adiectæ maſculorum, redu
cens alias ad concordiã, recipienda, aliiſq́;
q́ue præferenda videtur, ſecundùm Aret.
Inſtit.de empt.& vend. in prin.col.2.Soc.
conſ.67.Fruſtra plenitudini.nu.28.verſic.
Et hæc opin.lib.1.Grat.conſ.30.Viſis cõ-
promiſſis. nu.33.lib.1.Socin.iu. conſ.39.
Perſpectis his. nume. 78. & conſ.121.
eleganter. in fi. lib.2. Fel. in cap. cano-
num ſtatuta, col.fin.verſic.Secundo nota,
de conſtit.

Ego tamen ex ſecunda Philippi Decij
ratione, non putarem ab opinione Guid.
Papæ, tanquam veriori & crebriori rece-
dendum, quàm ipſe Dec.dicto conſ.270.
& ſæpè alibi conſulendo firmiter ſtabili-
uit, quòd ſit ſufficiens maſculorum expreſ
ſio, ad fideicommiſſum inducendum con
iectura, cùm Hieronym.Cagnol. Iuriſcõ.
egregius, in d.l. 1. aliiq́ue Doctores, qui
Dec.opinionem proſternere intendunt;
parum fundamentaliter in propoſito lo-
quantur, vt nihil ei obſint: ſubtiliter;
43 ac eruditè † reſponſa reddidit Decius;
ὧν κλέος ἔστιν αὐτῷ. Quod alia etiam cõclu
denti ratione ſic deduci poteſt: teſtator e-
nim ponens liberos ſimpliciter in condi-
tione, illos ſubſtituto prudenti conſilio
prætulit, d. l.Lucius. in fin. ex illa autem
additione maſculinitatis, prudentior eſt
cenſendus, cùm illam Iuriſprudentiam re
ſpexerit lege xij.tabularum quidem iunio
rem, Imperiali autem diſpoſitione ante-
riorem, quæ inter mares & fœminas diffe-
rentiam inducebat, penituſq́ue eas à ſuc-
ceſſione agnatorum repellebat, omni alia
ſucceſſione incognita. §. cæterum. ver-
ſic.Media autem.Inſtit.de legit.agnat.ſuc
ceſ. vt hinc merito coniiciamus, voluiſſe
maſculos vocare, fœminis ipſos præferen-
do. & ſtatim dicam; hancq́ue coniectu-
ram maſculinitatis veluti tutam, ac firmã
in celeberrimo reſpõſo comprobauit per-
44 illuſtris, ac nobiliſſimus † D. Hector Ca-
racciolus Neapolitanus Sedilis Capuanę,
inter Iuriſconſultos, qui eruditionis, & e-
loquentiæ nomine noſtro tempore clarue
runt, aut quorum etiam nunc fama cele-
bratur præclariſſimus: is certè eſt qui Iu-
riſprudentiam eloquentiæ luminibus om
nium cum admiratione ornauit, atque il-
luſtrauit, varias inſuper ſcientias cum eius
animi ac corporis nobilitate pulcherrimo
nexu coniunxit, vt inter tot, ac tantos Du-
ces, Marchiones, Comites, aliosq́ue ſtre-
nuos Equites familię Caracciolorũ, quo-
rum illuſtria facta in aperto ſunt, Hector
iſte Iulij Ceſaris Caraccioli filius, virtute
fulgidus admodum polleat.

Quæ

Quæ quidem maſculinitatis coniectura, (vt alibi ad l. cùm auus, de condit. & demon. fuſius dicebam) ex eo nonnihil validari inſuper poteſt, nam ſi maximum vitium habitum fuit, inter maſculos & fœminas ex antiqua iuris ſubtilitate diſcrimen cõſtituere, d. l. maximum vitium, cur non maximam coniecturam iſtam maſculinitatis arbitrabimur, per quam teſtator vetitam illam diſtinctionem non reiecit, ſed ad familiam agnationemque conſeruandam, naturæ vim quandam, & quaſi violentiam (vt ita dixerim) inferre ſtuduit, ſolos maſculos nominando atque præferendo? Siqûe extricatum perpetuo tenore eſt, vocationem in conditione poſitorum omni caſu inductam eſſe, quo teſtator agnationem ſuam conſeruare oſtendit vt infra lib. 5. cap. 7. nu. 1. nulla certè prudentia teſtatoris attendi poſſet, niſi affirmauerimus iſtos maſculos vocatos cenſeri, tum ex poſitione in conditione, per quã de prudenti conſilio à Iuriſconſ. in d. l. Lucius Titius, in fi. laudibus teſtator ipſe extollitur, tum etiam ex adiectione maſculinæ qualitatis, quemadmodum in his terminis argumentatur Paul. de Caſtr. conſ. 263. Circa primum quæſitum, col. 2. circ. med. verſic. Nugatorius ergò foret, lib. 2. in nou. Nulliqûe incertum eſſe debet, in teſtamentis prudens teſtatoris conſilium debere animaduerti, ac diligentiſſime rimari, vt ex eadem. l. Lucius Titius, ponderat Bald. conſ. 40. nu. 1. verſic. Item in materia ſubſtitutionum, lib. 3. quem referendo ſequitur Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 14. nu. 4. Amplectenda erit igitur Guidonis Papæ ac Decij opinio tanquam fauorabilis, cùm diſpoſitio quæ nos ad ius mediæ iuris prudentiæ reducit, benigna ac fauorabilis dicatur, vt inquit And. Alcia. conſ. 12. Quia per celeberrimos, nu. 16. tom. 1. lib. 2. l. nõ ſine, verſic. in quibus. C. de bon. quæ liber. & licèt plures diſſentiant, tamen maior ipſorũ pars, ne dicam omnes, articulum deciſiue non diſputarunt, ſed perfunctoriè, vt poſt Socinum Iuniorem dicit Tibe. Decian. conſ. 44. Circa primum, ante nu. 17. lib. tertio. & conſ. 31. Ardua profectò, nu. 119. lib. primo.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, ex qualitate maſculorum, vocatos cenſeri, etiamſi tacitè ex coniecturis tantum, teſtatorem maſculinitatem reſpexiſſe colligeretur, & nu. 14.*

2 *Liberos in conditione poſitos, ex qualitate maſculinitatis, intelligi diſpoſitiuè vocatos, etiam in feudalibus: idq́ ex communi roborari.*

3 *Maſculinitatis qualitatem, ad inducẽdam poſitorum in conditione vocationem, in agnatis tantum teſtatoris operari, ſecus in extraneis.*

4 *Maſculinitatis qualitatem, ad inducẽdam vocationem poſitorum in conditione, ſtante ſtatuto, quòd maſculis exiſtentibus, fœminæ non ſuccedant, non operari, ſed contrarium deciditur nu. 10. & nihilominus ab opi. Soci. vt magis communi recedendum non eſſe concluditur.*

5 *Teſtatorem præſumi, cum diſpoſitione ſtatuti, ſe conformare voluiſſe.*

6 *Conformitatem, & ſimilitudinem inductam intelligi, quatenus locus ei eſſe poſſit.*

7 *Expreſſum facere tacitum ceſſare.*

8 *Prouiſionẽ hominis, legis prouiſionẽ tollere.*

9 *Expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, quando aliquid operetur. & nu. 11.*

12 *Maſculinitatis expreſſionem maxime operari vocationem, in filijs maſculis affirmatiuè poſitis in conditione.*

13 *Maſculinitatis qualitatem, operari vocationem, ad excluſionem extraneorum, non autem filiorum ſubſtitutorum.*

14 *Maſculorum qualitas, nunquid debeat exprimi proprie à teſtatore, vel ſufficiat ſi per interpretationem fieret, ad vocationẽ inducendam.*

15 *Maſculorum qualitatem non operari, ſi mãdaſſet teſtator, eius diſpoſitionem ſeruari, intelligi, & interpretari vt iacet, & de verbo ad verbum.*

16 *Maſculorum qualitatem, non inducere vocationem, cum filij maſculi, & fœminæ in ſimul in conditione ponerentur.*

17 *Maſculorum qualitatem, inducere vocationem, cum ipſa circa poſitionem in conditione apponitur, ſecus ſi in alia diuerſa conditione apponeretur.*

CAP. III.

AMPLIATVR primo Guido-
nis Papæ, Decijq́; opinio
circa qualitatẽ maſculorũ,
1 vt ſit vera, † etiam ſi tacitè
ex coniecturis tantum col-
ligeretur, teſtatorem maſculinitatem re-
ſpexiſſe, Carolus Ruin. conſ. 139. Viſo ac
perlecto. nu. 14. lib. 3. Socin. iun. conſ. 78.
Vidi

Vidi in præſenti . nu. 14. lib. 3. Dec.conſ.
546.Conſului.nu.3.verſic.Sed ad hoc. vt
quia in alia parte teſtamenti eſſet dictum,
maſculis, & eſt deciſ.dicti Guidon.Papæ,
531.Miles quidam. vbi voluit, quòd hæc
qualitas maſculorum adiecta primis inſti
tutis, cenſeatur repetita in filijs filiorum
in conditione poſitorum,ad inducendam
vocationem. Aym.Crauer.conſ.incip.De
Anno 1513. reddito pro Illuſtri Comite
Iulio Seſſ.o.fol.63.verſic. ſed opinionem
hanc.Soc.iun.inter conſ.Fran.Marz.

Secundo vt procedat,etiam in feudali-
2 bus,Lud.Goza.conſ.26.In cauſa Illuſtriſ-
ſimorum Dominorum de Corrigia,col.4.
nu.24.verſic.& non ſolum.Io.Cęph.conſ.
251.Quoniam,nu.77.lib. 2.& conſ.114.
Magnificus Dominus Bartholomæus.nu.
23.verſic. Vbi loquitur etiam. lib.1. Et li-
cèt eruditiſſimus Iuriſconſultus,ac pręcla
riſſimus Senator D.Antoninus Teſſaurus
in deciſ.96.filij in conditione,nu.22. extē
ſionem ſiue ampliationem iſtam ad feu-
dalia improbare breuiſſimis verbis auſus
fuerit:nihilominus tuta ac vndiq́ue ſtabi-
lis conſpicitur,cùm eius reiectio fundamē
to careat, ab eaq́ue abſtinuiſſet, ſi intimè
Gozadinum conſideraſſet, vt alibi non ab
re admonui, & prout ipſe ſolus in ſua opi-
nione reperitur:ſic Ludouici Gozad.opi-
nio communis eſt, quam vltra præcitatos
ſcribentes expreſsè tenent, Petr.Anto. de
Petr.in d.tract.de fidcicomiſ.prohib. q.9.
nu.213.verſic. Decimaſexta coniectura,
vbi de Cæphalo idem ſentiente meminit,
ac in ead.q.ſub nu.176.& Iacob.Philipp.
Portius,conſ.1.Contigit Herbipolenſem
epiſcopum,nu.69.verſic.Nec vrget ipſum
Vulhelmum.lib.1.ex hac namq́ue qualita
tis adiectione teſtantis prudentia & inten
tio colligitur, reducēdi feudum hæredita
rium ad naturam recti feudi ex pacto &
prouidentia: Vnde Petra dicebat, iſto ca-
ſu coniecturam ratione materiæ ſubiectæ
deſumi in ipſa feudali materia, dicendo ſi
ſine filijs maſculis, cùm enim in feudis (vt
Theſſaurus inquit) fœminæ nō ſuccedant
ſi maſculi extant, teſtator intelligitur eos
diſpoſitiue vocare voluiſſe.

Verum hęc ita ampliata coniectura,pri
3 mum in agnatis † tantum teſtatoris in con
ditione poſitis procedere reſtringitur, in
extraneis ſecus, Hieron.Cagnol. in d.l.1.
nu.54.in fi.verſic.Illud autem. C.de pact.
faciunt tradita in illa ardua quæſtione
concurſus ſubſtituti, & neptis ex filio, filia
bus excluſis,per Philippum Dec.cōſ.370.
Viſo teſtamento Ludouici,nu.23.& 9.&
Soc.in d.l.cum auus, col.49.dum concor
dando opiniones,plures caſus conſiderat,
& conſ.33. col. 2. conſ.73. col. pen.lib.4.
Curt. Sen.conſ.63. Antiquiſſima & nobi-
liſſima familia, poſt nu.15.col.16. verſic.
Quid plura,& denique Pariſ.conſ.68. Ad
veram reſolutionem, col.pen.nu.67.libr.
2.iſtam reſtrictionem punctualiter reſpi-
ciens, & præcitatos allegās, in alijs termi-
nis loquentes. Thob. Non.in d.l.1. C.de
pact.in prima reſtrict.ſecundæ limitat. Io,
Cæphal. conſ.419. Clariſſimus, nu.53.
lib.tertio.

Et quàmuis Hieronym.Zanch.contra-
rium tenuerit ſub dubio, tamen in d.l.hę
redes mei.§.cum ita,nu.757.verſic. Illam
verò.ne (inquàm) dictio,maſculis,ſuper-
flua reddatur,idem ſit ēt in extraneis con-
cludendum: tamen opinio hæc non eſt te
nenda,nec à prima reſtrictione recedendū
videtur. cum omnia pro Guidone & De-
cio inducta, agnationis conſeruationem
quæ per maſculos perpetuatur reſpiciant
vt fruſtra rationes dictam opinionem con
fundentes referam.

Secundò non procederet, ſtante ſtatu-
4 to, † vt fœminæ propter maſculos exclu-
dantur, Socin.conſ.116. In cauſa filiorū.
col.4.verſic.Pro certo iſta ratio,lib.3. Pa-
riſ.conſ.42. Ad reſolutionem.nu. 14. lib.
3.conſ.50.Ex teſtamento.nu.38. eod.lib.
3.Socin.Iu.conſ.111.Ex themate,nu.32.
verſic.Et poſito.dicens iſtam eſſe pulchrā,
& optimam declarationem ſuo iudicio,
ad Guidonis Papæ opinionem: nec,vt ip-
ſe credit, Guido Papæ,& Decius ea nega-
rent,& conſ.118.Propoſita difficultas,nu.
19.vbi idem dicit, & conſ.119.Viſo teſta-
mento,col.pen.nu.31.verſic.Et fortè, lib.
1.conſ.164.Iam annus eſt,col.2.nu.9.ver
ſic.Prætereà etiam dico.vbi inquit, ita ſo-
lere in d.l.cēturio.aſſerere,& ſecundū hāc
declarationem pluries conſuluiſſe, conſ.
177.Reſolutio.col.pen.nu.21. verſic. Sed
vt eſt dictum. lib.2. vbi aſſerit eſſe veriſſi-
mam, & pulcherrimam declarationem, &
ſe apud Brixiam conſuluiſſe, & ſolitum eſ
ſe tenere legendo in d.l.centurio,& alibi,
vbi de iſta materia diſputare occurrit:ſub-
dens quòd licèt Decius in conſilijs ibi ad-
ductis hanc declarationem reprobet, eius
tamen authoritas licèt magna ſit, cedere
debet authoritati Soci. comprobatæ per
Moder.ibidem per eum relatos: poſſeq́ue
dici in hoc puncto,opinionem D.ſui Soc.
eſſe communem, cum plures pro ea ſen-
tiant,

tiant, & in contrarium ſit ſolus Dec. & re
vera Soc. iun. idem tenet in d. l. centurio,
nu. 304. vbi etiam Franciſc. Rip. nu. 163.
hanc eandem opin. ſequuntur Hieronym.
Cagno. num. 52. Rurſus Rip. col. 4. qui de
communi atteſtatnr. And. Alciat. in verb.
ſine liberis. & Vbertin. Zuccar. in fi. nota-
bilium, poſt nu. 90. verſic. Quod maximè
procedit, in d. l. t. C. de pact. And. Alciat.
conſ. 34. Nullum in propoſito caſu. nu. 4.
verſic. Sed ſtante ſtatuto, li. 9. & conſ. 114.
Narratione facti viſa, nu. 6. eod. vol. Anto.
Gabriel. in tit. de fideicomm. in 4. conclu.
nu. 6. Franciſc. Burſat. conſ. t3. nu. 54. Ti-
ber. Dec. conſ. 45. Non obſtantibus, col. 1.
inter conſ. Iacob. Phil. Port. lib. t. & conſ.
59. nu. 8. li. 2. conſ. 86. nu. 26. lib. 3. in eius
reſponſis nuper impreſſis; & eſſe magis cõ
munem opinionem atteſtatur Hieronym.
Torniel. conſ. 43. Ad hoc. col. 5. in princ.
num. tt. verſic. Non obſtat. d. lib. t. inter
eiuſdem Port. conſilia. Hierony. Zanch. in
§. cum ita, nu. 757. vbi allegat Corneum,
& Ruinum, qui non dicunt id pro quo in
propoſito allegantur. Hieron. Alba. conſ.
11. Præpoſitæ quæſtionis, col. fin. verſic.
Idem ſentit Socinus, & conſ. 26. Vidi. nu.
1t. verſic. Præterea dico. rurſus Burſ. cõſ. 1.
Non abeſt. poſt nu. 8. verſic. Quod eo mà-
gis. allegans pro hac parte Do. Antonium
Gabrielium in ſuis concluſionibus. Tbob.
Non. in d. l. 1. C. de pact. in ſecũda reſtrict.
ad ſecundam limit. Soci. conſ. 62. Viſo ca
pitulo ſubſtitutionis. col. pen. poſt nu. t0.
verſic. Et eo præſertim, libro 3. nouiſſime
Franc. Mant. in tract. de coniec. vlt. volun.
lib. tt. tit. 3. nu. 4. & 5. Aymon. Crauet. in
quodam ſuo conſilio, incip. De anno 1513.
quod reddidit pro Illuſtri Comite Iulio
Seſsio, inſertum inter conſilia Marzar. in-
ter 6. & 7. conſilium, fol. 63. Hierony. Ga
briel. conſ. 93. Bartolomęus, nu. 4t. verſic.
Et omninò tunc leuiſsima eſt, lib. 2. Petr.
Ant. de Pet. in tract. de fideicom. prohib.
q. 9. nu. t85. verſic. Secundus caſus eſt. fo.
205. Decian. conſ. 59. Vt conſulam breui-
tati, nu. 8. lib. 2. conſ. 26. Dubitatur ergò,
nu. 88. eod. volum. Sylueſter Aldobrand.
conſ. 113. Caſus talis eſt, ante nu. 33. Rimi-
nal. iun. conſ. 193. Iuridicam fuiſſe, nu. 4t.
verſic. Idq́ue maximè, lib. 2. conſ. 632. D.
Raynerius, nu. 71. lib. 6. conſ. 767. Aliàs
ſcripſi. nu. 19. & 20. lib. 7.

Mouentur ad id dicendum primo, nam
tali ſtatuto exiſtente, omninò ceſſat ratio
quæ de iure communi poſſet conſiderari,
& differentia quã teſtator in dicta expreſ-
ſione, ac etiam excluſione fęminarum fa-
cere voluit, quòd ſcilicet maſculi vocen-
tur, & fœminæ non admittantur: intentio
enim ſortiri poſſet effectũ abſque eo, q po
ſiti in cõditione dicantur vocati, contra cõ
munem regulam, quia ſcilicet ex forma
ſtatuti talis differentia inducitur, meritò
procedere debet commu. opin. Gloſ. Bar.
& aliorum in d. l. Lucius. vt ſic dicamus, fi
lios licèt maſculos tantum poſitos in con
ditione, non cenſeri vocatos ex teſtamen-
to, ſed eis fuiſſe reſeruatum ius ſucceden
di ab inteſtato, quod quidem ſolis maſcu
lis competit ex forma dicti ſtatuti, cuius
vice in Regno Neapolis habemus conſtit.
quæ incip. In aliquibus Regni partibus.
tit. de ſucceſ. Comit. & Baron. cui ſtatuto
teſtator creditur voluiſſe ſe conformare,
dum de maſculis tãtum loquutus eſt, iux.
5 doctr. Barto. † & aliorum, Socin. præſer-
tim in dicta l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad
Trebel. Alex. conſ. 52. perſpectis his, col.
ſecunda, & tertia. lib. 4. Corn. conſi. 22. In
hac, col. 5. lib. 2. Dec. conſ. 257. Quæri-
tur, col. ſecunda, ceſſante igitur ratione
prædicta, debet etiam ceſſare opinio, & li-
mitatio Guid. Papę, & aliorum, l. adigere.
§. quamuis, ff. de iure patron. & ita dicit
Socin. dicto conſ. 1t6. col. 5. verſic. Pro
certo iſta ratio; Sed dici poſſet ſecundum
Dec. teſtatorem præſumi ſe conformare
cum diſpoſitione ſtatuti bic, quantum ad
excluſionem fęminarum abſolute, non au
tem quo ad modum excluſionis: ſtatutum
namque ab inteſtato loquitur, verba au-
tem teſtatoris diſpoſitiua ſunt in teſtamẽ-
to, vnde in boc conſormitas eſſe non po-
teſt, quia ex teſtamento, & ab inteſtato cõ
traria ſunt, & conformitas, ac ſimilitudo
6 facta † videtur, quatenus locum habere
poſsit. l. 1. §. lex Falcidia, vbi Bar. ff. ad l. Fal
cid. c. indemnitatibus. §. pen. de elect. in 6.
& facit quod not. Bart. de cauſa efficienti,
in l. 1. §. hæc actio, col. 1. ff. ſi quis teſtam.
7 liber. & quia expreſſum † facit ceſſare ta-
citum. l. cum ex filio. §. filio. vbi Bart. ff. de
8 vulg. & pupil. prouiſioq́; bominis, † proui
ſionem legis tollit, l. fi. C. de pact. conuen.
Cum ergo teſtator ipſe vocauerit maſcu-
los, & excluſerit fœminas, non cadit eſſe
factam tacitam relationem ad ſtatutum, &
proinde non obſtat fęminas ex ſtatuto ex-
cluſas eſſe, cum ratio principalis non ceſ-
ſet, quæ eſt, maſculos vocatos cenſeri à te-
ſtatore ex teſtamento.

Secundò, nam teſtator ponendo filios
in cõditione ſub qualitate maſculinitatis,

vt ipſi admittantur, & non fœminæ, videtur quædã expreſsio eius quod tacite inerat ex forma ſtatuti, meritò nihil debet talis maſculinitatis expreſſio operari. l.3. cum ibi not. ff.de leg.1. l.non recte, C. de fideiuſ.cum ſimil. Huic quoque rationi ex intentione eiuſdem Dec. d.conſ.546. ante nu.5.reſpondetur, quod regula d.l.3.ſit
9 vera † cum expreſsio ſit eodem modo quo ineſt, ſecus ſi aliter exprimatur quàm inſit: tunc enim expreſsio operatur, ut ibi Doctor.notant: & ita videtur in caſu iſto, quia excluſio ſtatuti, eſt ab inteſtato, ſed ſęminarum à teſtatore facta excluſio, eſt ex teſtamento, cum maſculos in teſtamento exprimendo, videatur ſęminas excludere, quibus illud verbum, maſculus, aptari nõ poteſt. Abb.conſ.36. Videtur primo, li.1. Ant. de Butr. conſ.46. Recte deciſum eſt, Ioan.de Anan. conſ.22. Ad approbandũ. Sed Soc. iun. defendendo opinionem ſui patrui Socini ſenioris d.conſ.116. dicebat in allegato eius conſ.177. nu.25. reſponſiones Dec. magnam fallaciam continere, & de iure non procedere: nã dum inquit, maſculos vocatos eſſe ex teſtamento, negatur: nec Decius iſtud probat, ſed tantũ aſſerit, & eſt hoc idipſum de quo diſputatur: ſi enim admitteremus maſculos poſitos in conditione vocatos cenſeri, actum eſſet de quęſtione iſta: vnde cum hoc principaliter diſceptetur, debet aliter probari, quàm per ſimplicem ipſius aſsertionẽ, alioquin facile omnia probarentur, ſi ſola aſſertio ſufficeret, contra tex. in l.actor. & toto tit. C.de prob. Vnde contrariũ in terminis ſtatuti filias excludentis, tenuerunt Dec. conſ.546. Conſului iam. col.2. poſt nu.4. verſic. Sed etiã ad iſta reſpondetur, conſ.574. In cauſa qua agitur, in fi. Socin. iun. conſ.110. Diu in hac conſultatione, nu.24. verſ. Et licèt, li.3. Grat. conſ.32. Viſo teſtamento, col.2. nu.9. li.2. Io. Bolog. in d.l.1. ante nu.49. verſic. Et prędicta. C. de pact. Franc. Marzar. conſ.1. in 3.q. cuius conſilij meminit in epit.q.20. & cõſ.4. Viſo & perlecto. fol.27. verſic. Præterea quando ponuntur. cuius conſilij meminit q.19. in d. eius epito. in eodem conſ. c.4. Requiſitus, fo.39. verſic. Quę concluſio. Pariſ. conſ.36. Ad veram reſolutionem, nu. 17. iunc. nu.30. lib.2.

10 Et ego † in puncto iuris veriorem Decij ſententiam eſſe crederem, quòd non obſtante dicto ſtatuto, adiectą per teſtatorem maſculinitatis qualitate, maſculi vocati cenſeantur; Nam expreſſio eius quod tacitè ineſt, ſemper operatur hoc vnum,
11 vt † ſcilicet diſpoſitio dicatur expreſſa & non tacita, & inde ſequitur, quòd operabitur illos effectus, qui ex expreſſa diſpoſitione proueniunt, non autem ex tacita, vt in pupillari, quæ matrem excludit, ſecundũ Soc. in d.l. hæc verba, quæ eſt 3. in 1. cõcl. ff. de leg.1. & ibi etiam Soc. iun. nu.72. verſic. ſed tenendo. Non obſtat eiuſdem Socini nepotis oppugnatio: nam retentis terminis, ex ſe deſtruitur, cũ ſi pro limitatione adducimus coniecturam maſculinitatis, & pro ſublimitationis exiſtentiam ſtatuti, præſupponimus ſemper regulam, arg. l. nam quod liquide. ff. de pen. leg. cũque Doctores velint, ex coniecturis arbitrio iudicis expendendis, vocationẽ induci, quamuis ſtatutum prædictum adſit, attamen propter expreſſionem colligitur quædam erga maſculos prędilectio, & pręciſa intentio teſtantis, quæ non leuem cõiecturam præſefert excitando diſpoſitionem ſtatutariam, vel (vt ita dixerim) illam exaggerando, in tantum quòd talis expreſſio deſeruiet, ſaltem ad inducendam quãdam geminationem dictæ qualitatis. & quamuis Socin. iun. de communi contra Decium fidem faciat, nihilominus ipſam ex argumentis inducit, vt eius patruũ tueatur, ſed affectatè nimis loquitur: quicquid tamen ſit, conſulendo, & iudicando, non putarem eſſe recedendum ab opin. Socini, frequentiori applauſu recepta, veritatem autem perquirendo: tutius arbitrarer cum Decio viro grauiſſimo tranſeundum, nec peccare iudicem Decij opinioni deferendo, & maſculos atque agnationes fauoribus proſequendo; & eo maximè à Socino, communique diſſentio in pũcto iuris, cum pro coniectura maſculinitatis ſtantę etiam dicto ſtatuto fuerit à prætore Patauinò inducatũ, eiuſq; ſententia Venetijs confirmata, & laudata, in excelſo Conſilio de XL. vt teſtatur Tib. Dec. cõſ. 103. nu.4. verſ. Duodecimò. lib.2. quem refert Manti. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib.11. tit.3. col.7. poſt med. non tamen recedas à communi, vt dixi, in iudicijs, & reſponſis. Soc. iun. conſ.145. Viſo, nu.37. lib.3. videtur etiam aliqualiter recedere à ſua priori opin. cum inducat contrariam Decij in argumentum, licet de veritate alias tractaſſe dicat. Et pro opinione cõtra Socinum, vt ſtatutũ prædictum vocationem non impediat, apertè reſpondit Franciſc. Turturel. conſ.394. Si cum textu, nu.11. de æquiori. & hodie communi

K atte-

atteſtans, lib.4. Inter conſilia Iacobi Menoch. ac nonnullos allegans, ſtante maxime qualitatis maſculorum geminatione, vt per eum, id etiam voluit ipſe Menoch. conſ.393. Reſpondi, nu.10. vbi nu.12. Scribentium nomina recenſet, d.li.4. Hieronym. Hercula. reſponſ. pro Alexandrijs & Macchiauell. incip. In Auditorio Rotæ, nu.153. verſic. Reſpondetur vltra complura, fol.67. Decian. conſ.103. Quæritur ergo, nu.13. lib.2.

Sed retenta vtriuſque Soc. ſententia, limitatur vt procedat, cũ appareret, vel credendum eſſet, quòd teſtator voluiſſet fœminas ſuccedere eo ordine quo ab inteſtato ex forma ſtatuti ſucceſſuræ fuiſſent, ſed vbicunque apparet, teſtatorem voluiſſe fęminas ſuccedere alio ordine, & modo quã ab inteſtato, etiãſi ex forma ſtatuti ſucceſſuræ forent, contrariũ eſt dicendum, quia ceſſat ratio quæ pro Socinorum declaratione conſideratur, ita notanter tradit Tiber. Decia. conſ.45. Non obſtantibus, col. 1. dicens hoc conſideraſſe ipſummet Soc. in contrarium allegatum, d. conſ.116. col. 5. lib.3. & Soc. iun. conſ. 111. Ex themate, nu.32. lib.1. & clare etiam Corn. conſ.74. Viſo prolixo. col.1. in fi. verſic. Secundò induco, nu.9. lib.2. Hieronym. Herculan. in d. reſpon. d. nu.153.

12 Tertiò declaratur, † cùm filij maſculi ſunt poſiti in conditione affirmatiuè, nam ſi negatiuè, adhuc vocati non dicerentur, Carol. Ruin. conſ.134. Circa caſum, col. 3. nu.5. lib.3. vbi allegat ita declarare Caſtrenſ. conſ.237. Supraſcriptus D. Conſultor. idem Ruin. conſ.141. Viſo teſtamento, nu.13. eod. lib. tertiò. Curt. iun. conſ.43. Habita diligenti, col.4. Io. Botta. conſ. 28. D. Io. Maria, nu.13. verſic. Quicquid tamen ſit.

13 Quartò, vt procedat, ad excluſionem extraneorum ſubſtitutorum, non autem filiorum ſubſtitutorum, vt dixit Aug. Bero. conſ.107. Anceps quippe, nu.28. & 29. li. 2. poſt Alex. quem allegat.

14 Quintò, cum iſta qualitas † fuerit à teſtatore propriè expreſſa, ſecus verò quando ipſa per interpretationem colligeretur: Socin. iun. conſ.164. Iam annus eſt, nu.7. & 8. lib.2. Ant. Gabriel. in tit. de fideicom. in 4. concluſ. nu.7. Hieron. Alba. conſ.26. Vidi, nu.10. vbi acriter hanc opinionem tuetur, & Decij ratione ad conuincendum vtitur, vt per eum, Pariſ. poſt alios quos allegat, conſ.44. Subſtitutio. col.3. nu.17. verſic. In quibus etiam. lib.2. & conſ.14. Petrus iſte Boſcherius, col. 2. nu.22. poſt Socinum & Decium in pluribus conſilijs, ac Alexandrum, & Franc. de Cur. lib.3. Petr. Anton. de Petra in tract. de fideicom. prohib. q.9. nu.184. verſic. Primus eſt, fo.205. Hieronym. Magon. deciſ.73. ex Principis reſcripto, nu.8. verſic. Quidam Doctores, fol.249. Contrarium colligitur ex traditis per Io. de Anan. conſ.68. Viſo ſtatuto, col. 2. & ex deciſ. eiuſdem Guid. Papæ, conſ. 128. Ant. Gabr. d. tit. de fideicom. in 4. cõclu. nu.11. in fi. & faciunt tradita in prima ampliatione ad dictam opin. Guid. Papæ, & Decij, ac etiam dicta per eundem Guidonem, q.531. Miles quidam. vbi rationes affert. Et ſi rectè aduertatur Soc. iu. d. cõſ. 164. nu.7. non figit pedes, & dubitatiuè reſpondet, ibi, Quo caſu forte. & ratio ex qua mouetur eſt valde debilis, vt ibi, ante nu.9. & potius perſuaſiua, quàm concludens; vt non ſit recedendum ab opinio. Decij eiuſdem Soc. iu. & Ruin. in deſuper citatis conſilijs pro dicta ampliatione. quã etiam ſequuntur. Io. Franciſc. Purpur. cõſ. 24. Viſo teſtamento, nu.6. lib.1. Decian. conſ.103. Quæritur ergò, nu.12. li.2. conſ. 44. Circa primum. nu.14. lib.3.

15 Sextò declaratur, † vt non ſit vera hæc coniectura, cum teſtator mandaſſet ſuam volũtatem, & diſpoſitionem, ſeruari, intelligi, & interpretari, vt iacent, & de verbo ad verbum: ſtante enim huiuſmodi præcepto teſtantis, excluſa dicitur extenſio de ſimilibus ad ſimilia, & illa mens quæ ex coniecturis colligeretur: & ſolum illa interpretatio fieri, ac intelligentia ſumi poteſt, quæ ex proprietate uerborum colligitur. l. iubemus. in fi. C. ad Treb. ita declarat dictum Guid. Papæ, Aug. Bero. cõſ. 57. In cauſis, nu.63. lib.3. Sed vide in fi. huius operis, in illa q. an eſto poſitos in conditione vocatos eſſe, ſint hæredes ſcripti, ex qua poteris aſſumere veram deciſionẽ huius declarationis.

16 Septimò vt non procedat, † cum filij maſculi, & fœminæ inſimul, eſſent poſiti in conditione, vt tradit Bero. dicto conſil.57. nu.64. verſic. Præterea illa deciſ. lib. tertio.

Octauo, vt ſit vera, ſi huiuſmodi quali-
17 tas † circa poſitionem in conditione apponatur, ſecus ſi in alia conditione diuiſa, & diuerſa, Pariſ. conſ.86. Ad veram reſolutionem, nu.40. lib.2. remque indubitatam eſſe dixit Cæphal. conſ.517. Illuſtriſſimus Comes. nu.74. lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Maſculinitatis qualitatem, latius operari ad vocationem poſitorum in conditione, cũ filia minus dilecta in aliqua teſtamenti parte vocata reperireutur.*

2 *Maſculinitatis qualitatem, plenius vocationem inducere, cũ teſtator proprias excluſiſſet filias, proximioremque agnatum filio decedenti ſine filijs maſculis ſubſtituiſſet.*

3 *Maſculinitatis qualitatem, precedenti caſu excluſionis propriarum filiarum, & ſubſtitutionis de proximiori agnato, filio decedenti ſine filijs maſculis, non operari, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum.*

C A P. IIII.

1 ADVERTENDVM eſt etiã,† maſculinitatis hanc coniecturã latius procedere, Primò cùm filiæ minus dilectæ, eſſent in aliqua teſtaméti parte vocatæ. Franc. Rip. reſponſ. 1. de ſubſti. in 3. coniectu. & in d. l. centurio, nu. 163. verſic. Ego adhuc ſcholaris, ff. de vulgar. & pup & in l. 1. nu. 9. C. de pact. Soc. d. conſ. 116. In cauſa. col. 5. lib. 3. Corn. conſ. 20. Videtur. col. pen. nu. 19. lib. 4. Socin. iun. conſ. 110. Diu, ante nu. 25. verſ. Et eo magis, lib. 3. vbi allegat Pariſ. conſ. 76. Fatentur, nu. 9. & 10. lib. 2. dicenſq; ipſum ſequi eandem coniecturam in ſimili teſtamento: Sed Pariſius bene loquitur, vbi poſſet ſumi coniectura agnationis conſeruãdæ, verba tamen erant concepta in fauorem ſuperexiſtentium, decedenti ſine filijs maſculis, vt per eum, nec ibi apparet de vocatione fœminarum in aliqua parte teſtamenti, vt eſt caſus iſte. Sed hanc declarationem comprobant expreſsè, Aym. Crauet. conſ. 62. Nobilis Vrbanus. nu. 9. allegat Corn. conſ 207. De pluribus hæreditatibus. col. tertia. nu. 9. verſic. Quantùm autem. libro ſecundo. idẽ Aym. conſ. 130. De anno. col. 3. Curt. iun. conſ. 87. Negari non poteſt. nu. 2. verſic. Sed vltra prędicta. Didac. Toleta. in repet. c. Raynutius. §. 3. nu. 5. in fine. verſic. Poſſet ſanè opin. Guidonis, extra de teſtam. citans Hieronym. Grat. conſ. 3. Viſis capitulis. nu. 19. lib. 1. qui non videtur in terminis probare id, pro quo inducitur ibi, verſic. Tertiò reſpõdeo. Hieronym. Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 767. ff. ad Trebel. Ioan. Cæpha. conſ. 252. Scripſi. poſt nu. 17. li. 2. Franciſ. Mantica in tractat. de coniectur. vlt. volun. lib. 11. tit. 3. nu. 5. verſic. Rurſus hanc etiam coniecturam.

2 Secundò vt magis procedat, †cum teſtator excluſiſſet proprias filias, & proximiorem agnatum filio ſine filijs maſculis decedenti ſubſtituiſſet: tunc enim maſculi in conditione poſiti, vocati dicerentur, Guid. Papæ, q. 299. Teſtator. Caſtrenſ. conſ. 359. ſupraſcriptus Do. Conſultor, col. 1. lib. 2. Iaſ. conſ. 108. Circa primum dubium, col. 3. circa med. verſic. Secundò principaliter moueor, & col. 5. ante med. verſic. Item gloſ. lib. 4. Corn. conſ. 146. In hac conſultatione, ante nu. 21. lib. 2. Curt. ſen. conſ. 75. Dominus Ludouicus, col. 4. nn. 3. & 4. Dec. conſ. 270. Dominus Raynaldus, col. 2. & 3. Soc. in l. cum auus, col. 48. verſic. Tertiò quæritur de quæſtione. Curt. iun. d. conſ. 87. Negari non poteſt, nu. 3. conſ. 43. Habita diligẽti, nu. 8. verſic. Tertiam etiam. Ruin. conſ. 167. Prima videtur conſideratione, nu. 10. lib. 3. Pariſ. conſ. 53. D. Hieronymus, nu. 41. & 42. li. 3. Franc. Rip. in d. l. 1. col. 3. in fi. & ibi Hierony. Cagno. nu. 52. verſic. Procedit etiam. Ioan. Bologn. ante nu 49. C. de pac. idem Rip. in d. l. centurio. nu. 164. verſic. Secunda coniectura. Hieron. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cũ ita, nu. 768. Soc. iu. conſ. 78. Vidi. nu. 16. verſic. & iſta opi. lib. 3. dicens; opi. Guid. Papę dubio procul iſto caſu veram eſſe, conſ. 19. Viſo teſtamento, nu. 32. ad fi. vſque conſilij, lib. 1. conſ. 141. Habita diligenti, nu. 11. cum ſeq. li. 2. Franc. Burſ. conſ. 52. In caſu. nu. 3. verſic. Nã qualitas. lib. 1. conſ. 202. Verba teſtamenti, nu. 18. li. 2. conſ. 301. Non leuis difficultatis, nu. 15. verſic. Primò quia vocatio. li. 3. Iac. Mãdel. Albenſ. conſ. 476. Primus artic. nu. 9. verſic. Quartò teſtator, lib. 3. Purpu. conſ. 32. Viſo teſtamento condito, antè nu. 2. li. 1. Bonifac. Rugerius, conſ. 25. Perilluſtris Comes Scipio. nu. 33. & 34. li. 1. Tibe. Decian. conſ. 44. Quanquàm putem, nu. 2. inter conſ. Port. lib. 1. idem Port. conſ 46. Decreueram, nu. 16. eo. lib. 1. Franciſ. Rip. de ſubſti. reſp. 1. Vt breuius, nu. 11. Io. Cępha. conſ. 114. Mag. D. Bartholomęus, nu. 25. li. 1. Hiero. Gabr. conſ. 115. Fęlix Palinus. nu. 14. Hippol. Rim. conſ. 23. Illuſtris & generoſus, nu. 82. Aug. Bero. conſ. 104. In hac Lucenſi cauſa, nu. 12. lib. 2. & ante nu. 15. conſ. 109. Viſis. col pen. & fi. nu. 11. eod. vol. Franci. Marza. conſ. 4. c. 4. Requiſitus, verſi. Et vtrobique ponit, fol. 39. cẽſ. 5. Lecto teſtamento. fol. 46. verſic. Quam limitationem, conſ. 6. Requiſitus. fol. 54.

Et quàmuis idem Socin. nepos, conſ. 177. Reſolutio. nu. 12. & 18. lib. 2. contrarium teneat, aduerſus Rip. inſurgendo, tamen non eſt recedendũ à priori eiuſdem Soc. & aliorum ſententia, veluti communi, de qua atteſtatur Hier. Cagn. in d. l. 1. poſt nu. 53. reprobando And. Alciat. diſſentientis opinionem, imò Soc. Iu. d. conſ. 78. non ſolum priorem ibi ſententiam cõprobat, ſed Franciſc. Rip. ipſam comprobantem, inſignem Modernum appellat: imo abſque maſculinitatis adiectione, ex ſimplici excluſione fœminarum, iſto caſu, vocatio inducta cenſeretur, vt infra ſtatim dicemus. Quicquid etiam in contrarium concludat Vbert. Zuccar. in d. l. 1. nu. 88. verſic. Hæc concluſio, C. de pac.

In terminis tamen ſtatuti excluſiui fœminarum, dictam declarationem inefficacem eſſe tradit idem Rip. in eadem. l. 1. nu. 9. verſic. Sed ſtante ſtatuto, allegans Corneum, & Socinum, vt per eum ibi. & tenuit Rot. Roman. in vna Bononienſi de Pepulis, Die 13. Nouembris 1566. vt in Deciſ. Robuſterij, incipient. cauſa fuit propoſita.

SVMMARIVM.

1 *Maſculinitatis qualitatem, efficacius prodeſſe ad coniecturandam vocationem filiorum in conditione poſitorum, ſi teſtator dictione maſculorum geminate vteretur; contrarium aſſerentes, nu. 10.*

2 *Geminationem, enixam teſtantis mentem oſtendere.*

3 *Statutum, ſi per verba, quomodocunque & qualitercunque, vel cuiuſcunque ſtatus, ordinis, officij, vel conditionis, & ſimilia loquatur, interpratationem reſtrictiuam non pati.*

4 *Confeſſionem geminatam, fortius operari quam ſimplicem.*

5 *Reſcriptum geminatum, æquiparari reſcripto, cum clauſula, motus proprij.*

6 *Reſcriptum delegationis dicens, tu tu, cenſeri ex eo electam induſtriam perſona.*

7 *Verba enunciatiua geminata, per modum demonſtrationis prolata, diſponere.*

8 *Conditionis geminationem facere, vt nunquam poßit ad ſimilem caſum extendi.*

9 *Geminationis loca indicari.*

Renunciationem filiæ etiam minoris geminatam, læſionis prætextu non annullari.

11 *Maſculinitatis qualitatem plenius operari, ſi vltra ipſam expreſſe vocaſſet fœminas, maſculis non exiſtentibus.*

CAP. V.

1 LAtivs adhuc † procederet Guidonis, & Decij ſententia, ſi teſtator geminatè dictione, maſculorum, vteretur. Cor. conſ. 74. Viſo. col. 2. nu. 9. lib. 2. Cur. ſen. conſ. 75. D. Ludouicus. col. 4. nu. 3. verſic. Præmiſſis tamen, & verſic. Sed ita eſt. Io. Franciſ. Purpurat. inter conſ. Lauren. Sylua. conſ. 53. D. Hierony. poſt nu. 4. verſic. Tertia coniectura. Cur. iun. d. conſ. 87. Præſupponitur. col. 2. in fi. nu. 5. conſ. 113. Pro reſolutione motiuorum. col. 3. nu. 4. verſic. Secũdam facio concluſionem. dicens, illo anno ita fuiſſe cõſultum per multos celeberrimos Doc. cùm caſus contigiſſet in ciuitate Senarũ, verſic. Et tantò magis. Iacob. Mandell. Alben. conſ. 87. Dicebam. nu. 40. libro primo. conſ. 476. Primus articulus, nu. tertio. lib. 3. conſ. 568. Quæſtio mihi propoſita, nu. 22. libro quarto. And. Alcia. conſ. 34. Nullum in propoſito. nu. 6. libro nono. Pariſ. cõſ. 90. Viſis. nu. 16. cõſ. 18. Conſideratis, nu. 36. cõſ. 57. In præſenti cauſa. nu. 10. & 19. conſ. 86. Ad veram. nu. 29. verſic. Et tanto magis, lib. 2. & conſ. 63. Capiendo. nu. 11. eo. vol. & conſ. 5. Viſo teſtamento. col. 3. nu. 20. conſ. 50. Ex teſtamento condito. col. 3. nu. 21. lib. 3. Ludouic. Gozad. conſ. 64. In cauſa. nu. 9. verſi. Tertiò quoties. Marc. Mantua conſ. 22. In præſenti caſu. nu. 69. Io. Cæpha. conſ. 114. Mag. D. Bartholomæus. nu. 24. lib. 1. cõſ. 251. Quoniã. nu. 77. lib. 2. conſ. 476. Inſignis Eques. nu. 14. lib. 4. Socin. cõſ. 62. Viſo capitulo ſubſtitutionis. col. 2. poſt nu. 4. verſic. Et præſertim, ex quo ſæpius repetita ſunt. lib. 3. Hippol. Rimin. conſ. 21. Illuſtriſſimus Comes Franciſcus. nu. 43. verſic. Et præter relatos. vbi de magis communi, & conſ. 23. Illuſtris, & generoſus. nu. 82. & 83. conſ. 123. In hoc dubio, nu. 13. verſic. Vna autem, li. 2. conſ. 456. Quoniam in princ. nu. 43. verſic. Tertia coniectura concurrit, lib. 4. conſ. 676. Magnificus D. Camillus, nu. 23. verſic. Sed vtcũque ſit. eod. vol. Auguſt. Bero. conſ. 104. In hac Lucenſi cauſa. ante nu. 15. verſic. Septimò colligitur. lib. 2. idem Marc. Mãtua in Gloſſario iuris, in dialogo denar. capit. 37. Filij in conditione poſiti. col. 1. verſic. Vel ſi filij, in 6. claſſi, fol. 216. Tibe. Decia. conſ. 44. Circa primum, nu. 15. lib. tertio. quem refert, & ſequitur Franciſcus Mantica in tractat. de coniect. vltim. vol.

lib.

lib. 11. tit. 3. col. 7. adhuc Decian. conſ. 31.
Ardua profectò, nu. 118. verſic. Quæ con
iectura, lib. 1. conſ. 103. Quæritur ergò, nu.
14. lib. 2. Simon de Præt. lib. 3. interpr. vlti
ma. volun. ſol. 3. nu. 17. Ioan. Botta de ma
gis communi opinio. atteſtans conſ. 28.
Dominus Ioannes Maria. nu. 12. verſic. nec
mihi dicatur. Ioan. Petrus Surd. conſ. 96.
Magnificus Dominus Dominicus. nu. 31.
verſic. Præſertim hoc caſu. Iacob. Menoc.
conſ. 393. Reſpondi. nu. 14. lib. 4. Franciſc.
Turturell. conſ. 394. Si cum textu. nu. 10.
inter conſ. eiuſdem Menoch. eodem vol.
Petr. Io. Anchar. q. 31. Inſtituit Caius, nu.
2. lib. 3. Bonifac. Rugerius conſ. 25. Peril-
luſtris Comes Scipio. nu. 36. & nu. 50. ver
ſic. Quarto loco, lib. 1. conſ. 27. In cauſa
iſta. nu. 39. conſ. 50. In hac facti contingē-
tia, nu. 52. eod. vol. Petr. Anton. de Pet. in
tract. de fideicom. prohib. q. 9. nu. 183. ver
ſic. & procedit. & nu. 205. in 9. coniect. ver
ſic. & de reiteratione. Franciſc. Burſat. cōſ.
301. Non leuis difficultatis, nu. 22. verſic.
Verum ſtante dicta geminatione, li. 3. poſt
Gratum, Pariſium, Decianum & Zanchū
quós ipſe citat. Paul. de Monte pico, conſ.
96. In hac graui cauſa, nu. 67. verſic. Secun
da eſt. Anton. Galea. Maluaſia. conſ. 76. In
cauſa Alberti, nu. 17. verſic. & hoc eo ma-
gis, & nu. 28. verſic. Quod maxime proce
det, lib. 1. & præclariſſimus ac doctiſſimus
Iuriſconſultus Dominus Alexander Rau
denſis, conſ. 36. Teſtamentū hoc, nu. 215.
verſic. Tum quia ſæpius, col. 3. fo. 203. Ge
2 minatio namque † enixam, & latiorem te
ſtantis denotat voluntatem. l. baliſta. ff. ad
Trebel. l. 1. in princip. C. de erro. calcu. A-
lex. conſ. 118. In caſu. col. ſecūda nu. 5. lib.
3 5. Hinc dixit † Salicet. in l. ſi ſerui veſtri, in
3. col. C. de noxal. quòd verba quomodo-
cunque, & qualitercunque appoſita in ſta
tuto, vel nullus cuiuſcunque ſtatus, ordi-
nis, officij, vel conditionis, & ſimilia, impe
diunt ſtatutum poſſe pati interprætatio-
nem reſtrictiuam: quem refert Alexan. d.
conſ. 118. d. nu. 5. vnde operantur compre
henſionem hominum alterius profeſſio-
nis, gloſ. ſingula. in l. promittendo. ff. de
iure dot. Alexan. conſ. 123. Scripſit. nu. 8.
lib. quarto.

Et idem Alexan. conſ. 115. Viſo thema-
te. nu. 11. verſic. Accedit etiam. lib. 4. tradit
4 quòd † confeſsio geminata, multò plus
operatur quàm ſimplex.

Facit doctrina Bald. in l. nec damnoſa.
C. de precib. Imperat. offerend. vbi dicit
5 quòd geminatum † reſcriptum, æquipara
tur reſcripto cum clauſula motus proprij,
quodq; tradit idē Bal. in cap. fin. de offic.
delegat. quòd ſi in reſcripto delegationis
6 dicatur, † tu tu, cenſetur electa induſtria
perſonæ, vbi aliàs ſecus eſſet, quem re-
fert, & ſequitur ibi Cardinal. Florentin.
Et quod tradit Paul. de Caſtr. in l. ex hac
ſcriptura, de donat. dicens, verba enuncia
7 tiua † geminata, per modum demonſtra-
tionis prolata, diſponere: & quod voluit
Lud. Goza. in conſ. 4. Prima facie, nu. 25.
8 quòd geminatio conditionis, † facit vt nū
quàm poſſit extendi ad caſum ſimilem, ad
quem aliàs fieret extenſio, arg. no. in clem.
1. de iu. patr. & per Moder. in l. ſi cōſtante.
ff. ſol. matr. & cum plura poſſem recenſe-
9 re, ſufficiat remiſiſſe † ad Ludoui. Gozad.
conſ. 70. Vt omnis, nu. 7. conſ. 102. Vide-
tur. nu. 6. vbi quòd inducant fideicommiſ
ſum, Nicol. Bell. conſ. 6. Viſo teſtamento,
nu. 5. conſ. 8. Reſpondendo, nu. 11. & 12.
conſ. 13. Caſus iſte. nu. 14. Aym. conſ. 105.
Caſus talis eſt, nu. 4. Rolan. conſ. 71. Vi-
ſis, nu. 50. lib. 2. Soci. iun. conſ. 67. Prima
præſentis conſultationis. nu. 45. lib. 2. cōſ.
31. In cauſa. nu. 5. conſ. 77. Licet. nu. 107.
conſ. 78. Inſpecto tenore. nu. 7. conſ. 98.
Dubia. nu. 11. cōſ. 133. Quia. nu. 5. & 134.
Circa. nu. 24. lib. 1. conſ. 12. Quoniam. nu.
17. conſ. 13. Reſolutio. nu. 2. & 94. Quoniā.
lib. 4. Cur. ſen. conſ. 49. Recolendæ memo
riæ. nu. 86. Ferdinan. de Loaz. in l. filiusfa
mil. §. Diui. nu. 13. cum ſeq. de leg. 3. Mat-
the. de Affl. in conſtit. Incōſutilem. nu. 57.
deciſ. 236. Petrus. num. 3. Annibal Troyſ.
Cauenſ. in Rit. 35. nu. 4. Quibus congruit.
adderem nouem conſilia Io. Cępha. conſ.
25. Mora. nu. 2. conſ. 35. In cauſa. nu. 11.
conſ. 40. Magnifica Communitas. nu. 8. &
51. D. Laſia. nu. 18. conſ. 90. Guilielmus.
nu. 29. cum ſeq. & 63. Sententia. nu. 18. &
133. Multa ſunt. nu. 115. conſ. 135. Anno
Domini. nu. 12. & 142. Magnifica Hiero-
nyma. nu. 54. lib. 1. Dec. conſ. 637. Viſa
prohibitione. nu. 14. & conſ. 666. Viſa co-
pia. nu. 4. in quibus locis latè traditur miri
fica virtus, & efficacia geminationis, & ali
bi paſſim, ſed referre longum eſſet: Illud
tamen non prætericrim, renunciationem
filię etiam minoris geminatam, læſionis
prætextu inualidam non reddi, Dec. conſ.
181. Satis nota eſt quæſtio, nu. 2. verſic. Se
cundum eſt. Anton. Rub. Alex. conſ. 133.
Viſo caſu, nu. 9. conſ. 139. Viſo & diligen-
ter conſiderato, nu. 2. Socin. iun. conſ. 50.
Viſo elegantiſſimo conſilio, nu. 21. in fin.
conſ. 67. Prima præſentis conſultationis,

nu.49.lib.2.Didac. Couar. in c.quàmuis, in fi.nu.6.in 8.conclu. de pact.in 6. quod etiam ſcripſit Illuſtriſſimus Dominus CAROLVS ANTONIVS PVTEVS Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Piſarum, in conſ. vnico, incip. Præſupponitur, quòd quidã Illuſtris, nu.64.verſ. Tertiò rñdetur, inter conſilia Sfortiæ Oddi Peruſini inſerto, fo. 317. hic CAROLVS ANT. Antiſtes, ille eſt Iuriſconſultus, qui indefeſſo labore, ac cõtinuis vigilijs omnes illuſtres ſcientias cõplexus fuit, potiſsimumq́; ius Pontificiũ atque ciuile, vt nil penitus intactum ac inuiſum quod ad legum ſcientiam pertinet dereliquerit, & quod pereximium admirandumq́; eſt, profundiſsimæ omnium rerum nobilium memoriæ, rectiſsimum purgatiſsimumq́; iudicium contexuit, ſapientiæ iuſtitiam, prudentiæ animi candorem illæſum, excelſæq́; eius nobilitati clementiam addidit.

10 Non tamen defuere, † qui in geminatione maſculinę qualitatis, contrarium tenuerint, Rapha.Cuman.conſ.122. Gerardus. per totum, Pariſ.conſ.31. conſiderato primo caſu, nu.19.lib.2.conſ.87.vidi & legi.nu.26.cum ſeq.eod.vol. Auguſt.Ber. conſ.84. cum ex facti ſerie.nu.75.lib.2.& Paul.de Monte Pico ſibi parum conſtans. cõſ.99. Audita, nu.70.verſic.Neque ideo magis. ſed non eſt à priori opin.tanquam communi recedendum. Et latius hæc coniectura maſculitatis procederet, ſi eſſet dictum de maſculis, ex linea maſculina deſcendentibus, ſecundum Tiber. Decian. conſ.44. num.19. lib.3.refert, & ſequitur Franciſc.Mantic.in tractat.de coniect.vlt. volunt. lib.11. tit.3. col.7. Nec omittam cum Rapha. Cuma. Pariſ. & Beroo ſentire Iacob.Berret.conſ.74. Hæc cauſa. poſt num.11. verſic.ſanè nihil magis, ac etiam Rot.Rom.in vna Bonon.de Pepulis, deſuper allegata, vt per Dom.Robuſter.die 13. Nouembris 1566. & deciſ. incip. Cauſa fuit.Sed Curtij ſen.& aliorum opinio, pro qualitate maſculinitatis geminata, vti cõmunis, ſequenda eſt.

11 Quartò † ſi vltra dictionem, maſculis, expreſsè vocaſſet fœminas, maſculis non exiſtentibus, Curtius iunior conſ.48. Præſupponitur. col.pen.nu.7.Hieron.Zanch. in d.l.hæredes mei. §. cum ita. nu.769.& quicquid de Franciſc.Ripa ibi dixerit, ſuper huiuſmodi declaratione dubitante, non eſt à Curtio recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Maſculos in cõditione poſitos, ex ipſa maſculinitatis qualitate vberius diſpoſitiuè vocatos cenſeri, cum ſubſtitutus nomen, & arma teſtatoris, linea deficiente deferre iuſſus eſſet, & nu.46.& 58.*
2 *Arma, & gẽtilitia inſignia, memoriam defunctorum ſeruare.*
3 *Officium iudicis, pro armis ad memoriam defunctorum conſeruandam impartiri, licèt actio non detur.*
4 *Statuti expreſſionem illam, præterquàm in domibus, & caſamentis, agnationis maſculorumq́; fauorem reſpicere.*
5 *Arma domus reuulſa conſpicere, lugubre eſſe.*
6 *Iura tria antiquis fuiſſe, agnationis, gentilitatis, & ſtirpis: gentilitatis autem nobilium, qui imagines generis proferre poterant.*
7 *Gentiles qui.*
8 *Claudiorum familiam in Pulchros patritios, & Marcellos plebeios conſtitutam.*
9 *Nomen pro gentili familia acceptum.*
10 *Patritios, lege xij.tabularum, excluſo fiſco, hæreditatem cuiuſlibet ſui nominis, gentilitatis iure ad ſe traxiſſe.*
11 *Patritijs furioſorum cuſtodiã, eadem xij.tabularum lege ſpectaſſe.*
12 *Agnatis gentilibusq́; deducendum quempiã vti mente captum eſſe, prouerbio dictum.*
13 *Seruis iura gentilitatis nunquàm fuiſſe oſtenditur.*
14 *Priſcos Romanos ſingulis ſeruis cõtentos fuiſſe, quod in numeroſis familijs intercidit.*
15 *Gentiles, Cognomines etiam fuiſſe dictos.*
16 *Imagines, pro nobilitate acceptas fuiſſe.*
17 *Imagines familiarum, ex geſtis honoribus.*
18 *Imaginum ius, niſi ei qui Magiſtratum Romæ geſſiſſet, non fuiſſe.*
19 *Imagines ſubita.*
20 *Imagines, ex Budæo, ſtemmata appellari.*
21 *Imaginum vſus, & diſcrimen, & nu.24.*
22 *Galba Imperatoris nobilitas.*
23 *Stemmata, quid ſignificent.*
25 *Imagines in funeribus ad gentilitatem oſtẽdendam, more Romano ductas; & nu.12.*
26 *Funerum antiquorum cæremonia.*
27 *Inſignia gentilitia, quæ vulgo arma vocantur, virtutis præmia fuiſſe, & nunquid vice imaginum ſucceſſerint.*
28 *Imaginum ius, apud Italos, iſtis etiam temporibus obſeruari, ac ſtemmata cuſtodiri.*
29 *Inſigniorum, ſiue armorum vſus, nunquid veteribus fuerit, & vnde, ac quando inualuerint, & nu.33.41.42.*

Aqui-

30 *Aquilam, quam Romani milites in militia habebant, non clipeo depictam, ſed fuſilis impoſitam fuiſſe.*

31 *Draconarij qui.*

32 *Vexillationum ſigna, in antiquis numiſmatis comperta.*

34 *Inſignia gentilitia, ſeu arma, à militia primùm originem traxiſſe.*

35 *Vrbes vetuſtas, populosq́ inſignijs vſos, & quæ fuerint.*

36 *Amiterni Samnitum inſignia, Leonem fuiſſe inueniri.*

37 *Galeas inſignijs, ſiue armis, veteres iunxiſſe, ad altiorem dignitatis militaris gradū ſignificandum.*

38 *Galeata inſignia, ſiue arma, ob ſolum militiæ meritum, deferentes, maximum nobilitatis ſignum oſtendere.*

39 *Galea in inſignijs quæ ſit dignior; populares, ignobilesq́ galeatis inſignijs non vti, ad quorum geſtationem, ſola nobilitas non ſufficit, ſed dignitas cum nobilitate exigitur.*

40 *Inſignia gentilitia inimicorum deuictorū, captis vexillis, aliquos decoraſſe, quod Hiſpanis Illuſtribus nonnullis familijs frequens fuit.*

43 *Carolus Magnus.*

44 *Familias ſine inſignijs, ſeu armis, generis ignobilitatem præſeferre.*

45 *Inſigniorum, ſiue armorum definitio, & vnde dicta.*

47 *Bannitorum ex cauſa proditionis, inſignia, ſiue arma, in dedecus abradi, ac deſtrui, veteris inſtituti exemplo, quo imaginum, ac nobilitatis iura, damnatione rei amittebant.*

48 *Inſigniorum ius, non tranſmitti, ſicut nec ſepulchrorum.*

49 *Inſignia, ſiue arma impune non deleri, deq́ illicita armorum capellis affixorum abraſione, vel deſtructione.*

50 *Inſigniorum, vel armorum abraſionem, non aliter quàm in domini dedecus fieri.*

51 *Inſignia aliena vſurpare, iniurioſiſſimum dici.*

52 *Inſigniorum, ſiue armorum cauſa, nunquid ad ſingulare certamen deueniretur.*

53 *Inſignia gentilitia, ſiue arma familiarum, nunquid ſpurijs competant.*

54 *Inſignia vnius familiæ, quando alia vetita ſint, & quæ in pari iure deferendi præferatur.*

55 *Conditionem, nomen honeſtum teſtatoris aſſumendi, eiusq́ arma geſtandi honeſtum, facile, voluntariumque praeceptum continere. & nu. 62.*

56 *Conditionem, honeſtum nomē teſtatoris aſſumendi, eiusq́ arma gerendi, licèt primū difficilis videatur, reijciendam non eſſe.*

57 *Conditionem, nomen aſſumendi, inſigniaq́ geſtandi, licèt in facto conſiſtat, faciliorē quàm quæ in dando eſt, cenſeri.*

59 *Reip. intereſſe, per digniores ordines regi.*

60 *Maſculos præferri fœminis in ſucceſſionibus reipub. intereſſe.*

61 *Maſculis, legem in nonnullis magis, quàm fœminis deferre.*

62 *Præceptum teſtatoris, iuſtam cauſam habere, nec modum cenſeri, ſi in eius honorem, ac memoriæ conſeruationem dirigatur.*

63 *Linea maſculina, quando deficere dicatur.*

64 *Subſtitutum ſub conditione, teſtatoris arma geſtandi, non teneri illa gerere, niſi ſubſtitutionis caſu ſubſequuto.*

65 *Arma, vt dicunt, vel inſignia domus, nunquid in fideicommiſſarium tranſeant, vel penes directum hæredem remaneant.*

66 *Bartolum Iuriſconſultum celeberrimum, à Laurentio Valla in vocis armorum vſu, iniuſte reprehenſum fuiſſe.*

67 *Adoptatos, & adrogatos gentilitia inſignia patris adoptantis, ſiue arrogantis geſtare poſſe.*

68 *Inſigniorum geſtandi ius, ſolis agnatis competere.*

69 *Adoptione, in filium ius agnationis transferri.*

70 *Inſignia adinuenta, ſiue retenta fuiſſe, ad familias cognoſcendas, agnationesque diſtinguendas.*

71 *Argumentum de nomine familiæ ad inſignia, & e contra, validum eſſe.*

72 *Inſigniorum identitatem, agnationis identitatem ſignificare.*

73 *Liberos in conditione poſitos in Maioratibus, vocatos eſſe.*

74 *Liberos poſitos in conditione, cenſeri in diſpoſitione, vbi de primogenitis mentio fieret, qui tantum ſuccedere deberent.*

CAP. VI.

QVINTÒ Guidonis Papę coniectura latius procederet, atque liberius, cùm teſta-
1 tor † maſculorum deficiente linea, ſubſtitutum, nomen & arma eiuſdemmet teſtatoris deferre iuſſiſſet: apparet enim perennē eius familiam reddere tūc voluiſſe, quod Franciſc. Rip. aſſeruit in l. 1. nu. 10. verſic. Alias etiam. C. de pact. & in l. centurio. nu. 164. verſi. Qua ratione. ff. de vulg. & pupil. vtrobique dicens, filios maſculos ob id ſubſtitutos

tutos cenſeri ſe reſpondiſſe, vt verè reſpon
dit, de ſubſtit. reſp. 1. incip. Vt breuius. col.
2. num. 11. verſic. Quæ coniectura. fol. 73.
idem etiam concludunt Pariſ. conſ. 19. ad
reſolutionem. nu. 34. lib. 2. And. Alc. conſ.
34. nullum. nu. 4. lib. 9. citans Curt. ſenio-
rem. conſ. 75. Dom Ludouicus. idemq́ue
Alciat. conſ 114. Narratione. num. 8. eod.
9. vol. Ioan. Cæphal. conſ. 251. quoniam.
num. 83. verſic. Quibus accedat, quod in-
quit Rip. lib 2. Hippoly. Riminal. conſ. 23.
Illuſtris, & generoſus Comes. nu. 78. &
88. Celſ. Hug conſ. 20. in præſenti conſul
tatione num. 40. Franc. Mant. in tract. de
coniect. vlt volunt. lib. 11. cap. 3. nu. 6. ver-
ſicu. Idem etiam Ripa fol. 261. Franc. Mar
zar. conſ. 4. viſo & perlecto. num 1. verſic.
Dum prouidit, & nu. 11. verſi. Quæ conclu
ſio. fol. 30. cuius conſilij meminit in epit.
q. 19. in eodem conſi. cap. 4. requiſitus. ver
ſicu. Et hanc concluſionem, nu. 41. fol. 33.
conſ. 6. lecto teſtamento. nu. 8. fol. 43. ver-
ſicu. Præterea quando. conſ. 7. Requiſitus,
nu. 7. fol. 45. Aym. Crauet conſ. incip. An-
no 1513 pro Illuſtri Comite Iulio Seſſio
reddito, inter cõſ eiuſdem Marzar. fol. 36.
verſic. Tertiò, ratio facilior, inducens Ca-
rolum Ruin. vt per eum. Iacob. Menoch.
conſ. 204. & ſi difficilis. poſt nu. 64. lib. 3.
2 Arma etenim iſta, † & gentilia inſignia, me
moriam defunctorum conſeruant, ſecun-
dum Io. de Anan. conſ. 86 pro expeditio-
ne. nu. 2. Valentis, lib. 11. fideicommiſſo-
rum argumento: legatam enim munici-
pio pecuniam, vt ex reddi tu venatio, aut
ſpectacula edantur, iure Senatus in eas
cauſas vetat impendi: in id autem quod
maximè neceſſarium municipibus vide-
tur, conferri permittit, vt in eo, inquit, mu
nificentia eius qui legauit, inſcriptione no
tetur; ibiq́ue Ludou. Bologn. nu. 3. Apud
roſtra eorum bene geſta, armaq́ue veteres
proinde collocaſſe: ac pro ipſis, licèt actio
3 non † detur, officium tamen iudicis, ad de-
functorum memoriam conſeruandam ori
ri, Pomponij lib. 8. ad Q. Mutium autho-
ritate ibidem concludit; Andr. Alc. conſ.
101. filium Agneſis. num. 17. tomo 3. lib. 9.
Hinc inter reſponſa Angeli dixit Pal. con-
ſil. 68. Martinus, col. 2. verſic. Et quòd talis
mens fuerit, quod repetitum legitur con-
ſil. 280. exceptionem illam ſtatuti Floren-
4 tini, † Præterquàm in domibus, & caſamẽ
tis; agnationis fauorem, inquit, reſpicere,
& propriè maſculorum ſuperexiſtentium,
quibus grauiſſimum eſſe dignoſcebatur,
domos progenitorum, in quibus ipſorum
nomen, & fama viguit, ad extraneos deuo
lutas, imaginesq́ue maiorum, arma ſcili-
cet, & inſignia reuulſa conſpicere. Prohi-
5 hibuit † itaque Imperator Conſtantinus
aduerſus tutores, domum in qua defecit
pater, minor creuit, alienari: in qua maio-
rum imagines, aut non videre fixas, aut re-
uulſas, vt dixi, videre, ſatis eſt lugubre, hoc
q́ue armorum, & inſigniorum argumento,
ad æternitatem nominis teſtatoris, Vlda-
ric Zaſ. etiam vſus eſt, conſil. 2. Nobilis, &
ſtrenuus vir. nu. 32. verſic. Cuius rei. iſtud
tamen armorum negocium, latiori qua-
dam interpretatione indigere videtur; vt-
6 q́ue Gulielm. Bud. inquit, tria erãt † apud
antiquos iura, agnationis, gentilitatis, &
ſtirpis: ſed nobiliorum videtur fuiſſe gen
tilitas, eorum ſcilicet, qui imagines gene-
ris ſui proferre poterant, quod Cicero in
Topicis ex Q. Mutij definitione aſſerit:
7 Gentiles ſunt, † qui inter ſe eodem nomi-
ne ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quo
rum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit,
qui capite non ſunt diminuti. & rurſus Ci
cero de Oratore 1. Quid qua de re inter
Marcellos, & Claudios patritios, centum
viri iudicarunt? cùm Marcelli ab liberto
filio ſtirpe, Claudij patritij eiuſdem homi
nis hæreditatem gente ad ſe redijſſe dice-
rent, non ne in ea cauſa fuit oratoribus,
de toto ſtirpis, ac gentilitatis iure dicen-
dum? quibus verbis, gentem in patritijs
eſſe, in plebeis ſtirpem, Cicero oſtendit:
8 erat autem duplex Claudiorum † familia,
altera patritia, altera plebeia, nec potentia
minor, nec dignitate, vt Tranquillus in Ti
berio eſt autor. plebeiam autem Marcel-
lorum fuiſſe, patritiam Pulchrorum tra-
dit Pedianus in Ciceronis orationem pro
M. Scauro: videturq́ue cùm ſine hærede
mortuus fuiſſet aliquis Claudius, liberti-
næ conditionis vir, inter patritios exortam
litem, & Marcellos, quod Marcelli (erant
enim & ipſi Claudij, ſed plebei) ex eorum
ſtirpe ortum, vel ab aliquo ſtirpis ſuæ ma-
numiſſum aſſerebant, patritij iure gentis
hæreditatem vendicabant. Ciceroniſq́; lo
cũ enarrãs Boetius. Gentiles ſunt, inquit,
qui eodem nomine inter ſe ſunt, vt Scipio
nes, Bruti, & cęteri. Quid ſi ſerui ſunt, num
vlla gentilitas eſſe poteſt? minimè. quid
ſi libertinorum ciuium Romanorum eodẽ
nomine nuncupentur? num gentilitas vl-
la eſt? ne id quidem, quoniam ab antiqui-
tate ingenuorum, gentilitas dicitur. & Va
lerius Maximus author eſt, à Q. Metello e-
iuſdem nominis viros exhæredatos, hoc
eſt

eſt agnatos, gentileſque ſuos, vt hinc non
immeritò Andreas Alciatus ad Corne-
lium Tacitum annotauerit, libro duode-
cimo. dum inquit, Rogata lex, qua in fami
liam Claudiam, & nomen Neronis tran-
9 ſiret, nomen † pro gentili familia accipi.
10 Exiſtimatur † autem id iuris patritijs fuiſ-
ſe, vt excluſo fiſco ex lege xij. tabularum,
cuiuſlibet cognominis ſui hæreditatem,
gentilitio iure ad ſe traherent: hac lege et-
enim ſic ſancitũ erat: Si paterfamilias in-
teſtatns moritur, familia pecuoiaque eius
agnatorum, gentiliumque eſto; gentiles
itaque propriè patritij inter ſe dicebãtur.
Tacitus Hiſt. lib. 11. Paucis iam reliquis fa
miliarum, quas Romulus maiorum, & L.
Brutus minorum gentium appellauerant,
exhauſtis etiam quas Dictator Cæſar lege
Caſſia, & Princeps Auguſtus lege Senia
ſublegere. T. Liuius lib. 10. de Patritijs lo
quens, Semper iſta audita ſunt, penes vos
auſpicia eſſe, nos ſolos gentem habere. Ad
11 quos furioſorum † cuſtodiam ſpectaſſe iu
re geotilitatis certum eſt. Si furioſus exi-
ſtat, inquit lex xij. tabularum, quam Ci-
cero ad Herennium refert, agnatorum, gẽ
tiliumque in eo, pecuniaque eius, poteſtas
eſto. Varro lib. 1. rerum Ruſticarum, de vi
tibus loquens: Duo, in primis ſpectaſſe vi-
dentur Italici homines in colẽdo, poſſent
ne fructns pro impẽſa, ac labore reddere,
& vtrum ſaluber locus eſſet, an non, quo-
rum ſi alterutrum decollat, & nihilomi-
12 nus vult colere, mente eſt captus, † atque
ad agnatos, & gentiles eſt deducendus.
Columella lib. 1. Porcius quidem Cato
cenſebat, in emendo agro, inſpiciendo-
que, pręcipuè duo eſſe conſideranda, ſalu-
britatem cœli, & vbertatem loci, quorum
ſi alterutrum deeſſet, & nihilominus vel-
let incolere, mente eſſe captum, atque eũ
ad agnatos, & gentiles deducendum. Prę-
13 dictis † Plinij lib. 33. cap. 1. minimè obſi-
ſtit authoritas, ſeruis etiam iura gentilita-
tis fuiſſe ſentientis, q Singuli Marcipores
Luciporesve Dominorum geotiles, vitam
in promiſcuo habebant. Quibus verbis ſi-
14 gnificat, priſcos Romanos † ſingulis ſeruis
contentos fuiſſe: quare Marcipores quaſi
Marcipueri, vel Lucij vocabantur, quaſi
miniſtri, & aſſeclæ, vt Gręci παῖδας vocant
ſeruos, quod in numeroſa familia poſtea
fieri non potuit. Fabius in 1. In ſeruis, in-
quit, iam intercidit genus illud nominis,
quod ducebatur à domino, vnde Marcipo
res, Poblipores. Cùm Andreas Alciatus
id olim fuiſſe arbitretur, & ante xij. tabula-
rum leges, Parergon. lib. 1. cap. duodeci-
mo. Sed Aodreas Tiraquellus de Nobili
tate, cap. 2. nu. 53. poſteriore tempore, gen
tiles etiam dictos eſſe, qui à ſeruis ſunt o-
riundi, Plinij authoritate fretus aſcripſit;
Omni tamen tempore ſeruis iura gentili-
tatis fuiſſe incognita, vti gentilitate indi-
gnis dixerim, ex Q. Mutij, Ciceronis, ac
Boetij definitiooe, cum extra originis ra-
15 tionem, cognomine, † gentiles etiam di-
cerentur; vnde Cicero, Seruium Tullium,
qui Romanorum Rex fuit, gentilem ſuum
in Tuſculanis vocat. Proinde Plinius, Cũ
ſerui à prænominibus Dominorum, no-
men deducerent, gentiles ipſos appella-
uit, etſi omni gentilitatis vero iure caruiſ-
ſent. Vtque ad imagines redeam, inde Trã
quillus in Veſpaſiano, Flauia gens, inquit,
obſcura illa quidem, & ſine vllis maiorũ
imagioibus, ſed tamen Reipub. nequaquã
16 pœnitenda. vnde imagines † pro nobili-
tate generis accipi ſæpè ſolent. Cicero de
L. Agraria, ſignificans ſe nulla generis no-
bilitate renidentem, Conſulem tamen fa-
ctum, ita ad Populum inquit: Quemad-
modum cum petebam, nulli me vobis au
thores generis mei commendarunt, ſic ſi
quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quę
me à vobis deprecentur. Idem in Piſonẽ,
Obrepſiſti ad honores errore hominum,
commendatione fumoſarum imaginum,
quarum ſimile nil habes præter colorem.
hoc autem ius quæſijſſe ſe ab Aedilitate
geſta, his verbis refert Cicero, vltima in
Verrem actione, Ob earum rerum laborẽ,
ac ſolicitudinem, fructus illos datos, anti-
qniorem in ſenatu ſententiæ dicendæ lo-
cum, togam prætextam, ſellam curulem,
ius, imagines, ad memoriam poſteritatẽ-
que prodendam. Ex quo loco apparet, Bu
17 dæus aſſerit, ex honoribus geſtis, † imagi-
nes familiarum comparari, aut etiam reti
neri ſolitas eſſe: vnde in principio legis
Agrariæ, Eſt hoc in more poſitum Quiri-
tes, inſtitutoque maiorum, vt ij qui bene-
ficio veſtro imagines familiæ ſuæ conſecu
ti ſunt, eam primam habeant concionem,
qua gratiam beneficij veſtri, cum ſuorum
laude coniungant. & conſentit Alciatus
18 lib. Parerg. 11. cap. 30. dicens † non fuiſſe
ius imaginum, niſi ei qui in magiſtratu
Romæ fuiſſet, quod Ciceronis eadem au
thoritate in Verrem comprobat. Connani
etiam lib. 2. Comment. iur. ciuil. cap. 12.
poſt nu. 2. authoritatem ſubijcio, qua hoc
ius imaginum, non tam nobilitatis, & ge-
neris, quàm virtutis eſſe inſigne concludi-
tur:

tur: quanquàm & generis etiam: Nam qui imagines familiæ & generi ſuo conſequebantur, haud dubium quin & nobilitatem afferrent. ſed neſcio quid maius, inquit, & excellentius erat, poſſe vti imaginib. deque illis Horatius lib. 1. Satyra 6. Et famæ ſeruit ineptus: Qui ſtupet in titulis & imaginibus. & Propertius, lib. 1. Eleg. 5. Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti, Neſcit amor priſcis cedere imaginibus. Plinius ad Spurinam lib. ep. 5. Mirè cupio ne nobiles noſtri in domibus ſuis pulchrum, niſi imagines habeant. & lib. 8. ſu-
19 biras imagines † appellat, nobilitatem parum antiquam, ſed repentè fortunæque beneficio quæſitam. Neque enim ardentius tu pronepotes, quàm ego liberos cupio, quibus videor à meo tuoque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus. Valerius Maximus lib. 3. cap. 8. quod de Conſtantia eſt, ſine vllis imaginibus nobilem animum. & Seneca ad Gallionem, inuenies bonam vxorem, ſi nihil quæris niſi bonam, dummodo ne imagines, proauoſque reſpicias. Huc ſpectant quæ apud Liuium legimus lib. 35. Quę expectare territa iam clade ciuitas non poterat, eo decurſum eſt, vt à populo crearetur qui pro dictatore eſſet: res inde geſtas, gloriamque inſignium ducis, & augendæ titulum imaginis poſteris. & lib. 40. in deſcriptione triumphi Scipionis. Primus certe hic Imperator nomine victæ abs ſe gentis eſt nobilitatus, exẽplo deinde huius nequaquã victores pares inſignes imaginum titulos, claraque cognomina familiæ fecerunt. Vlterius antiquiſſimum vſum imaginum eſſe oſtendit Virg. 7. Aeneidos.

Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro Italusq; paterq; Sabinus,
Vitiſator curuam ſeruans ſub imagine falcem,
Saturnusq; ſenex, Ianiq; bifrontis imago,
Veſtibulo aſtabant: aliq; ab origine reges:
Martia qui ob patriam pugnando vulnera paſſi,
Multaq; præterea ſacris in poſtibus arma
Captiua pendent, currus, curuaq; ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaq; clypeiq; ereptaq; roſtra carinis.
Ipſe Quirinali lituo, paruaq; ſedebat
Succinctus trabea, læuaq; ancile gerebat,
Picus equũ domitor: quem capta cupidine coniux
Aurea percuſſum virga, verſumq; venenis,
Fecit auem Circe, ſparſitq; coloribus alas.

20 Hæ imagines, † ſtemmata etiam vocabantur Budæi ſententia, vt in illo, inquit, Satyrici loco, Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus Maiorum, & ſtantes in curribus Aemilianos? Quis fructus generis tabula iactare capaci, Fumoſos Equitum cum dictatore magiſtros, Si coram Lepidis malè viuitur? Sed ſtemmata ab imaginibus differre, Plin. author eſt,
21 lib. 35. Apud maiores † in atrijs imagines erant, quæ ſpectarentur, expreſſi vultus ſingulis diſponebantur armarijs, vt eſſent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, ſemperque defuncto aliquo totus aderat familię eius, qui vnquam fuerat populus: Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas: Tablina verò codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum: aliæ in foribus, & circa limina animorum ingentium imagines erant, affixis hoſtium ſpolijs, quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam dominis mutatis, domus ornamenta erant. hactenus Plin. & Tranquillus in Nerone, obiectum eſt Caſſio Longino quod in vetere gentilium ſtemmate C. Caſſij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet: rurſus
22 in Galba, Neroni Galba † ſucceſſit, nullo gradu contingens Cæſarum domum, ſed haud dubiè nobiliſſimus, magnaque & veteri proſapia, vt qui Imperator in atrio ſtẽmata propoſuerit, quo paternam originẽ ad Iouem, maternam ad Paſiphaen Minois vxorem referret. Perſius Satyra 3. Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.
23 verbum eſt Græcum, † quemadmodum & genealogia, ac veteribus, pro ipſa graduum, vt ita dicam, arbore, cum imaginibus ſuis locis appoſitis acceptum. Perſius, Stemmate quòd Tuſco ramum milleſime ducis. Paulus I. C. lib. 4. ſententiarũ. Stemmata cognationum, directo limite in duas lineas ſeparantur, quarum altera ſuperior eſt, altera inferior: ex ſuperiore autem, & ſecundo gradu tranſuerſæ lineæ pendent, quas omnes latiore tractatu habito, in librum ſingularem contexuimus. ex Græco deriuationem, Andreæ Alciato lib. 1. Parergon, cap. 30. Andreæque Tiraquello in tractatu Nobilitatis, diſcutiendam relinquo. ex eodem Plinio imagines alias pi-
24 ctas † penicillo, ad quas ſtemmata lineis diſcurrebant, proſapiam ex gradibus indicantes pictis imaginibus, alias cereas per armaria in atrijs diſpoſita, vt in illo Satyrici: Tota licèt veteres exornent vndique ceræ, Atria, nobilitas ſola eſt atque vnica virtus. Ouid. ad Piſonem. Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis Atria, quid pleni, numeroſo Conſule faſti Proſi cerent, ſi vita labat, perit omnis in illo Gẽ

tis

tis honos, cuius laus eſt in origine ſola. Martialis li. 11. ad Quintilianum. Atriaq; immodicis arctat imaginibus. Mos etiam
25 fuit † Romanis vt cerea hæc ſimulacra, maiorumq; imagines, in funeribus ducerentur, ad gentilitatem oſtendendam; quod Cicero etiam oſtendit lib. 11. de Oratore: Brute quid ſedes? quid auum illam patri nunciare vis tuo? quid illis omnibus quorum imagines duci vides? quid
26 maioribus tuis? & pro Milone, † Nec verò non eadem ira Deorum hanc eius ſatel litibus iniecit amentiam, ut ſine imaginibus, ſine cantu, ac ludis, ſine exequijs, ſine lamentis, laudationibus, ſpoliatus illius ſu premi diei celebritate, quam concedere etiam inimicis ſolent, ambureretur etiam abiectus. Plautus in Amphitr. Nam hic quidem, omnem imaginem meã, quæ ante hac fuerat, poſſidet, viuo fit, quod nunquam quiſquam mortuo faciet mihi. Cornelius Tacit. lib. 3. Iuniæ funus, cæteris ſolemnibus cohoneſtatũ, viginti clariſſimarum familiarum imagines antelatę ſunt, Manlij, Quintij, aliaq; eiuſdem nobilitatis nomina, ſed præfulgebant Caſſius, atque Brutus, eo ipſo, ꝙ effigies eorum non
27 viſebantur. Pro ijs, † vt Bud. opinatur, poſteriora tempora, inſignia gentilia habuerunt, quę vulgò arma vocantur: ipſa quoque vt ſimile eſt veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclarè geſtarum decora: conſentit Andr. Tiraquel. de Nobilit. cap. 6. nu. 16. verſic. Propterea. Bartholom. etiam Caſſãn. in Cathal. Glor. mundi, prima parte. decima concluſ. Budæo innititur. & rurſus concluſ. 18. in princ. & Auguſtus Botta, in Cathotorſi ineptarum vocum, Stephani Doleti authoritate ſuffultus, non diſcrepat. Hanc autem inſigniorum ſubrogationẽ, vice imaginum, & ſi Budæo, & cæteris aſſenſerim virtutis præmia fuiſſe, quod nouiſſimè etiam placuit Paulo Fuſco, in tract. de viſit. & regim. eccleſ. li. 1. cap. 15. nu. 9. verſic. & quia. vice imaginum, in vniuerſum ſucceſ
28 ſiſſe negauerim, cùm Italicis † illuſtribus familijs, ius ipſum gentilitatis quo ad imagines, iſtis temporibus diligentiſſimè obſeruari, temporumq; ſerie viguiſſe, exploratum ſit, modeſtiori quodam vſu, citra illam fumoſam antiquorum obſeruantiam: ſtemmata etiam accuratè cuſtodiri, ut nihil commune habeant inſignia, atque imagines ipſæ, præter illam virtutis ſimilitudinem. Siquè inſigniorum, vel (vt dicunt)
29 armorum originem inquirimus, † Andr. Alciatus Iuriſconſultus ſummæ eruditionis, lib. Parergon. 5. c. 13. ipſorum uſum veteribus non fuiſſe, ſed ex militia primùm ea inualuiſſe, deinde à priuatis paſſim accepta, tanquam nobilitatis, antiquitatisque familiæ teſtimonium, conten
30 dit: etenim Aquila, † quam Romani milites in militia habebant, non clipeo depicta fuit, ſed potius fuſilis, Dion. lib. 40. ἐστὶ δὲ ναΐσκος μικρὸς καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται, καθίσταται τε ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ καταλόγου στρατοπέδοις, καὶ αὐτὸν εἷς ἀνὴρ ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἐς ὀξὺ τὸν οὐραχὸν ἀπηγμένου, ὥστε καὶ ἐς τὸ ἔδαφος καταπήγνυσθαι φέρει.

Ferculum, inquit, ſeu ſacrarium eſt modicum, in quo aquila aurea collocatur, & in omni iuſto exercitu, ab aquilifero haſtę longæ præfixa defertur, quæ quo facilius humi impingi poſſit, in acutam cuſpidem deſinit. Cornelius Tacitus lib. 1. Aquilæ figi limoſa humo non poterant, vbi Alciatus ex Dione eius verba explicat: idem de Draconibus arbitratur, vnde & Dracona-
31 rij † dicti ſunt, quòd Dracones ſigna militaria equitum ferrent, quod Vegetius & Modeſtus tradunt, Claud. in 7. Conſ. Honorij. Quid fixa Draconum Ora velint, vẽtis fluitent, an vera minentur Sibila, ſuſpenſum rapturi faucibus hoſtem? argenteo capite fuiſſe, innuit Suidas dictione ſιγνα. Habebant & vexillationes ſingulę ſua ſigna, & legiones, & auxilia Palatina, vt in breuiario Theodoſij iunioris cernere eſt ea ſήγματα vocari ſcribit Vegetius lib. 11. quæ deinde militia miſſi retinebant. Procopius lib. 1. belli Gothici author eſt, Milites Romanos, qui in Galliæ limitibus aduerſus Barbaros conſtituti erant, capta à Gothis Italia, cum Barbaris conueniſſe, ſeq; illis coniunxiſſe, dignitatis loco, quẽ prius habebant inſignibusq; ſaluis, quę ad ſua vſque tempora ab eorum poſteris con
32 ſeruata, idem refert. Hæc vexillationis † ſigna in numiſmatis antiquis ſæpè inſpexi, in adlocutionibus maximè Imperatorũ, in triumphis etiam naualibus, vt in Adriani numiſmate, & Galbæ, ac etiam in multis marmoribus: inſignia itidem hæc vel arma Romanis, Græcis, alijsq; nationibus antiquitus incognita fuiſſe ſcribit. Sed ta-
33 men Alciato † cõtradicit Scip. Ammirat. in eius Dialogo, qui Rota inſcribitur, fol. 19. inſignia, ſeu arma antiquitus cognita, ſed paucis viris illuſtribus fuiſſe, aſſerens, ad hæredes nequaquàm trãſmiſſibilia, ſed particularia, ac mutabilia Põpeij, & Octauiani exemplo: Alciato complurium authoritates aduerſantur, quibus inſignia antiquitus

tiquitus fuiſſe cognita, & inſculpta liquidè demonſtratur. Vergil. lib. 7. Aeneidos. Clipeoq; inſigne parentum, Centum angues, cinctamq; gerit ſerpentibus hydrã. & Ouidius lib. 7. Meta. de Aegeo, & Theſeo eius filio loquens, Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra, Cùm pater in capulo gladij cognouit eburno, Signa ſui generis. Suetonius in Calligula. Cætera familiarum inſignia nobiliſſimo cuique ademit, Torquato torquem, Cincinnato crinem. & Numeri c. 2. locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron dicens, Singuli per turmas, ſigna atque vexilla, & domos cognationum ſuarũ caſtrametabuntur filij Iſrael, per girum tabernaculi fœderis. Cur igitur nunc aſſeruerimus, antiquis inſignia, & arma gentilia fuiſſe incognita, nec peculiaria, generis antiquitatẽ, & proſapiæ claritatem non oſtendentia? rectè tñ aſſerere Aleiatũ putauerim, dum à
34 militia † primùm traxiſſe originẽ inquit, quòd inſignijs, & armis iſtis belli in acie decorarentur, poſtremoq; militiæ ſplendore illuſtres, ac honeſtè miſſi, illa armis ſculpta aſſumerent, egregia ipſorum bellica facta indicantia, vt non ab re hoc honore poſteri admoniti, inſignia hæc per manus reliquerint in verum antiquæ virtutis, ac nobilitatis teſtimonium, quod veriſimile admodum redditur, cum ſi anti-
35 quas † vrbes, ſi populos inſignijs vſos fuiſſe conſtat, Phrygum namq; inſignia Leones fuiſſe, ſcribit Vergil. li. 10. Aeneia puppis, Prima tenet roſtro, Phrygios ſubuecta leones. Romanorum, Aquilã: ipſam enim poſt Tuſcos detulerunt, Romaniſq; legionibus. C. Marius conſecrauit authore Plinio. Aegyptiorum Apim, Scytharum fulmen, Corallorum geminas rotas, Thracũ Martem, Perſarum arcus, & pharetras: aliorumq; alia, quæ Caſſaneus tum in arbore, tùm ante 18. concluſionem enumerat: cur illi ſententiæ aſſentiendum non eſt, vt gentilium familiæ, vltra illas imagines ſeriem maiorum virtute fulgentium ſignificantes, propria gentilia inſignia habuerint, celebri militiæ honore adepta, qnib. inter ſe differrent, antiquitatem gloriæ, rerumque benè, ac laudabiliter geſtarum memoriam præſeferrent? vrbibusq; inſignia antiquitus fuiſſe, rectè Alciatus opinatur, Athenarum noctuas aſſerens, vbi
36 Mediolani inſignia indicat. Amiterni † Sãnitum inſignia, leonem fuiſſe, Amiterninæ prægrandes quidem ruinæ oſtendunt, ex quibus alijsq; Duronię, ac Furconij, vrbem Aquilam origine, ac nobilitate vetuſtiſſimam, atque Illuſtriſſimam, conſtructã fuiſſe compertum eſt, quæ Amiterni, eiusque leonis vice, Auguſti Imperatoris Federici decreto, Aquilæ excelſum nomen, inſigneq; glorioſum retinet, vt reliquarũ inſignium vrbium inſignia ſilentio compri
37 mam. Conſueuere etiam antiqui, † inſignitas galeas, inſignijs, ſeu armis coniungere, altiorem militaris dignitatis gradũ oſtendentes, criſtas, animalia, aut quid aliud galeis imponebant, ut quod intus virtutis eſſet, inſignium geſtatione, foris admonerent: id ipſumque vetuſtum fuiſſe, græca, latinaque numiſmata quàmplurima teſtantur, & Vergil. lib. 3. Criſtaſque comantes, Arma Neoptolemi. in gentiliumque inſignijs, ſiue armis, adhuc obſeruari cernimus, inſigni caſſide decoratis,
38 eſtque † maximæ nobilitatis ſignum, ſi ipſam non ſubitam, vt de imaginibus dicebat Plinius, ſed antiquam fuiſſe conſtiterit. Cumq; vt Lucas Contilis inquit, arma, ſiue inſignia, hæc galeata, ob ſolum militiæ meritum à principibus conceſſa fuiſſe arbitretur, quinimò ſine galeis inſignia, vel arma, verè nobilia non cenſeri, & ita vſu Germaniæ, Flandriæ, Poloniæ, Frãciæ, & Europæ locorum receptum fuiſſe, in tract. de inſign. & arm. fol. 17. digniorẽ
39 ſubdens † caſſidem cenſeri illam, quam milites geſtant grauis armaturæ, cumque ante oculos aperta eſt, militiæ gradum conſtituit: cùm verò clauſa, inſignis dignitatis gradum minimè oſtendit, ſed particulare meritum militare: ignobiles, atque populares, inſignia cum galeis iſtis, quæ tymbrata dicuntur, vt Caſſaneì verbo vtãr, eleuato ſigno, ferre non poſſe dignoſcitur, ut ipſe dicit in prima parte, concluſ. 23. & concluſ. 28. col. 2. Non itaque ſufficit ad geſtationem inſigniorum tymbratorum ſola nobilitas, ſed etiam dignitas exigitur, ut in eadem 1. par. conclu. 49. col. 2. vel ꝙ quis de equeſtri ordine mi
40 les ſit; Solent † adhuc nonnulli milites, ipſorum gentilia inſignia inimicorum vexillorum ornamento magis illuſtrare, quod in plurimis inſignijs illuſtrium familiarũ Hiſpanarum cernere eſt: circum enim inſignia, inimica vexilla bello capta, certa ſerie diſtincta componunt: inſigniorum-
41 que vſum † apud Hiſpanos Equites, ante Carolum Magnum, tempore Damaſi Pontificis, imperante Iuliano Apoſtata, Hiſpanis cum Mauris dimicantibus pro fide CHRISTI primùm cœpiſſe, quorum

trium-

triumphi, ipſorum (vt dicebam) inſignia
circum conſpiciuntur: cernereq́ue eſt in
illuſtribus familijs Mendozzæ, Manrich,
Cordubæ, Toletæ, Alburquech, Londo-
uiæ, Aualæ, refert Luc. Contilis, ſol. 15.
42 Firmius ramen à Carolo Magno † citra, &
Longobardis inſignia hæc gentilia, ſiue ar
ma vſu ſuiſſe recepta concludit, ſolio 13.
verſic. inuenio igitur. ſubdens, quòd pro-
pter vltramontanorum diſcordias, qui
Italiam inuaſerunt, imperandi deſiderio,
potius ardore, Vandalorum inquam, Go
thorum, Vngarorum, Saracenorum, &
Lombardorum, Itali hoc inſigniorum ho
nore ab illis principibus ornabantur, ob
res bello benè geſtas, vt magis gloriæ, ac
laudis præmio, principes, ipſorumq́ue
partes fouere accenderentur: adeo quòd
ab annis ſeptingentis citra, vſus iſte ino-
leuerit, vt folio 14. verſicu. origo igitur
43 fuit Carolus Magnus † iſto nomine VIII.
Pipini filius, Rex Francorum, & Germa-
nus Imperator. ſunt itaque arma, & inſi-
gnia, veræ nobilitatis teſtimonium, vt fa-
44 miliæ † ſine inſignijs, & armis, generis
ignobilitatem præſeſerant. Luc. Conti-
lis in tractat. de armis, in principio, folio
11. iure igitur armis vtentes longo tem-
pore, ac per multos gradus, virtutis me-
ritis etiam recedentibus, eius ſententia
45 nobiles præſumuntur. Arma † idem fo-
lio 14. in fine, ſtrictius ſic definiuit, vt ſi-
gna ſint nobilitatem indicantia, ob vnius
meritum, quod in deſcendentes ſamiliæ
tranſit. armaq́ue appellari putat, vel quia
armigeris conceſſa tantùm fuerint, nec a-
lijs: vel quia militiæ inſtrumento fuerint
adepta. Rationabiliter proindè dixerim,
conditionem iſtam ad memoriam digni-
tatemq́; defunctorum perpetuandam ten
46 dere, vt ex ea † liberi in conditione poſiti,
cenſeantur non ab re ex teſtamento voca-
ti, & velut antiquitus imaginum iura, ac
nobilitatis ſigna damnatione reorum a-
mittebantur: quod Cicero docet in Ora-
tione pro Sylla. Nam ipſe quidem, ſi erit
(inquit) veſtro iudicio liberatus, quæ ha-
bet ornamenta, quæ ſolatia reliquæ vitæ,
quibus lætari, & perfrui poſſit, domus e-
rit credo exornata, aperientur maiorum
imagines, ipſe veſtitum, & ornatum re-
cuperabit, omnia iudices hæc amiſſa ſunt,
omnia generis, honoris, nominis inſi-
gnia, atque ornamenta vnius iudicij ca-
lamitate occiderunt. fuerat autem Sylla
antea ambitus damnatus, qua damnatio-
ne omnia hæc amiſerat, tunc autem alte-
ro crimine repetebatur: & Budæus id ex
47 Cicerone aſtruit. Bannitorum † ita ex cau
ſa proditionis, arma, & gentilia inſignia
in honorem infixa, in dedecus abradun-
tur, ac deſtruuntur, vt Gandin. inquit,
in tractat. malefic. in rubr. de bannit. pro
malefic. Par. de Put. in euidentia, tract. de
Syndic. nu. 8. Anton. Capyc. deciſio. 130.
primum dubium. nu. 76. in 17. ſpeciali, in
fine. Luc. Contil. in d. tractat. de armis, fo-
lio 13. in princip. verſic. accedit etiam. ar-
gumento eſt Modeſtini Reſpõſum lib. vn-
decimo Pandectarum. Eorum qui depor
tati, vel relegati ſunt ex cauſa maieſtatis,
ſtatuas detrahendas ſcire debemus. Caſ-
ſan. in Catal. Glor. Mundi, in prima par.
48 concluſio. 42. dicens filijs † ius iſtud non
tranſmitti, ſicut nec ius ſepulchrorum. l.
prima. §. interdum. ff. de ſuis, & legit. &
concluſio. 48. verſic. primus eſt. licèt impu
49 nè aliàs non abradantur, vt dicit idem
Contilis ibidem, fol. 12. verſic. dicam be-
ne, & verſic. nec eadem arma. Hucq́; per-
tinent, quæ circa vetitam abraſionem an-
tiquorum armorum in cappellis, ad me-
moriæ conſeruationem, conſtructoris di-
gnitatem, honoremq́ue familiæ, ac agna-
tionis, tradidere Pet. de Anchar. in ſuo ſo-
lemni conſ. 113. iura quæ loquuntur, col.
ſecunda. verſic. quia tamen. Capyc. deciſ.
27. in cauſa, nu. 41. Bart. in l. 2. §. ne eius
nomine. ff. de oper. publ. vbi inſigniorum
50 abraſionem, † non aliter quàm in domini
dedecus, & iniuriam fieri concludit. Bar-
tholom. Cœpol. in tractat. de ſeruit. vrba.
præd. cap. 71. de pictura. Iac. Menoch. in
trac. recup. poſſ. in 15. reme. nu. 48. Barth.
Caſſan. in d. catal. 1. par. concluſ. 21. col. 2.
& 3. verſic. hinc videmus, poſt Lud. Ro-
man. ſingul. 474. & Ioannem de Terra Ru
bea in ſuo opere de Vinea Eccleſiæ, tra-
ctat. 3. artic. 6. in 8. concluſio. ſuper gloſ.
in verſic. damnabilis. & de cappellis lo-
quens Anan. d. conſ. 86. nu. 2. vbi Bolog.
51 nu. 3. Hinc † aliena arma, & gentilia in-
ſignia vſurpare iniurioſiſſimum eſſe dici-
tur. Baldus inter reſponſa Angel. dicto
conſ. 68. quod repetitur conſ. 280. quem
ſequitur Vldaric. Zaſi. conſ. 22. cum Il-
luſtris Princeps, nu. nono. verſic. manife-
52 ſtum igitur. Vt dubitari † ſæpè conſueue-
rit, an ex cauſa inſigniorum, & armorum,
poſſet ad duellum deueniri, apud Parid.
Put. libro ſexto. de duel. cap. 34. nu. 23.
Iul. Ferret. in eodem tractat. num. 56. Da-
rium in eodem tractatu, cap. ſecundo. nu.
ſexto. Barthol. Caſſan. in prima parte, con-

53 cluſ.48.ac etiam,† an arma,& gētilia inſignia familiarum,ſpurijs competant, apud Bart. in tractatu, de inſig.& armis, col.2. nu. vndecimo. Nicolaus Boerius deciſio. 127.& Iacobinus,nu.21.in prima parte, Matth. de Afflict. in tractat. de iure prothomis. in principio, verſic. irem quæro, num.33.folio 22. Iul. de Rauen.in dicto tractat.de duel. nu.104.& ſequen.fol.25. Caſſan. in prima parte, concluſ. 24. vbi quòd in Frācia ferunt arma cum quadam barra, quæ incipit à ſiniſtris, & tendit ad dextram.

54 Hinc etiam eſt, † vſum armorum vnius familiæ vetitum eſſe alijs, qui alienæ fuerint familiæ, in eadem tamen ciuitate, ſecundum Barto.in dicto tractat.de inſig.& arm. & Luc. Contil.fol.16.traditque. Anton. Ciofius conſ.16. conſultationi, col. prima, & ſecunda. libro primo. conſ. ſeq. incip. proponitur. num.6. vtrobique aſſerens antiquiorem, priorem que eſſe potiorem,& nu.vndecimo. hoc declarans. Rol. de Valle, conſ.59.in cauſa agitanda,num. 51.lib.tertio.poſt Pariſium,quem allegat: in pari tamen cauſa, negocium iudicis arbitrio erit relinquendum,vel is præferendus creditur, qui titulum militiæ & receptionis ex Principe oſtenderit, vt poſt Barto. tradit Contil.in dicto tractat.in fine, folio 18.verſic. ſecundus eſt. vbi quinque caſus materiam iſtam tangentes reaſſumit, & tradit Caſſan. dicto Catal.Glor. Mundi.concluſ.48. verſic.tertius in caſu. Sed ad rem redeundo, nomen aſſumen-

55 di, † armaq; teſtatoris geſtandi conditio, honeſtum in ſe præceptum, facile, & voluntarium continet, vt inquit Caſſius, lib. ſecundo, fideicom. Si verò nominis ferendi conditio eſt, quam prætor exigit, rectè quidem facturus videtur, ſi eam expleuerit: nihil enim mali eſt, honeſti hominis nomen aſſumere, nec enim in famoſis, & turpibus, nominis hanc conditionem exigit prætor. Vnde Metianus lib. 4. fideicommiſ. Sed & ſalutis, ac dignitatis ratio habenda erit: quid enim ſi morbo implicitus, Alexandriam iuſſus fuit adire, vel nomen Veſpillonis teſtatoris ferre? & de hoc voluntario, faciliq; præcepto, Vlpian. lib.26.ad edictū. Sed & hæ ſtipulationes, quæ ob cauſam fiunt, non habent donationem: denique Pegaſus putabat, ſi tibi centum ſpopondero hac conditione, ſi iuraſſes te nomen meum laturum, non eſſe donationem, quia ob rem facta eſt, res ſecuta eſt. Deq; iſtius conditionis implemento, Socinus in l.quibus diebus. §. Termilius. col.4. ante fin. verſic. & prædicta faciunt.ff.de condit.& demonſtrat. & conſ. 229.viſis, lib.2. vbi in eius ſubſcriptione Franciſcus de Pepis, in principio. Dec. conſ.273. in caſu propoſito, col.2. nu.2. verſic. & primò. Caſſaneus in prima parte, concluſ.46.

56 Non itaque conditio hæc † cùm honeſta ſit, licet primo aſpectu difficilis videatur, vt quis alienæ familiæ nomen aſſumat, & inſignia, reijcienda eſt: ſecundùm gloſ. quam cæteri approbant in dicta l. facta. §. ſi ſub conditione, & §. ſequen. vbi Bartol.ante nu. ſecundū. verſic. oppono, quòd conditio difficilis. expreſsè dicit huiuſmodi conditionem, honeſtum continere præceptum,& ideo obſeruandam eſſe, nec reijciendam, cum ad commodum, vtilitatemque eius tendat, cui eſt appoſita. & ibi Ioannes de Imola, verſic.penultimo,& Angel.d.l.in §.ſi in danda. col. fi. verſic.aut conditio. Ioan. Bolog. conſ. 12. in cauſa. nu.3. & 14. in ſimilique de præcepto honeſto tradit Bart. poſt Accurſ. in l.1. ff. de his, quæ pœnæ nom. in l. vnica. C. eodem tit. in §. fin. Inſtitutio. de legat. Quòd verò poteſtatiua ſit, & voluntaria, ex Bal.in l.iam dubitari. in principio, per illum textum.ff.de hæred. inſtituen. euincitur: nulla enim magis voluntaria, poteſtatiuaque conditiò cenſetur, quàm quæ alicuius libero arbitrio, ac voluntati committitur: quid magis liberum eſt, quàm voluntas? & poſt alios tradit Soc.conſ.52. vt veram, col. 2.verſic. in iſtis enim conditionibus. lib.1.

57 Et licet † conditio iſta, nomen teſtantis aſſumendi, eiuſque inſignia, in facto conſiſtat, facilior tamen ad implendum, quàm quæ in dando, cenſetur: ſi fortè ſub conditione dandi vocatus, non ita in promptu dandi facultatem haberet, ex Accur. in l.2. ff. de condit.& demonſtratio. Con-

58 cludendum tandem † eſt, conditionem iſtam veram eſſe, ad inducendam liberorum maſculorum in conditione poſitorum vocationem: teſtator enim prudens fuit, præferendo liberos ſubſtituto, dicta l.Lucius. in fine. ff. de hæred.inſtitu. prudentior præferendo maſculos, per quos ordo, & dignitas familiarum perpetuatur, bonaque in agnatione conſeruantur, mediam illam (vt dicebam) iuriſprudentiam attendens, lege xij. tabularum quidem iuniorem, Imperiali autem diſpoſitione anteriorem, quæ inter mares

res, & fœminas differentiam inducebat, &
penitus eas à ſucceſſione agnatorum re-
pellebat, omni alia ſucceſſione incognita.
§. cæterum. verſic. media autem. Inſtitut.
de legit. agu. ſucceſ. quod nedum intere-
rat teſtatoris, ſed etiam Reipub. l. 1. §. pe-
nultimo, de vent. inſpicien. l. ſi quis ſeruo.
C. de furt. l. ab omnibus. ff. de lega. primo.
intereſt enim Reipub. per digniores ordi-
nes regi. l. honores. ff. de decur. l. ad ſubeũ
60 da. eod. ti. C. lib. 10. & quòd interſit † Rei-
pub. maſculos in ſucceſſionibus præferri
fœminis, poſt Iacob. de Arena, quem re-
fert Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de
ſucceſſ. ab inteſt. in 1. addit. magna, Albe.
de Roſa. & Bald. tradit Loffred. conſ. 14.
in cauſa. col. 4. nu. 16. & Didac. Couar. in
cap. Raynutius. in princ. in fi. col. poſt nu.
24. pulcherrimam Euripidis authoritatẽ
allegans, extra, de teſtam. lexq́ue in non-
61 nullis † ſexui maſculino potius, & ala-
crius quàm fœminino fauet. l. 1. ff. de Se-
nat. l. in multis. ff. de ſta. hom. idem Sigiſ-
mun. Loffred. conſ. 26. in hac cauſa, col. 2.
nu. 1. prudentiſſimus denique, linea maſcu
lorum extincta, alios alterius familiæ, &
agnationis eſſe ſciens, vocando: in quibus
eius familiæ, & agnationis memoriam cõ
ſeruari volens, remedium excogitauit, vt
honeſta conditione vocarentur, ſi eius no
men, eiusq; familiæ inſignia aſſumerent:
adeo quòd omnia in teſtantis honorem,
memoriamq; conſeruandam dirigantur:
quòd Papiniani lib. 7. Reſponſorum ſen-
tentia, adumbrare poſſumus: Pater (in-
quit) cum filia pro ſemiſſe hærede inſtitu-
ta, ſic teſtamento locutus fuerat, Pero cũ
morieris, licèt alios quoque filios ſuſcepe
ris, Sempronio nepoti meo plus tribuas,
in honorem mei nominis. Huiuſmodiq́ue
62 inſuper præceptum † iuſtiſſimum eſſe, ra-
tionabilemq́ue cauſam continere, & pro-
inde præcisè obſeruandum fore, erudito
ſanè conſilio Domini Matthei Fœliciani
de Peruſio deducitur, quod incipit, omnis
difficultas dubiorum, col. 4. in fi. & col. 5.
nu. 5. inter Pau. Caſt. conſ. lib. 1. & in no-
uiſſima Lugdunenſi impreſſione, in ordi-
ne eſt 259. teſtatoris præceptum, iuſtam,
efficacemq́ue cauſam habere, minimeq́ue
nudum cenſeri, ſi honorem, memoriæq́ue
eius conſeruationem reſpiciat: firmum au
tem, ac conſtans eſſe concludentis. Cæ-
63 terum linea maſculina, † quando defice-
re dicatur, tradit Soc. iun. conſ. 69. iam an
nus eſt, nu. 14. li. 3. & de iſta conditione no
men, & arma teſtatoris gerendi, videndus
eſt Steph. Bertr. conſ. 367. viſo. nu. 5. in 1.
64 par. lib. 2. inquiens quempiam † non tene
ri illa gerere, niſi in eius perſonam ſubſti-
tutio locum ſibi vendicet. An autem ar-
65 ma, † ſiue domus inſignia, tranſeant in fi-
deicommiſſarium ſubſtitutum, quòd non,
ſed penes directum hæredem remaneant,
Barthol. Caſſan. in d. Catal. Glor. Mundi,
in prima parte, conclu. 43. l. quia perinde.
vbi Bar. & Alex. ff. ad Trebel. Non incon-
66 gruo loco, Bartoli † celeberrimi Iuriſcon
ſulti, naturalis defenſio ſe ſe obtulit, dum
ipſum Grammatici quidam, graui ſuper-
cilio, & nodoſa ferula reprehendere ex
profeſſo audent, in vocis (armorũ) vſu, cũ
tamen Andreas Alciatus, vir ſupremi no-
minis, hanc tutelam neglexerit, & ipſam
ego arbitror paruifaciendam, ne Gramma
tici egregium aliquod facinus feciſſe autu
mantes, criſtam altius erigant, quamuis
Bartolum iuſta defenſione vndique dignũ
exiſtimem. Adoptati autem, ſiue adroga-
ti, nunquid gẽtilitia inſignia, aut arma pa
tris adoptantis, vel adrogantis geſtare va-
67 leant? quòd ſic, † conſuluit Ant. Cioſius,
conſ. 157. quoniam, num. 2. 3. & 4. lib. 1.
Nam ius vtendi inſignibus gentilitijs ali-
68 cuius familiæ, agnatis ſolum † competit,
argum. gloſ. vlt. in l. ius familiarium, C. de
relig. & ſumpt. fune. Ioan. Saiſon in con-
ſuet. Turon. rit. des dreictz. de Caſtelle-
nie. cap. 1. verſic. tertia concluſio. Caſſan.
in Catal. Glor. Mundi, parte prima. conſi-
derat. 38. concl. 27. & 40. & per adoptio-
69 nem in filium adoptiuum ius † agnationis
transfertur. l. qui in adoptionem. 23. ff. de
adoptio. & l. 1. §. fin. ff. de ſuis & legit. l. pe-
nul. §. teſtamento. ff. de bono. poſſ. ſec. tab.
ergo & ius inſigniorum. Non denique o-
miſerim inſignia, & arma retenta fuiſſe, ad
70 cognoſcendas † familias, agnationesq́ue
diſtinguendas, ut teſtatur D. Anton. Cio-
ſius, d. conſ. 16. nu. 14. & conſ. 18. vt dilu-
cidius. nu. 8. d. li. 1. & quòd de nomine fa-
71 miliæ, ad inſignia argumentari † licet, poſt
Bar. & Caſſan. tradit dictus Cioſius d. con
ſi. 17. nu. 4. qui econtra de inſignibus ad fa-
miliæ nomen, pariter argumentatur, ac e-
72 tiam inſigniorum identitatem, † agnatio-
nis identitatem arguere, d. conſ. 18. nu. 7.
Cumq́ue liberi in conditione poſiti in Ma
ioratibus reperirẽtur, vtique in diſpoſitio
73 ne † ac vocatione cenſerentur, vt ſcripſe-
re Ludouic. Bolognin. conſ. 62. vt in præ-
ſenti conſultatione. nu. 26. col. 6. verſic.
Vnde eſt credendum, Fernand. Vaſquius
de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 26. lim. 31. nu. 93.

verſic. ex quo ego infero, vbi rationem red dit. fol. 310. Io. Petr. Surd. conſ. 241. Diſpoſitio Don Chriſtophori Colũbi. n. 43.
74 lib. 2. Prout vocati dicuntur, † vbi de primogenitis mentio fieret, vt ij inquàm ſue cedere tantum debeant, vt per Tiber. Decian. conſ. 31. Ardua profectò, nu. 126. lib. 1. conferunt quæ de primogenito ſcripſit Mandell. Albenſ. conſ. 60. Habet præſens cauſa, nu. 10. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Maſculorum qualitate, facilius in conditione poſitorum vocationem induci, ſi teſtator, etiam ad plures gradus ſubſtitutionum digrederetur.*

2 *Maſculinitatis qualitatem, vocationem magis operari, ſi teſtator in alijs teſtamenti partibus, maſculos filiabus prætuliſſet.*

3 *Maſculorum qualitatem, maximè vocationem in conditione poſitorum inducere, adiecto etiam grauamine.*

4 *Maſculinitatis qualitatem, vberius vocationem operari, ſi filij eſſent alienare prohibiti.*

5 *Maſculinitatis qualitatem, certius vocationem inducere, ſi poſt mortem plurium inſtitutorum, vel ſubſtitutorum, aut honoratorum, ſubſtitutio facta ſit ab vltimo moriente, in tota hæreditate.*

6 *Maſculinitatis coniectura licèt controuertatur, quando tamen cum maſculorum qualitate alia coniectura concurrunt, ipſam communiter recipi.*

CAP. VII.

1 SExtò † Guidonis Papæ, & Decij ſentētia facilius procederet, ſi vltra maſculinitatis qualitatē, digrederetur teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus, vt admonet Hieronym. Zanc. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 769. verſic. vel etiam quæ digreſſio pro abſoluta coniectura recipitur, at an vera ſit ſtatim demonſtrabimus. adde ad hoc, And. Alc. conſ. 34. nullum in propoſito, nu. 5. lib. 9. præſertim cum ad numerum denarium dilaberetur teſtator, & vltra, vt ibi Alciatus, nu. 12. admonet. Iacob. Mandel. Albenſ. conſ. 86. Quòd D. Franciſcus, nu. 11. & 12. Franciſ. Rip. de ſubſtit. reſp. 1. Vt breuius, nu. 11. Io. Cæph. conſ. 114. Magnificus D. Bartholomæus, nu. 26. verſic. Item & potiſſime, lib. 1. Hieron. Gabriel. conſ. 115. Fęlix Palinus, nu. 14. Marc. Mãt. in Gloſſar. iur. in dialog. denar. cap. 37. Filij in conditione poſiti. poſt nu. 1. verſic. ſi teſtator. in 6. claſſ. fo. 216. & ita tenuit Ro. in vna Romana Caſalis, die 18. Martij. 1546. vt per D. Anton. Auguſtin. deciſ. 8. incip. licèt quamplures. Bapt. Martianen. conſ. 18. D. Io. Baptiſta, nu. 13. Octauian. Cacheran. conſ. 35. Viſa ſpecie facti, nu. 5. Quanquàm non me lateat, maſculinitatis qualitatem, etiam cum digreſſione ad aliquot ſubſtitutionum gradus, non ſufficere ad vocationem, iudicaſſe Illuſtriſſimum Dominum CAROLVM ANTONIVM PVTEVM Piſarum Archiepiſcopum, tunc primæ inſtantiæ iudicem, in quadam grauicauſa inter Nobiles Florentinos Bartolomæum ac Benedictum de Alexandris, & Laurentium, Riſtorumq́ue de Macchiauellis, ac D. Comitem S. Floræ eorum authorem, Anno M. D. LXXIIII. ſententiãq́ue in vltima appellatione per Rotã Florentinam fuiſſe confirmatam: pro iſtaq́ue opinione multos tunc inſignes Iuriſconſultos conſuluiſſe, potiſſimumq́ue Dominum CASSIANVM PVTEVM Senatus Pedemontani Præſidem, D. Pelrinum Bellum, D. Antoninum Teſſaurum Senatorem Pedemontium, & D. Guidonem Panciroliũ: ac denique ex gratia Principis cauſa recõmiſſa, iterumq́ue reuiſione propoſita, fuiſſe per totam Rotam, duobus tamen contradicentibus, ſententiam primi Domini Iudicis confirmatam, licèt Hieronymus Herculanus ex duobus alter, librum de quo ſæpè meminimus, conſcripſerit.

2 Septimò, † ſi in teſtamento, in alijs eius partibus, maſculos filiabus prætuliſſet, vt tradit idem Andr. Alciat. in citato conſ. 34. nu. 4. lib. 9.

3 Octauò, † ſi qualitati maſculinitatis, eſſet grauamen annexum, ſecundum Ludouic. Gozadin. conſ. 29. Videtur, col. fi. nu. 34. verſic. Item adduco. vbi citat duo Alexandri conſilia, vt per eum, Carol. Ruin. conſ. 139. Viſo ac perlecto, col. 5. nu. 17. lib. 3. & conſ. 167. Prima videtur conſideratione, col. 3. nu. 5. verſic. Nam dicunt, eod. vol. omitto quædam conſilia Pariſij, Socini Iunioris, & eiuſdem Ruini, cùm nõ videantur multum poſſe in terminis apta ri, quemadmodum prædictę authoritates quæ rectè congruunt, idem Ruin. conſ. 111. Viſo ac perlecto, nu. 15. lib. 2. Iacob. Mandell. Albenſ. conſ. 464. Verba teſtamenti. nu. 3. lib. 3. Oſaſc. d. conſ. 35. nu. 4. verſic. Vtputa quia.

Con-

Contrarium vero quod admixto graua
mine, non cenſeantur ex iſta maſculinita-
tis qualitate vocati, tenet Pariſ. conſ. 31.
conſiderato primo capite, col. 2. nu. 21. li.
2. cōſ. 86. Ad veram reſolutionem, col. 3.
nu. 13. verſic. Tamen pro maiori diſcuſſio-
ne. eod. vol. Sed Cæph. conſ. 517. Illuſtriſ-
ſimus Comes, nu. 72. li. 4. Gozadino, & a-
lijs præcitatis inhærer, ac Pariſio contradi
cit, vt ibi, à quibus non eſt recedendum.
4 Nono, † dicta opin. latius procederet,
ſi filij eſſent per teſtatorem alienare pro-
hibiti, vt poſt Socin. & Curt. concludit Io.
Bolognet in d. l. 1. ante nu. 49. C. de pact.
dicēs, in his omnibus plurimum prodeſſe
habere iudicem propitium. Oſaſc. d. conſ.
35. nu. 6. Sed contrariū in nuda alienatio
nis prohibitione, & ſi maſculinitatis quali
tati adiecta fuerit, Anno M.D.LXXVIII.
pro Sereniſſimo Magno Duce Franci-
sco Medices creditore hereditatis Equi
tis Leonardi de Nobilibus, contra eius fi-
lium, Illuſtriſſimus Dominus Carolus
Antonius Puteus Florentiæ conſuluit,
& iuxta eius conſilium per Rotam Floren
tinam cui cauſa fuerat commiſſa, extitit iu
dicatum, vt ex motiuis.
5 Decimò, † ſi poſt mortem plurium in-
ſtitutorum, vel ſubſtitutorum, aut hono-
ratorum ſubſtitutio facta ſit ab vltimo mo
riente, in tota hæreditate; tunc enim cen-
ſerentur omnes inuicem ſubſtituti. Marc.
Mant. in cōiectura maſculinitatis loquēs
in gloſ. iur. in dialogo denar. ca. 37. filij in
conditione. in fi. Octauia. Oſaſc. præalleg.
conſ. 35. d. nu. 6. Decian. conſ. 78. Dico er
go. nu. 7. lib. 2. conſ. 103. Quæritur ergò,
nu. 31. eod. vol. Anton. Galeatius Malua-
ſia. conſ. 76. In cauſa D. Alberti, nu. 19. di-
cens ſe in hac coniectura magnam vim fa-
6 cere, & nu. 30. lib. 1. Et in effectu † licèt cō
iectura hęc maſculinitatis cōtrouertatur,
tamen quando cum maſculorum qualita-
te aliæ coniecturæ concurrerent, ipſa com
muniter recipitur, Hiero. Grat. conſ. 106.
in cauſa, nu. 48. li. 2. expreſſius Frac. Burſ.
cōſ. 13. in omnibus, nu. 53. verſic. 1. quia,
conſ. 86. D. Baptiſta, nu. 2. Nou. Pariſ. cōſ.
1. Analytico, incip. Franciſcus de Arinio.
nu. 18. fol. 23. idemque implicat Franciſ.
Ripa in d. l. Centurio, nu. 162. ibi, iſta con
iectura ita ſimpliciter deducta, communi-
ter reijcitur. de vulg. & pup. Franc. Marza.
in tract. de fideic. in 2. par. q. 29. fol. 20. ver
ſic. licet quàmplures. vbi refert Rotam Ro
manam ſic concluſiſſe. Iacob. Mandel. Al-
ben. conſ. 86. quòd D. Franciſ. col. fin. nu.
11. & 12. dicens non reperiri, qui iſtud ne-
get, Matth. Gribal. conſ. 40. Anno Domi-
ni, nu. 10. inter conſ. Port. allegat Cor. &
Carol. Ruin. vt per eum, & conſilio D. Gri
bal. ſubſcripſere ſe D. Andreas Lydij, &
D. Mar. Mant. Andreas Alci. conſ. 43. nul
lum in propoſito caſu. nu. 4. verſic. & iſta
opin. lib. 9. conſ. 114. narratione facti viſa.
nu. 6. eo. vol. Io. Cęph. conſ. 114. Magnifi-
cus D. Bartholomæus. nu. 26. in fi. lib. 1. di
cens rem eſſe expeditam, & indubitatam,
alijs cōcurrentibus, conſ. 476. inſignis E-
ques. nu. 16. vſque ad nu. 19. li. 4. Mar. Mā.
in d. Gloſſar. iur. in dialogo denar. c. 37. fi-
lij in conditione. poſt nu. 1. in 6. claſſ. fol.
216. Ioan. Botta conſ. 28. D. Io. Maria. nu.
17. verſic. & ita tenendum eſt. Franc. Tur-
zur. conſ. 394. ſi cum textu. nu. 9. inter cōſ.
Iacob. Menoch. libr. 4. citans Achyl. Perſo
nal. in trac. de adipiſ. poſ. nu. 208. & 209.
fol. 168. Petr. Anton. de Petr. in tract. de fi
deicom. prohib. q. 9. ſub nu. 185. verſic. Se
ptimus caſus eſt. fol. 206. Antonin. Theſ-
ſaur. deciſ. 96. filij in conditione, nu. 23.
verſic. Breuiter omiſsis, Hieronym. Hercu
lan. in eius reſpon. pro Alexandrijs & Mac
chiauellijs, incip. In Auditorio Rotæ, nu.
129. Paul. de monte Pico, conſ. 96. In hac
graui cauſa, nu. 66. verſic. Tamen ab hac
opinione, Bertazzol. conſ. 83. Pro D. An-
tonio, nu. 29. verſic. Maximè aliquibus cō
iecturis, Io. Franciſc. Purpur. conſ. 32. Vi-
ſo teſtamento condito, nu. 1. & 2. lib. 1. Io.
Vincent. Cerratus in eius ſubſcriptione
ad Albam conſ. 464. Verba teſtamenti,
nu. 7. lib. 3. vbi etiam Petrus Bellus in alia
ſubſcript. nu. 11.

LIBRI SECVNDI FINIS.

TRACTATVS CELEBERRIMI IVRISCONS. D. IOSEPHI DE RVSTICIS, PATRICII AQVILANI,

An, & quando liberi in conditione poſiti vocentur:

LIBER TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos cenſeri vocatos, ſi teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum digrediatur: plures autem contrariū ſentire, & de magis communi opin. atteſtari, nu. 5. etiam ſi multi poſtmodum ſubſtitutionis gradus eſſent facti, nu. 8. etiam in deſcendentibus teſtatoris, nu. 9. non tamen ab opin. Petri Anchar. recedendum eſſe, quæ eſt crebrior, & receptior, num. 14.*

2 *Digreſſionis ad plures gradus ſubſtitutionū coniecturā, ad inducendam vocationem filiorum in conditione poſitorum, in deſcendentibus teſtatoris procedere.*

3 *Digreſſionis eandem coniecturam, ad plures gradus ſubſtitutionum, pro vocatione filiorum in conditione poſitorum inducenda, procedere extraneis ſubſtitutis.*

4 *Digreſſionis coniecturam limitari, quando ſi ba licet ſit excluſa per reciprocam ſubſtitutionem factam in fauorem filiorum, non tamen eſſet excluſa per illam ſubſtitutionem, quæ eſſet facta de alijs agnatis.*

6 *Socinum acerrimum fuiſſe impugnatorem, omnium ferè coniecturarum, quas alij ſcribentes attulerunt, pro limitatione gloſſ. in d.l. Lucius Titius, de hæred. inſtit.*

7 *Fideicommiſſum reciprocum, inter primò nominatos reſultare, cum liberi in conditione ſunt poſiti, iuxta materiam Gloſ. in d.l. Lucius Titius, & teſtator poſt mortem omnium, de vlteriore ſubſtitutu prouidit, vt in caſu Anch. d. conſ. 74.*

10 *Digreſſionis coniecturam ad plures gradus ſubſtitutionum, ad vocationem inducendam liberorum in conditione poſitorum, rectè procedere in reiteratione multorum graduum, & maximè vltra duodecimum.*

11 *Digreſſionis coniecturam, ad plures gradus ſubſtitutionum, ſi alia coniectura concurrat maximam vim habere, ad vocationem liberorum poſitorum in conditione inducendam.*

12 *Digreſſionis coniecturam ad plures gradus ſubſtitutionum, vocationem dubio procul operari poſitorum in conditione, cum minus dilecti in ſequentibus gradibus vocantur, & honorantur.*

13 *Digreſſionis coniecturam ad plures gradus ſubſtitutionum, citra controuerſiam efficacem eſſe, ſi ipſam ſtylus Curiæ vbi lis eſſet compro-*

comprobaret, ad vocationem inducendam in conditione poſitorum.

15 *Communes opiniones maturè decernendas eſſe, ponderatis rationibus, Doctorumque authoritate, ac celſitudine, calculatisque nominibus.*

CAP. I.

1 SECVNDA Coniectura traditur, cùm teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus digrederetur, Pet.de Anchara.conſ.74. contra Philippum, col.2.dicens huiuſmodi coniecturã ſibi videri iuſtiſſimam, & æquam, nec poſſe contrarium dici, per rationem dictæ l. cum acutiſsimi, & d.l.cum auus. Alexan. conſ.64.difficultas, col.fi.nu.5.verſic.corroborantur, lib.5. And. Barbat.conſ.27. col.10.lib.1.conſ.55.lib.2.Iaſ.conſ.232. ſuper teſtamento, col.1.verſic. ſed dubiũ facere videtur, lib.2.dicens limitationem Ancharani ſingularem eſſe, conſ.40.abſolui aliàs, col.fi.in vltimis verbis, verſic. præterea gloſ.lib.3.vbi rurſus meminit de dicto conſ. Alexandri, & conſ.108.col.3. in fi.lib.4.Ludou.Gozad. conſ.64. teſtator, col.2.nu.10.verſic.quartò, quando liberi. Carol.Ruin.conſ.108.viſa, nu.11.lib.2.ſed expreſsius, & magis in terminis, conſ.139. viſo, ac perlecto, nu.19.lib.3.vbi meminit de Anchar.& allegat tex.ad hoc, ſecundũ intellectum Gl.approbatum, in l.ſi is, qui ducenta, §.item ſi pater, de reb.dub. dicẽs mentem Petri de Ancharano declarari, & approbari per Soc. in l.cum auus, circa finem, penul.col.vt per eum: ſubdens, dictũ §.item ſi pater, habere locum nedum in directa ſubſtitutione, ſed etiam fideicommiſſaria, poſt gloſ.Bart.& Socin. quos ibi citat. Curtius iunior conſ.11.habita, nu.6. verſic.confirmo præmiſſam concluſio.dicens eſſe nobile fundamentum, ac notabilem limitationem, conſ.116. videtur prima facie, nu.7.verſic. confirmo hanc concluſio. Pariſ. conſ.31. conſiderato primo capite, nu.24.conſ.37.ſi bona, nu.37. verſic.prout etiam, conſ.41. viſa facti narratione.nu.69.conſ.77. Ser Petrus, nu.21. & 27.allegans conſilia Andreæ Barbatiæ, Curtij ſenioris, Socini, & Cornei, vltra conſilium Ancharani, & conſ.91.circa nu. 43.lib.2.idem Pariſius conſ.78.in præſenti cauſa, nu.13.verſic.quo caſu, eodem li. 2.& conſ.5.viſo teſtamento, nu.40. cõſ.8. attingendo, col.2. ante nu.9. conſ.42. ad reſolutionem, nu.16.verſic.eo etiam, cõſ. 52.certum eſt, col.2.nu.6.conſ.53. D.Hieronym.nu.42.conſ.66. Nobilis Silueſter, nu.52.lib.3.Grat.conſ.89.circa teſtamentum, nu.9.lib.2, ſed firmius iſtam coniecturam amplectitur, conſ.101. ex ſerie facti, nu.18.verſic.& vt magis, & cõſ.106.in cauſa, nu.45.verſic.his tñ, eo.li.2.inquiens Petrum Ancharanum quantæ ſit authoritatis, omnibus innoteſcere. Soc.iu.conſ.119. viſo teſtamento, nu.28.lib.1.conſ.141.habita diligenti, nu.19. conſ.168. præſentis conſultationis reſol.nu.75.li.2.conſ.1. cõſiderato themate, nu.20.lib.3.& conſ.110. diu, nu.28.verſic.additur prædictis. vbi refert Marium Salamonium referre, & ſequi Ancharanum, in l.Gallus, in prin. nu.26. in fi.ff.de libe.& poſthum. & Nicol. Boerium d.deciſ.155. Gaillardus.nu.22.verſic.quare Alexander, eod. lib.3. idemque Socinus iun.ibi dicit: videri hoc etiam de intentione Bal.in l.1.§.pro ſecundo, col. 2.verſic.& hoc facit ad quæſtionem. C.de cadu.toll.dum inquit, quòd qui facit primum gradum ſubſtitutionis, & vltimum, dicitur feciſſe etiam medium, vt per eum, cum ex Platone, vbi dantur extrema, dentur media, & Baldus fuit Ancharani præceptor, Marc. Mant. conſ.22.in præſenti caſu, col.5. nu.55. conſ.194. fuit aliàs, nu.1. And. Alciat.conſ.34.nullum in propoſito caſu, nu.5.verſic.3.coniect. cõſ.114. narratione facti viſa, nu.10.li.nono. Ioan. Franc.Purpur. inter conſ. Lauren. Silua. conſ.53.Dom.Hieronymus, nu.3. verſic. in propoſito, & nu.ſeq.Aym.Craue.conſ. 98.Nobilis, nu.3.Nouiſ.Pariſienſ.conſ.1. Analyt. incipi. Franciſcus de Arinio. nu. 21.fol.24.Iacob.Mande.Alben.conſ.86. quòd D.Franciſcus, nu.12.dicens eſſe vrgentem coniecturam, & conſ.87. dicebã, nu.12.verſic.ſecunda ratio. Cur.ſen.conſ. 51.ſuper teſtamentis Alberti. col.9. ante nu.24.verſic.& iſtæ omnes ſententiæ, cõſ. 63.antiquiſsima, & nobiliſsima familia, col.6. ante nu.5.verſic. & ſic opinio gloſ. conſ.75. Dominus Ludouicus, col.4.nu. 4.Ioan.Crot.conſ.58.in quæſtione propoſita, nu.22.Ioan. Coraſ.lib.Miſcel.2. cap. 19.nu.4.idem Curtius ſenior verſic.2. limit.Dec.Anto.de Alexandro, Curtius iunior, nu.14.Franciſcus Pur.col.fin. Ioan. Bolognet.ante nu.49.& Thob.Non.in 5. limitatione, in l.prima. C.de pactis.vbi dixit Bologn. re intellecta, & ad practicam deducta, veram eſſe Ancharani opinionẽ, quicquid dixerint in contrarium Soci. &

Cur-

Curtius iunior, quod aliquid eſt. Io.Cæ-
phal.conſ.251.quoniam,nu.79.lib.2.vbi
notabiliter dicit,iſtam opinionem eſſe tu-
tam, non obſtantibus contradictionibus,
vt per eũ, & conſ.252. ſcripſi, poſt nu.17.
eod.vol.2. dicens crebriori calculo appro
batam eſſe, Matth.Gribal. conſ.40.Anno
Domini, nu.12.inter conſ. Iacob.Port. li.
1.vbi de communi opin. atteſtatur, idem
Port. conſ.46. decreueram, nu.17.lib.1.
& dicit Nicol.Boer.d.deciſ.155.num.22.
iſtam opinionẽ Petri de Ancharano fuiſſe
Bald.eius præceptoris, in d.§.pro ſecun-
do, & in quodam conſ. 186.lib.3. quod
ibi allegat, & eſt bonum verbum attento
iudicio, & authoritate Baldi Iuriſconſulti
grauiſſimi,& hanc opin.ſequuntur Docto
res ſe ſubſcribentes ad addit. Socini, quæ
incip. Alia conſideratione, ad conſilium
Domini Antonij de Malegonellis, ipſo-
rumque ſubſcriptio incip. Communis, &
ferè omnium concluſio. nu.4.ſubſcriben-
teſque ſunt, videlicet, Do. Coſmus Paſe-
thus de Ferraria, D.Alexander Paltronus,
& D.Petrus de Canonicis,ambo de Bono
nia.ſequitur etiam ſubſcribens ſe eidem
conſilio Antonij prædicti, Dom. Io.Cam
pegius in ſubſcri. incip.viſo themate, poſt
nu.2.Barthol.Caſſan.conſ.14. col.prima.
Hierony. Gabr. conſ.115. Fœlix Palinus,
nu.14.idem Thob.Non.conſ.31.viſis,nu.
15.verſic.altera verò eſt cõiectura, vbi plu
res allegat.Hippol. Rimi.conſ.21.Illuſtris
Comes Franciſcus,nu.41.Celſ.Hug.conſ.
20.in præſenti conſultatione,ante nu.23.
vbi allegat Nicolaum de Neapol.in tract.
ſubſtitu.in materia compend.& nu.47.de
communi atteſtatur. Hiero.Gratus conſ.
181.ex ſerie facti,nu.18.verſic.& vt magis,
conſ.106. in cauſa teſtamenti, nu.45.ver-
ſic.his tamen non obſtantibus,lib.2.Iaco.
Menoch.conſ.85.propoſita hæc conſulta-
tio, num.22.verſic.qui quidem digreſſus,
lib.1. conſ.135.reſpondendum,nu.5.ver-
ſic.ſecundò dato,lib.2.vbi poſt nu.12.ver
ſic.non obſtat,de communi atteſtatur.ad-
uertendumq; eſt,quia Dom.Celſus vide-
tur declarare conſ.25.conſultus, col.4. in
fi.opinionem, quam tenuit d.cõſ.20.alijs
ſcilicet nonnullis coniecturis concurren-
tibus, vt per eum; Auguſt. Bero. conſ.80.
viſis teſtamentis, poſt nu.23.conſ.104. in
hac Lucenſi cauſa, nu.12.lib.2.conſ.106.
caſum,col.2.nu.3.conſ.109.viſis, ante nu.
decimũ. col.penult. verſic.ſecundò liberi,
& conſ.110. materia propoſitæ q.nu.34.
eod. lib.2. Guid. Papæ conſ.140. Conſi-
lium pro nobil. Aymone, poſt nu.1.ver-
ſic. ſed per dictum teſtamentum. Tyber.
Dec.conſ.3. Quo ad primum, nu.52.li.1.
conſ.31. Ardua profectò,nu.128.eo.vol.
& communẽ eſſe teſtatur,conſ.103.Quæ-
ritur ergo.nu.17. li.2. de communi fidem
faciens,& conſ.28.& prima fronte,nu.15.
conſ.78.Dico ergo,nu.7.eo.vol. conſ.44.
Circa primum,nu.57.de communi,lib.3.
quem referendo ſequitur Franciſcus Man 1
tica in tract.de coniect.vlt.vol.li.11.tit.3.
poſt num.13.fol.262.verſic.verùm planè.
Natta conſ. 688. ſuper præſenti contro-
uerſia,ante nu.5.verſic.& inter cætera,lib.
4.Rol.de Valle conſ.6. Magn.D.Gabriel.
poſt nu.29.lib.4.Franc Marzar. conſ.1.in
3.q. verſic.quinta coniectura eſt,cuius me
minit in epit.q.20. Aym. Crau.inter con
ſil.eiuſdem Marz.cõſ.inci.De anno 1513.
fol.64. verſic. ſextò leuis coniectura non
eſt,& fol.65.verſic.non obſtat, dicens con
iecturam iſtam, maiori Doctorum parte
receptam eſſe.Simon de Præt. de interpr.
vlt.volunt. lib.3. ſol.3. poſt nu.8.fo.301.
Antonius Cioſius, conſ.42. Excellentiſſi-
mi Domini.nu.8.verſic. ſed poſito, libro
ſecundo.Ioan.Pet.Surd.conſ.67. Breues.
nu.34.conſ.96.Mag. Do.Dominicus, ſub
num.31. verſic. addi etiam poteſt. Iacob.
Menoch. conſ.204.& ſi difficilis, nu.64.
conſ.277.dubitationes illæ, nu.2.lib. ter-
tio.conſ.310.& ſi.nu.16.conſ.325.de pri
ma propoſita dub.nu.13. cõſ.348. negari,
nu.2.lib.4.rurſus Menoch.conſ.613. Re-
ſpondendum videbatur,nu.8. lib.7. conſ.
775. De propoſitis, nu.11.lib.8. Io. Vin-
cent. Cerrat. in ſubſcript. ad Iacob. Man-
dell.Alben.conſ.464. Verba teſtamenti,
nu.9.lib.3.idem conſ.482.Poſtquàm,nu.
35.eod.vol.Mich.Craſſ. in lib. ſentent. §.
fideicommiſſum, cap.14.nu.3.verſic. Sed
priorem Ancharani opinionem magis cõ-
munem.Hieronym.Herculan.in reſponſ.
pro Alexandrijs, nu.110.& nu.175.fo.76.
Vbertin. Zuccard. conſ.71. Viſa ac benè
intellecta, nu.37.Paul.de monte Pic. cõſ.
96.In hac graui cauſa,nu.68.verſic. Tertia
eſt.Præclariſsimus Iuriſconſ.D.Alex.Rau
denſ.conſ.36.Teſtamentum hoc.nu. 215.
verſic. Tum quia teſtator. col.3. fol.303.
Io.Petr.Bimius conſ.17.Maturè perpẽſis.
nu.16.col.2.Anton.Galeat.Maluaſ.conſ.
76.In cauſa D.Alberti.nu.18.in fin.& nu.
29.lib.1.Achyll.Pedro.conſ.22. Punctus
difficultatis propoſitæ. nu.11.verſic. Quin
ta eſt coniectura.Sylueſt.Aldobrand.cõſ.
29.Hieronymus Gentilis. nu.52. verſic.

Igitur cùm plures.Riminal.Iun.conſ.456. Quoniam in principio.nu.39. lib.4. conſ. 476. D. Sabatinus . nu.27. dicens nu.29. iſtam ſententiam crebriorem eſſe, eo.vol. conſ.502.Poſtquam conſului, nu.22. vbi etiam de receptiori. lib.5.conſ.661. Conſului iam,nu.35.lib.6.Clariſsimus D.Gerius Spinius Patritius Florẽtinus,& Iuriſconſultus acutiſsimus, in eius eleganti cõſilio pro pupillis de Bertis, contra deputatos reddito, incip. Suppoſito teſtamento Petri Matthei de Bertis,verſi. Militat quoque coniectura illa.

2 Hæc tamen digreſsionis coniectura declaratur,vt procedat in deſcendentibus teſtatoris, Alexan.conſ.64.difficultas, nu.5. lib.5. verſic.corroborantur prædicta, Socin.iun.conſ.110.diu.nu.28.lib.3. Carol. Ruin.conſ.128.viſo teſtamẽto,nu.19.col. pen.lib.3.Franc.Mant.in d. tract. de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.3.ante nu.14. verſic.caue quòd limitatio Petr. de Anch. Franc.Marz.poſt Alex.conſ.1.in 3.q. verſic.& hanc limitationem, cuius meminit in epitome.q.20.Riminal.Iun. conſ.767. Aliàs ſcripſi,nu.32.lib.7.dicens in deſcẽdentibus veram eſſe,ſecus autem in collateralibus,vt per eum.

3 Secundo, quando extranei † eſſent ſubſtituti, Alex.d.conſ.64.nu.5.lib.5. perperam igitur Alexander, per Iaſonem d.cõſ. 232. lib.2. indiſtinctè allegatur pro opinione Ancharani, ac etiam per alios contra Ancharanum concludentes, cùm loquatur in deſcendentibus, extraneo ſubſtituto, vt ſtatim diximus.& licèt dixerit,ſuã opinionem non probare, non tamen ipſum impugnat, in terminis in quibus loquitur vt ibi,inſulſe etiam per aliquos ad vtranque opi.comprobandam inducitur, vt nihil leuius.

4 Limitatur iſta coniectura, † quando filia, licèt ſit excluſa per reciprocam ſubſtitutionem ſactam in fauorem filiorum, nõ tamen eſſet excluſa per illam ſubſtitutionem quæ eſſet ſacta de alijs agnatis, vt in caſu Carol. Ruin. conſ.153. viſo vtroque teſtamento, col.4.lib.2. Anton.Gabr.tit. de fideicom.in 4.concl.nu.15.

5 Nec omittendum eſt,† coniecturam iſtã digreſsionis, à pluribus improbari, nam contra eam tenuerunt,idem Anch.in cap. ſi pater, in 12.nota.nu.4.de teſt.in 6. Soc. in d.l.cum auns.col.pen.nu.114.ff.de cõdit.& demon.conſ.62. viſo capitulo, col. fin.poſt nu.10.verſic.ad vltimam. cõſ.69. viſo teſtamento, col.6.poſt nu.7.in fi.verſic.non obſtat. dicens bis non fuiſſe ſequutum conſiderationem Anch. ſed eam ſemper impugnaſſe, & opinionem Anch. ſola eius authoritate eſſe fundatam, & contra eundem multas eſſe Doctorum authoritates, conſ.104.quoniam, col.pen. poſt nu. 9.& vtrobique allegat conſilia Alexandri, Old.Angeli, Ananiæ,Cumani, & Bened. Capræ, in quibus ex facti narrationibus apparebat, teſtatorem fuiſſe digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum, & tamen volunt gloſ.in dicta l.Lucius.locum habere, & rurſus conſ.116.in cauſa.col.fi. poſt nu.8.verſic.præterea reſpondeo,lib.3. Carol.Ruin.conſ.140. viſo, nu.11.verſic. & vult, lib.2.conſilio 128.viſo teſtamento, nu.19.verſic. non obſtat, conſ.134. circa caſum, col.4.nu.7. verſic. nec etiam præmiſſis,conſ.136.perſpectis diligenter,col. penult.nu.16.verſic.non obſtat poſtremo. conſ.137.verbis,col.2.in princ. verſic. nec etiam dici poteſt.conſ.141.viſo teſtamento,col.fi.poſt nu.14.in fi.verſic. ſolum reſtat. lib.3. Pariſ.conſ.31. conſiderato primo capite.nu.29.verſic.nec obſtat digreſſio, conſ.44.ſubſtitutio, nu.21. verſic. ſed hæc coniectura, conſ.86.ad veram,nu.28. verſic. Hæc coniectura,conſ.87.vidi & legi, nu.35.li.2.cõſ.14.Petrus.in fina. verb. nu.25.li.3.opinionemque Ancharani ſic ſimpliciter deductam communiter reprobari tradit Franciſcus Ripa in dicta l.Centurio, nu.165.ff.de vulga.& pup.Iul. Cla. de teſtamen.lib.3.quæſtio.79.in 4.coniectu.ſol.90. dicens, coniecturam iſtam cõmuniter reprobari,ideo ex ipſa tantum nõ eſſe in practica à communi recedendum, & ſecundum Nouiſſim. Bononienſ. in dicta l.1. C.de pact. videtur hanc ſententiã ſequi Cur.iun.ibi, nu.14.ſed Cur.licèt ſe remittat ad Socinum, tamen non diſcedit à priori opinione, dicens eſſe ſingularem. Marcus Mantua conſ.515.aliàs de anno, nu.19.conſ.194.fuit aliàs, col.3.nu.13.in fine,verſic.ex quo tollitur,& conſ.92.fuit, nu.22.Curtius iunior conſ.43.habita diligenti,nu.9.dicens conſilium Anchar. quo ad limitationem Gloſ.in dicta l. Lucius, multas pati difficultates. Hierony. Torn. conſ.43.ad hoc.nu.20.verſic.quo verò ad aliam coniectu. inter conſ.Port. lib.1. inquiens,communiter iſtam coniecturã ſubuerti, vt per eum. Corn. ſed non multum explicite, conſ.243.circa primum,nu.14. & 16.lib.3.Cur.ſen.conſ.64.antiquiſſima & nobiliſſima familia,col.16.nu.18.vbi de communi opi.atteſtantur, & eandem ma

gis communem dixit Hieronym. Alba. in Lucub. ad Bar. in dicta l. Centurio, nu. 27. ff. de vulgar. & pup. & poſt Albanum communiorem eſſe dixit Franciſcus Burſatus conſ. 51. grauem. nu. 31. verſic. nec repugnat. vbi dicit D. Antonium Gabrielium in ſuis concluſionibus communibus de fideicommiſſis, lib. 4. concluſio. 4. nu. 14. alios Doctores vltra expreſſos ibi per eum recenſere, & idem tenet Ioan. Cęph. conſ. 419. Clariſſimus, nu. 74. verſic. ad tertiã. aſſerens Ancharani conſilium communiter reprobari, li. 3. conſ. 517. Illuſtriſſimus Comes, nu. 76. dicens Anchar. communi calculo improbari, lib. 4. Celſ. Hugo cõſ. 25. conſultus. col. 4. verſic. & non ſolũ, qui ſe defendit à contrarietate alterius eius cõ filij, vbi iſtam opin. ſimpliciter veram eſſe dixerat, & in caſu Admiraldi Caſtellæ, & Dominæ Annę de Capraria plura concurrebant, videlicet, quia filij erant grauati, & erant honorati expreſsè, alienatioq́ue in eorum fauorem probibita fuerat, cum clauſula irritante, & inductum erat etiam tacitum fideicommiſſum reciprocum, & in tota hæreditate, aliaq́; nonnulla, vt per eum. D. Hieronymus Zanch. in repe. l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 780. & 788. ff. ad Trebel. Emanuel Coſta in d. c. ſi pater, in prima parte, in verb. ſi abſque liberis, nu. 58. verſic ſed melius, de teſtam. in 6. And. Alcia. conſ. 117. frequenter, nu. 12. lib. 9. & conſ. 89. nu. 5. eo. vol. Augu. Bero. conſ. 11. diligenter. poſt nu. 30. verſic. reprobant ſatis, lib. 2. Galia. in d. l. Centurio, nu. 448. verſic. amplia. Rol. de Valle, conſ. 51. viſo, nu. 9. lib. 3. dicens iſtam coniecturam Anchar. communiter reprobari, & cõſ. 43. negari non poteſt, ante nu. 39. verſic. pariter non obſtat, lib. 4. remittens ſe ad tradita d. conſ. 51. lib. 3. aſſerensq́ue ibi demonſtraſſe, coniecturam iſtam eſſe contra communem Doctorum ſententiam. rurſus idẽ Celſus Hugo, conſ. 68. teſtatrix quædam, col. 4. nu. 60. Aug. Bero. conſ. 84. cum ex facti ſerie, nu. 75. verſic. alia coniectura, dicens non eſſe de iure ſuſtentabilem, & illam infinitos reijcere, & de cõi atteſtans, lib. 2. conſ. 57. in cauſis, nu. 65. verſic. quo vero, lib. 3. allegans aliud conſilium Anchar. 119. Pro clariori, & proinde dicit, ab hac opin. conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum, quoniam ea etiam in pũcto iuris eſt verior. Nec omiſerim Alexandri Imolenſis authoritatem, conſ. 64. difficultas dubitationis, nu. 5. li. 5. dicentis Ancharanum, ſuam opinionem non probare, vbi Nouiſ. Pariſien. in addi. prim. in fine, verſic nec ſecunda ratio, dicunt eſſe phantaſiam Ancharani, per Alexandrum ibi, & ab omnibus reprobatam. Iacob. Berret. conſ. 74. hæc cauſa, nu. 21. inquiens coniecturam iſtam crebriori Doctorum ſententiæ repugnare. Franciſc. Veggius, cõſ. 74. in cauſa. nu. 240. dicebat Soc. coniecturam digreſſionis, ſiue Petri Ancharani opinionem, ſola eius authoritate fulciri, & in contrarium plurimorum authoritates adeſſe. imò nec fuiſſe in terminis propoſitæ quæſtionis loquutum. in illo namq́ue themate teſtator plures filios inſtituerat, eosq́ue inuicem conditione adiecta, ſi ſine liberis, ſubſtituerat, ac poſt mortem omniũ, ſi ſine liberis, alium quoque ſubſtituerat, eueneratq́ue aliquos cum liberis, vltimũ vero ſine liberis deceſſiſſe: quærebatur proinde, an præmortuorum liberi admitterentur. & profectò non iure trãſmiſsionis, iux. not. in l. vnica. C. de ijs, qui ante aper. tab. ſi igitur non fuiſſent vocati ibi in conditione poſiti, ſequeretur maximum abſurdum, ſubſtitutum. ſ. admittendum fore, liberis teſtatoris excluſis, contra d. l. cum acutiſſimi: itaque liberi præmortuorum in conditione poſiti, cenſentur ſubſtituti. caſus verò Gl. valde eſt diuerſus, cum in eo non poſſit dictum abſurdum reſultare, ex quo in conditione filij poſiti, non excluduntur à ſubſtituto, imo excludunt: vnde ceſſat d. l. cum acutiſsimi, ratio. in eodemq́ue Ancharani themate, non agitur, an liberi ad grauati hæreditatem vocentur, cum ſint poſiti in conditione, ſed an ad hæreditatem alterius filij, cuius reſpectu non fuerant aliter in conditione poſiti, primo enim caſu, licèt liberi non vocentur, ſubſtitutum excludunt, & allegatum ceſſat abſurdum; alio verò caſu ſecus: an tamen eius opinio ſubſiſtat, ex not. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. idem Soc. demonſtrari, ac pendere aſſerit, vt per eum. eandem denique Ancharani coniecturam reſpuerunt, Hieronym. Gabrielius conſ. 93. Bartolomęus, nu. 42. lib. 2. conſ. 95. Petrus Catanei, nu. 23. de magis communi atteſtans, eo. vol. Decia. cõſ. 26. Dubitatur ergo, nu. 89. conſ. 59. vt conſulam breuitati, lib. 2. Paul. de monte Pic. conſ. 99. nu. 75. verſic. Ad ſeptimam coniecturam, dicens aliam opinionẽ pro eodem Anch. cõiter reijci. Per. Ant. de Petr. in tract. de fideicom. prohib. quæſt. 9. ante nu. 200. fol. 213. Hieronym. Magon. deciſ. 73. ex Principis reſcripto. nu. 6. &

deciſ.

decif. 27.Celebris eſt,nu.8.verſic. Quartò
aderat. poſt Franciſcum Ripam ita com-
muniter teneri inquiens.Bertazzol. conſ.
96.fuit motum iudicium,nu.15.verſi.Quo
vero ad ſecundam coniecturam,li.1. ciuil.
Anchar. ſententiam communi calculo re
probari atteſtans. Sylueſter Aldobran-
din.conſ.113.Caſus talis eſt,nu.33.verſic.
Non obſtat deciſio.Riminald. Iun. ſibi in
hoc parum conſtans, conſ.767.Alias ſcri-
pſi, nu. 29. lib.7.Io.Franciſc.Purpu.conſ.
24. Viſo teſtõ condito, nu. 2. cõem opi-
nionem eſſe aſſerens, de eaque aduerſus
Anchar. atteſtâri etiam ſummum practi-
cum D. Franciſcum de Curte Seniorem,
quicquid contrarium ipſe Purpuratus a-
liàs ſenſerit,& conſuluerit, non enim om
nia deguſtauerat, vt per eum, lib. 1.idem-
que Petr.Ioannes Ancharanus, q.31. In-
ſtituerat Caius, nu.11.& 12. lib.3. Hanc-
que opinionem in tantum veram eſſe cre-
didit Petrus Antonius de Petra in præci-
tato loco, vt aſſeruerit procedere etiam ſi
teſtator dixerit ſe tot gradus ſubſtitutio-
num facere, quia eius intentio eſt, quòd
bona perpetuo in ſua familia conſeruen-
tur, poſt Albanum quem citat.

Sed Ancharanus, ſi rectè inſpiciatur,
voluit limitationem cõgruam tradere ad
Gloſ.in dicta l.Lucius, ipſamque ritè cõ-
probat, quicquid Alexãder, & cæteri, pau
ci tamen dixerint, nec illam in ratione tan
tum dictæ l.cum acutiſſimi, fundare vide-
tur, ſed in prælatione ex dicta l.Lucius, ſe
cundum intellectum contra Gloſ. elicitũ,
ex prudentia teſtatoris,& inſuper ex l.po-
teſt quis, & l.vel ſingulis. ff. de vulgari, &
pupillari. vnde & ſi ceſſaret vna ratio ex
pluribus finalibus, non ceſſat dicta limita
tio: imo & in terminis ſimplicibus dictæ
gl.non eſt nouum ad ipſam impugnandã,
in argumentationem, eandem l.cum acu-
tiſſimi, allegare, vt per Alexan. conſ.185.
viſo titulo quæſtionis, nu.4.conſ.199. vi-
ſo præſtanti.conſ.nu.4.lib.2. licet reſpon-
ſum afferat, vt ſuperius explicaui. Omitto
nunc diſtinctionem Ruin. conſ.136. per-
ſpectis diligenter, nu.16. verſic. & quod
opin. Petri Ancharani, lib.3. contentus
relatione tantum Socini impugnationis,
6 qui fuit acerrimus impugnator† omnium
fere coniecturarum, quas ſcribentes attu
lerunt. Opinio tamen Petri de Ancharan.
dicto conſ.74.contra Philippum, ex qua
7 vult, † quòd cum filij in conditione ſunt
poſiti, iuxta materiam Gloſ.in dicta l.Lu
cius, teſtator poſt mortem omnium filio-
rũ, de vlteriore ſubſtituto prouidit, quod
tunc inter primos nominatos reciprocũ
fideicommiſſum reſultet: ad finem, ne vl-
teriores ſubſtituti admittantur, excluſis
deſcendentibus teſtatoris, ex Socin.com-
muniter eſt approbata, quem refert Cur-
tius iunior communem dicens, conſ.43.
habita diligenti, num.9. verſic. prætera
ad cauſandum. Rol.de Valle, cõſ.51.viſo.
nu.10.lib.3.verſic.vlterius poſito. Vide ta
men Iacob. Mandel. Albenſ. dicto conſ.
87.dicebam autem.nu.13. diſtinguentẽ,
vt per eum.& Socinus, qui improbat An-
8 charani conſilium, dicit † coniecturam di-
greſſionis non operari, etiam quando mul
ti gradus ſubſtitutionum eſſent poſtea fa-
cti, quemadmodum in caſu Raphael. Cu-
mani, conſ.122. Gerardus ita concludit
dicto conſ.69.viſo teſtamento,nu.7.in fi-
ne, verſic.non obſtat ſecunda ratio, & d.
conſ.116.col.fin.verſic.non omitto,lib.3.
Et quòd hæc digreſsionis coniectura ſit in
9 efficax † etiam in deſcendentibus teſtato-
ris poſt alios tradit Io.Cæph.d.conſ.419.
Clariſsimus.nu.74.in fi.lib.3. Sed in rei-
10 teratione † graduum, vltra duodecimum,
Ancharani ſententiam rectè procedere sẽ
tit Alciat.conſ.34.nullum, nu.5. dicens,
quòd etſi ad hãc coniecturã multi ſint con
tradicentes, tamen non loquuntur cum
teſtator ad tot gradus deſcẽdit, prout illo
caſu, in quo erant vltra duodecim gradus,
in quibus ſemper vocauerat maſculos: idẽ
concludit conſ.114. narratione, nu.10.
eodem 9.vol. Paul. de Monte Pico conſ.
96.In hac graui cauſa, nu.68.in fin. vbi de
graduum reiteratione vltra duodecimum
& is meminit. Et in multiplicatione pluri
morum graduum, indiſtinctè Aym. Cra-
uetta conſ.incipien.de anno 1513. reddi-
to pro illuſtri D.Iulio Seſsio, fol.65. ver-
ſic.non obſtat. Simon de Prę t.lib.3.ſol.3.
poſt nu.8.fol.300. de interpretat. vltim.
volun. Hanc denique coniecturam digreſ
11 ſionis efficacem eſſe, † & plurimum ope-
rari, concurrente alia coniectura, taliter
quòd licet controuertatur, coniuncta ta-
men cum alia, maximam vim habeat, di-
xere quamplures Doctores: Franciſ. Ripa
in d.l.Centurio, nu.165.& in lib.reſp. de
ſubſtitu.reſponſo 1.vt breuius.nu.11.ver
ſic.quarta coniectura.Hieron. Grat. conſ.
89.circa teſtamentum, nu.9.li.2. Socinus
iunior conſ.119.viſo teſtamento, ante nu.
29.lib.1.conſ.110.Diu, ante nu.29.lib.3.
Marc.Mant.conſ.22.in præſenti caſu, nu.
55.Hier. Zanch.in l. hæredes mei.§. cum

ita,

ita,nu.788.ff.ad Treb.Iacob.Philip. Por. conſ.46. decreueram,nu.17.lib.1.Thob. Non.conſ.31.viſis.nu.15.verſic.altera verò eſt coniectura. Hippol. Riminal.conſ. 21.Illuſtris Comes Franciſcus,nu.41.Io. Franciſc.Purpu.conſ.53.inter Sylua.cõſ. col.pen.verſic.4.reſultat. Tiberius Decia nus conſ.103. Quæritur ergò. nu.17. li.2. conſ.44. Circa primum,nu.57.lib.3.cõſ. 89.nu.16. eod.vol. & conſ.3. Quo ad primum.nu.53. lib.1.conſ.31. Ardua profectò, nu.129.verſic.& licet,eod. vol. Franciſc.Burſat.conſ.301. Non leuis difficultas, nu.25. lib.3.& Riminald. Iun. conſ. 21.Illuſtris Comes.nu.41. verſic. & iũcta cum alijs, lib.1. conſ.661. Conſului iam, nu.35.verſic.& in omnem euentum. lib. 6.Iacob.Mandell. Albenſ. conſ.476. Primus articulus,nu.16.li.3.conſ.482.Poſtquàm, nu.35.eod.lib.Paul.de Monte Pico d.conſ.96.In hac graui cauſa,nu.68.in fin.Io.Cæphal.conſ.476.inſignis Eques. poſt nu.25.verſic.& quamuis. lib.4. conſ. 588.teſtatrix,nu.13.verſic.nam licet. eo. vol. Aym. Crauet. d. conſ.incip. de anno 1513.reddito poſt Illuſtri Comite Iulio Seſſio, inter conſ.Marzar.fol.6.verſic.tertiò reſpondetur.

12 Vnumque dixit † Franc.Ripa in d.l.Cẽturio, nu. 165.verſic. quarta coniectura, quòd ſi teſtator plures gradus ſubſtitutionum fecerit, ſub eadem conditione, ſi ſinè liberis,expreſsè honorando filios in cõditione poſitos in vltimo gradu, tunc coniectura eſt, quòd voluerit honorare poſitos in cõditione priorum graduum, quos præſumitur magis dilexiſſe, argument. l. Publius.§.Titia.ff.de conditio.& demonſtrat.& in iſtis terminis poſſe ſaluari præcedentem coniecturam digreſſionis:quod eſt notandum.& in iiſdem terminis, cum minus dilecti in ſequentibus gradibus vocati ſunt,dictam coniecturam digreſſionis & Ripæ opinionem, comprobat,ac ſequitur Io.Cæph.conſ.251.quoniam.nu.80. lib.2.dicens veram eſſe, & ſaluari poſſe,vt per eum, & conſ.252.ſcripſi, poſt nu.17. eod.vol.Franc.Mantica, d.tract.de coniec. vltim.volunt.lib.11.tit.3.ante nu.14. dicens ita declarare Socin.in d.l.cum auus. nu.113. verſic. & poſito, & conſ.116.nu.8. verſic.præterea reſpondeo, lib.3.Roland. de Valle,conſ.51.viſo, nu.10.lib.3. congruit coniectura de tranſuerſalibus, ad deſcendentes, circa excluſionem fœminarũ, tradita per Aym.Crauettam d. conſ.inter reſponſa Marzarij, fol.66. verſic. ſecundò in partem diuerſam.Franciſ. Marzar. cõſ. 8.cùm ſubtiliter,fo.92.verſic.& hoc idem defendit Ripa.

13 Secundò † latius procederet, ſi ſtylus tribunalis extaret,vbi cauſa ventilari contingeret, vt quando teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum digreditur, tunc filij in conditione poſiti, ſint in diſpoſitione, vt per Franciſcum Burſat.conſ.1. non abeſt. nu.9. verſic. quod tamen, vbi allegat Celſum Hugonem, conſ.20. in præſenti conſultatione, nu.30. & 46. vt per eum, qui Celſus conſ.25.conſultus. col.4. verſic.hanc opin.poſt nu.5.in principali quæſtio. opinionis Gloſ.in d.l.Lucius,dicit ipſam ſeruari in Audientia Regni Cataloniæ,ex ſtylo,& ideo ei ſtandum eſſe.

14 Cæterum aduertendum eſt, † quòd etſi Moderniores aliqui contra Ancha. communem imò magis communem velint eſſe ſententiam: contrarium ego exiſtimo, cum opinio crebrior, & receptior pro Petro Ancharano viro grauiſſimo conſiſtat, ſi nominum fiat calculus,ſiq́ue authoritas ſcribentium ponderetur, cum quo Nicol. de Neapo. Doctor fundamentalis conſentit, vtq́ue nonnulli dicunt, Bal.&t de Vbaldis Peruſinus cũ eo pertranſit, eius teſtimonium, quàm efficax ſit, & præcipuum, omnibus manifeſtiſſimum eſt.Non vrgent Ange.& nonnullorum aliorum authoritates: nam etſi præcellentes ſint, vim tamen iſtius coniecturæ non attingunt.videntur potius ex facti ſerie ipſam ſpreuiſſe, & fortè de ea non cogitaſſe: Vidi ego illuſtres alioqui Doctores conſulẽtes in omnibus voluminibus quos ſcripſerunt, nunquàm ferè alterius coniecturæ, quàm grauaminis meminiſſe, quamuis complures vrgentiores, inſpecto themate aptari potuiſsẽt: meritò Iacob.Mandel. digreſſionis coniecturam (vt dicebam) vrgentem eſſe affirmat.& Cur.iun.ipſam, tanquàm notabile fundamentum comprobat: nec obſcurè ab Ancharani authoritate, Hieronym. Gratus Bononienſis fortiſsimum argumẽtum aſſumit, ad iſtam coniecturam robo-

15 randam. Non debent de facili † communes, magiſq́ue communes ſententiæ conſtitui, ſed maturè recognitis Doctoribus, ipſorumq́ue numero, grauitate,atque rationibus, poſtquàm opiniones iſtæ communes negocium hodie maximum in legali ſcientia faciunt: plurimumq́ue refert, Alexandrum de Imola Doctorem (Afflic. teſtimonio, deciſio. 100. in cauſa, nu.3.) copioſum,& veritatis ſectatorem,in hanc ſen-

ſententiam iuiſſe: qui etiam iſtarum communium opinionum origo fuit, ut ſententiarum, vim omnem pendere ab ea ætate, quæ ſupra Alexandrum eſt crediderit Aemil. Ferret. in l. ſeruus vetante. col.3. ff. de verborum obligatio. Et cum hac opinio. nouiſsimè tranſit dictus Dominus Antonius Gabriel.lib.4.de fideicommiſ. concluſ.4.ante num.15. nam licèt Franciſcus Burſat. dixerit, Gabrielium plures recenſere Doctores contra Ancharanum tenentes, & eſt verum, vt in dicta concluſio. nu.14. ipſe tamen pro eo concludit, Ancharanumque dicto conſ.74. ut Iureconſultum decet, ad intellectum dictæ l. Lucius Titius, loquutum fuiſſe, teſtatur eruditus, atque Illuſtris Doctor Marius Salamonius Albertiſcus in l. Gallus. in principio, ante numerum 25. ff. de liberis & poſthumis, vt ſit cum viro eminentiſſimo ſentiendum.

Vltimò non omiſerim Ancharani opinionem veram ſine dubio cenſeri, cùm in vltimo gradu extraneus vocatus reperitur, vt dicit Albenſ. conſ.87. dicebam, nu.12. quem referendo ſequitur Iacobus Menoch. conſ.310. & ſi difficilis. ante nu.17. lib.4. & poſt Franciſc. Rip. & Iacob. Philipp. Portium, idem ſcripſit Petr. Anton. de Petr. in tract. de fideicom. prohib. q.9. ante nu.200. verſic. Poſſet tamen ſuſtineri, vbi cõmunem eſſe inquit, fol.213. Rimin.iun.conſ.456. Quoniam in principio. num. 40. verſic. vbi præſertim, lib.4. conſ.476. D. Sabbatinus, nu.29. & 30. co. vol. conſ.767. Aliàs ſcripſi, nu.31. lib.7. Decian. conſ.3. Quo ad primum, nu.53. lib.1. conſ.59. Vt conſulat, nu.10. lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, cenſeri vocatos in legatis particularibus, ex magis cõmuni ſententia: ſed Doctores contrarium aſſerentes, vide nu.7. iudicando tamen, & conſulendo, non eſſe à priori opin. recedendum, vti crebriori, nu.12.*

2 *L. nutu. ff. de legat.3. in fideicommiſsis vniuerſalibus, procedere, vt in particularibus, & nu.3.*

4 *Mentem ſolam nihil proficere, niſi modo aliquo expreſſa proponatur.*

5 *L. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. nunquid in legatis etiam procedat.*

6 *L. in legatis. C. de lega. declarari.*

7 *Verba vulgarium, ſignificare, vt vulgus intelligit.*

8 *Fideicommiſſarium non eſſe hæredem, ſed loco hæredis.*

9 *Repetita cenſeri in l. interpretante, omnia quæ in l. interpretata continentur.*

10 *Liberos in conditione tacita, ex l. cum auus, ſubintellecta, vocatos non dici.*

11 *Angeli Peruſini fratris Baldi, ex perilluſtri Vbaldorum familia gentti, celeberrimam eſſe authoritatem.*

13 *Fideicommiſſum nunquid donatio ſit, quemadmodum particulare legatum.*

14 *Exæquationem reſpicere, quæ exæquationi aptari poſſunt, nec alia.*

15 *Dominium in legatis particularibus, recta via tranſire in legatarium, ſecus in vniuerſalibus.*

16 *Liberos poſitos in conditione, in legatis particularibus, cenſeri vocatos, in puris, & meris legatis, non autem vbi quis in aliquibus rebus eſſet particulariter inſtitutus, quamuis vniuerſalis hæredis inſtitutio ſubſequeretur.*

17 *Hæredem inſtitutum in rebus particularibus, non dici ſimpliciter hæredem, ſed participium.*

18 *Diſpoſitionem in caſu ſimplici, non trahi ad caſum mixtum.*

19 *Liberos in conditione poſitos ex l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr. non eſſe vocatos, etiam in legatis.*

20 *Liberos poſitos in conditione in legatis, magis vocatos cenſeri, aliqua alia coniectura concurrente.*

C A P. II.

1 TERTIAM firmant coniecturam, † & limitationem, vt Gloſ. prædicta in particularibus legatis ſibi locum non vendicet, in quibus in conditione poſiti vocati dicantur, Ange. dicens ſe pridie ita conſuluiſſe in l. in legatis. in lectura Florentina. C. de lega. quem ibi ſequuntur Franciſcus Aret. Corn. & Lancel. Dec. & cum iſta Angeli opin. tranſeunt Ioan. Franc. Purpur. col. fin. nu. 112. verſic. & iſta ampliatio, in l.1. C. de pact. Corn. conſ.146. in hac conſultatione. col. 5. nu.19. lib.2. Iaſ. in l. pecuniam, in 2. notab. nu.2. verſic. aduerte tamen. ff. ſi cert. petat. vbi extollit dictum Angeli, & comprobare conatur, & conſ.4. in præſenti conſultatione, col.4. nu.5. verſic. quartò ad idem. lib.1. dicens iſtam limit. eſſe pulchram, ſubtilem, & multum ſibi placere, ibiq; Franciſc. Bec. in addit. Pet. Gerar. in

not.61.incip.habes Gloſ.communiter approbatam, nu.1.verſic.limita tamen, aſſerens iſtud eſſe valde notandũ, cum ſit pulchra,& vtilis limitatio ad cõem concluſionem, & idem ſentit Iaſ. in d.l. in legatis, inquiens circa fi. idem quod in d. conſ.4. quòd eſt pulchra, notabilis,& vtilis limitatio, ſibique plurimum placere, licèt de ea nemo mentionem faciat: Angelum referens, ſe ita conſuluiſſe dicentem. eandem ſequitur Soc.ſen.in quodam conſilio non impreſſo in 6.car.verſi. item licèt poſiti in conditione.dicens, quòd iſtam limitationem ſequuntur Moderni in d.l.in legatis, prout ipſum,& Guil.de Bened.in repet.c. Raynutius,de teſtam.in 4.par. col.8.& 9. refert Soc.iun. conſ.158. Abunde, col.fi. nu.76.lib.2.vbi de magis communi opin. atteſtatur, in fauorem Illuſtris Do.Siluiæ Piccolomineæ, & propterea, nõ eſſe ab ea recedendum,maximè, quia videtur etiam bonis rationibus fundari, vt per eum. idẽ Iaſ.in l. & in epiſtola.C.de fideicom. Gerar.Mazol.conſ.2. Philippus teſtator, nu. 42. verſic.vnam tamen. & in motiuis Rotæ Florẽtinæ per eũ impreſſis anno 1549. die 21.Octobris,col.1.verſic.tertiò demõſtratur.Ioan.Coraſ.lib.Miſcel.2.c.19. agitata diu.nu.5.verſic.ſed & in legatis.Aug. Bero.in conſ.quod reddidit pro dicta Illuſtri Dom. Siluia.110. materia propoſitæ.q.nu.41.verſic.& hoc fortius.lib.2.poſt Ang.cuius opinionem dicit ſibi magis placere,quàm Socini. & licèt conſ.57.in cauſis.ante nu.59.videatur tenere contrariũ, ſubdit tamen iſtam opin. aliàs conſulendo magis ſemper ſibi placuiſſe, ut concludat,non ab ea recedere,ſed ipſam comprobare. lib.3.Apoſtil.ad Alexan.in d.l.in legatis.in litera B. incip. adde quod voluit Ang.hic. Anton.Gabr.lib.4.de fideicom. concluſ.4.in 2.limit. nu.12. Franc. Mant. in tract.de conie&.vlt.volunt. lib.8.tit.1. ante nu.35. verſic. ſed aduerte. & ita nuper conſultum vidi per Excellentiſſimum Iuriſconſultum ſummi nominis,maximéque doctrinæ, D.Marcum Antonium Seuerium Peruſinum, in cauſa Do. Fabricij de Pinna, cum Do. Hippolyta pariter de Pinna Peruſinis. Ioan.Cæphal.conſ.588. teſtatrix.nu.13.lib.4.Iacob.Berret.de magis communi opi.conſ.78. licèt.nu.3.verſic.re ipſa tamen.Simon de Præt.lib.3.interpret.vltim.volunt. in 3. dubit. ſecunda ſolut.nu.9.fo.274.

2 Mouebatur Angleus,cùm facilius † detur transferanturque legata, ac fideicommiſſa particularia,quæ etiam ſolo nutu relinqui poſſunt, ut inquit Paulus lib.4.ſententiarum, in l.nutu. ff. de legat.3. quàm transferantur, denturq́; hæreditates. l.hæredes palam.ff.de teſtam.l.iubemus.C.eodem tit. ſed ſatis ex verbis conditionalib. voluntas, atque intentio declaratur. l.pater Seuerinam, in princ. & in §. ita fideicommiſſo.l.in conditionibus primum locum. ff.de condit.& demonſt. ergo in iſtis legatis, argumentatio à contrario ſenſu deſumetur,ceſſabitq́; Gloſ. opinio, hæreditates reſpiciens. l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſ.cau.teſtam.

Sed hęc differentia conſtans non videtur,
3 cùm & in fideicommiſsis † vniuerſalibus, dictæ l.nutu, diſpoſitio procedat, quæ tacitè, & nutu ipſo, ſicut particularia relinquuntur. l.cum proponeretur, cum ibi notatis in Gloſ. ff. de legat.2. Paul. de Caſtr.in l.penult. col.prima.ad fin. C. de impub.Bald.in l.& in epiſtola.ante fin.C. de fideicom. Soci. conſ.123. ſupraſcripti inſignes Iuriſconſulti. colum.3.ad finem, nu.7. verſic. poteſt enim. lib.1. & tradit poſt Bald. Franciſcus Ripa in l.1. nu.37. verſic.tres alias differentias. ff. de legat.1. vbi firmiter dictam l.nutu, procedere etiam in legatis,& in fideicommiſſis vniuerſalibus aſſeruit.

Loquitur etiam d.l.nutu,cùm talis eſt, quo pateat teſtatorem in aliquam diſpoſitionem tranſijſſe: nihil enim in humanis
4 actionibus ſola mens † proficit, niſi aliqualiter expreſſa proponatur. l. quidam cùm filium. de hæred. inſtitu. Andr. Alciat. lib.3. de verb. ſignific. in princ. & ita dicebat Galiau.in d.l.centurio, ex verbiſque conditionalibus non induci diſpoſitionem euidens eſt.

Vnde Claud. Seyſel. Aquenſ.in l.ex facto.§.ex facto, nu.2. verſic.ſed aduerte. ff. ad Trebel. diſcrimen iſtud fallax eſſe aſſerebat: nam eo attento ſequeretur, quòd idem in terminis Gloſ. dicti §.ex facto. in verſ. defeciſſet, decernendum foret.Inſtitutio enim, de qua in illo textu, ſcilicet compendioſa,poſt pubertatem eſt fideicõmiſſaria, ut plenè Bar.in d.l.centurio. adnotauit.illud itaque, quod de legato circumfertur,vt tacitè relinqui poſſit,locum ſibi vendicat (inquit) in fideicommiſſo vniuerſali, vt eſt dictum l.fideicommiſſa.§. interdum.cum ſimil.ff.de leg.1.

5 Regulam inſuper † dictæ l. ſi quis ſub cõditione.in legatis etiam procedere certum videtur,quicqud Auguſt.Bero. arbi-

tretur

tretur dicto conſ. 110. nu. 44. lib. 2. non deducit eius opinionem; & ita conſtanter illum textum intelligit Socin. in d. l. cum auus. col. pen. verſic. Confirmatur iſta opinio. ff. de condit. & dem. Didac. Couarr. in cap. Raynutius, §. tertio. ante nu. 7. extra de teſtamen.

Non obſtat d. l. in conditionib. & d. l. pater Seuerinam. in princ. & in §. ita fideicommiſſo.

Nam eſt verum, voluntatem in conditionibus præcellere, & ex voluntate conditiones regulari, non autem quòd conditio diſpoſitionem inferat, aut in eſſe aliquid ponat, nec in dictis iurib. probatur.

Secundo inducit Bero. tex. in d. l. in legatis. C. de legat. vbi dicitur, in legatis, vel fideicommiſſis, neceſſariam non eſſe verborum obſeruantiam, ita vt nihil prorſus interſit, quis talem voluntatem verborum caſus exceperit, aut quis loquendi vſus effuderit.

6 Sed hic tex. † non probat Auguſtini intentionem. vult enim in legatis obſeruantiam tantum verborum remoueri, non autem verba ex quibus diſpoſitio colligi poſſit, vt propterea non interſit, quo caſu verborum voluntas exprimatur, aut quo vſu loquendi: ex verbis autem conditionalib. diſpoſitio non inducitur, d. l. ſi quis ſub cõditione. iuxta Socini, & aliorum intelligentiam. Hinc dicebat Bal. ibi in prin. ver

7 ba vulgarium † ſignificare, vt vulgus intelligit, & not. in l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. & l. Labeo. ff. de ſupel. leg. & idem poſt Caſt. ibi dicit Iaſ. Quemadmodum apud Tuſcos, verbum illud, podere, pro agrorum vniuerſitate accipitur, & multiplex exemplum ponit, vt per eum. facit. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. vbi gl. & alij not. ff. de verb. obligat. & poſt Alex. conſ. 102. Viſo. nu. 12. verſic. Vnde verba. lib. 6. tradit Pariſ. conſ. 3. Videtur. nu. 52. verſic. Et verba prædicta, lib. 3. legem etiã iſtam ad particularia tantum legata, & fideicommiſſa reſtringere, durum, ne dicam abſurdum, non ab re videtur: vt fortuitò Angelus argumentum prædictum inde deſumpſerit.

Proinde contrariam opinio. tenuit Iaſ. in d. l. 1. col. 4. num. 10. in fi. verſic. Iſtam communem concluſionem. C. de pac. dicens ſe non recordari adhuc aliquem vidiſſe, qui faciat mentionem de iſta limitatione Angeli, ſeq; de ea valde dubitare; & ibi cum eo contra Ang. ſentit vterque Curtius, Senior, nu. 6. & Iunior, nu. 13. Socin. in d. l. cum auus, col. penult. nu. 13. concludens ex rationibus per ipſum adductis, communem Gloſ. in d. l. Lucius. opin. veram eſſe in legatis, & fideicommiſſis particularibus. Lancellot. Galiaul. in d. l. centurio. nu. 386. in fi. in 3. limitat. & ibi Claud. de Seyſſel. col. 10. nu. 44. idẽ Claud. in dicto §. ex facto. col. 2. nu. 2. verſic. Dat etiam aliam limitationem. ff. ad Trebel. & in l. ſi cum dotem. in 5. col. ff. ſolut. matrim. And. Alcia. in l. 1. §. ſi quis ita. nu. 11. verſic. Item non eſt verum. ff. de verbor. oblig. dicens limitationem, quam ponit Iaſ. ad d. Gloſ. in l. Lucius. ex opin. Angeli, ſe non putare eſſe veram, fol. 108. ſecundum paruam impreſsionẽ Lugdunenſem, & in d. l. Lucius 2. nu. 48. & infra Didac. Tolet. in repet. d. c. Raynutius, §. 3. in 3. limit. nu. 6. verſic. Tertio præmiſſa concluſio. dicens iſtam opin. recipiendam eſſe aduerſus Ang. & Iaſ. Nec immeritò eundem Iaſ. in d. l. 1. C. de pac. fateri, Angeli ſententiam dubiam eſſe. Catel. Cott. in memorial. in verb. Filij in conditione. verſic. ſed ſequendo communem. fol. 67. Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 786. ff. ad Trebel. Nouiſs. Pariſien. conſ. 1. Analytic. incip. Franciſcus de Arynio, nu. 116. fol. 86. Thob. Non. d. l. 1. in 1. limit. verſic. Verum facile. dicens ita eſſe concludendum. Anton. Gomes. in commentar. & var. reſolut. iur. ciuil. tom. primo, de vltim. volun. tit. de ſubſti fideicommiſ. cap. 5. ante nu. 43. verſic. Quam communem ſententiam. fol. 62. dicens quòd licèt Ange. vt Doctores referunt, velit contrarium in l. in legatis. C. de legat. tamen eius lecturã non inueniri, Fernand. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. progreſſu. lib. 1. §. 4. nu. 5. aſſerens eſſe communem poſt Claud. de Seyſſel. quem allegat. Pariſ. conſ. 74. Circa teſtamentum. nu. 3. lib. 2. Emanuel Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in 1. par. nu. 30. ff. de liber. & poſthu. Iacob. Menoch. in tractat. de præſumpt. in 2. par. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 62. verſic. Quocirca ab Angelo & ſequacibus rectè diſſentiunt, fol. 120. col. 3. Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fideicom. artic. 28. nu. 16. verſic. Verum limitatio hæc, fol. 257.

Ad hanc opinionem comprobandam allegat primo Socin. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legar. 1. vbi dicitur, quòd filij poſiti in conditione excludunt ſubſtitutum, nec quæritur an hæredes extiterint, ſcilicet grauato, non autem teſtatori: per fideicommiſſum † non eſt hæres, 8

ſed loco hæredis, l.ſi filius, §.1.ff.quod cũ eo. dicebat hinc Soc. quòd ſi filij fuiſſent ex teſtamẽto vocati per fideicommiſſum, fruſtra dubitaſſet Iuriſcon. an liberi qui fuiſſent vocati, ſubſtitutum excluderent, niſi eſſent hæredes grauati: igitur dubitauit, cum videantur poſiti in conditione, vt ſuccedendo patri ab inteſtato, ſubſtitutũ excluderent: nõ ſuccedendo itaque, videbatur quòd non excluderent, cum contrarium probet ille textus: & ita intelligendo quòd liberi non ſint, vocati, prout communiter (ſecundum eum) textus iſte intelligitur, generaliter, & in hærede, & in quo cunque grauato, ſi ſine liberis deceſſerit, loquitur: & ſic in grauato etiam onere legati, vel fideicommiſsi particularis. Huic tex. reſpondet idem Soc. in d.l. cum auus. col. antepen. verſic. licet hoc poſsit in contrarium retorqueri. quamuis primam ſibi inductionem magis placere dixerit, hicq; alia reſponſio congruit, quam in ſuperioribus ad iſtum text. afferebam, vt nõ ſit opus retorquutionem Soc. & aliam repetere. Tertiò dicebat Auguſt. Bero. dictum §. lo qui de ſubſtitutione facta in hæreditate, cum Soc. autem pertranſire, dum idem in legato, & fideicommiſſo particulari implicare contendit, eſſe diuinare; ſed eſto ipſum de particularibus legatis intelligi, Socin. retorquutio illa, per Aug. declarata optimè contrarietatem iſtius text. diluit, atque perſtringit.

Secundò allegat alium tex. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi liberi poſiti in conditione, non dicuntur tacitè ad fideicommiſſum vniuerſale vocati: demum in fi. Imperator illum tex. ad legata, & fideicommiſſa particularia extendit: omnia enim † quæ ſunt in lege interpretata, cenſentur in lege interpretante repetita, Auth. de filijs ante dotal. inſtr. nat. poſt prin. l. nihil. & ibi Bart. ff. de coniung. cum emanc. liber.

9 tendit: omnia enim † quæ ſunt in lege interpretata

Cæterum hic tex. minus vrget, cum in
10 tacita † conditione, & à lege ſubintellecta, ſi ſine liberis deceſſerit, loquatur, & tũc verum eſt, liberos vocatos non eſſe, quemadmodum in principio huius tractat. ex communi ſententia dixi, ſiue in hæreditate ſimus, ſiue in particularibus relictis: nam tunc plura ſpecialia circa idem concurrent, cum ex tacita prouiſione aliud tacitum reſultaret, contra l. primam, C. de dor. promiſ.

Præterea dicebat Bero. in d. §. cum autem, nihil diſponi de liberis, qui in conditione poſiti cenſentur, an ſint vocati, nec ne: dum itaque ibi ſit extenſio ad legata, & fideicommiſſa particularia, quo ad illos expreſſos effectus, non autem quo ad hunc, de quo dubitatur, intelligi debet.

Vel dixerim, ex illo text. aperte elici, poſitos tacitè in conditione, vocatos cenſeri; quod tum eius inductione, tum aliorum iurium ex Papiniani mente, Imperatoriaque interpretatione, aduerſus prædictam communem opinionem in præcedẽtibus affirmaui.

Quid erit in hac ambiguitate dicendũ?
11 Angeli Iuriſconſulti Peruſini † ex nobiliſſima, atque perilluſtri Vbaldorum familia ingens eſt authoritas, & celeberrima, Stephani Bertrandi teſtimonio, conſ. 19. ex themate, nu. 6. in 2. par. lib. 1. dicentis Angelum de Peruſia Doctorem illuſtrem eſſe: ac etiam Caſtrenſis aſſertione, nolentis recedere conſulendo, ab opin. Bald. & Angeli, quos poſt Caſtrenſem, veridicos appellat idem Bertrand. conſ. 180. Nõ eſt dubium, nu. 4. in 1. par. lib. 3. multis etiam alijs nominibus grauiſſimorum virorum fulcitur: eiuſque opinionem conſulendo viguiſſe ex allegatis conſilijs clareſcit: nã ſecundum eam de iure reſponderunt Petrus Philippus Corneus, Socinus, Iaſon, alter iunior Socinus, Gerardus Mazzolus & Auguſtinus Beroius; Doctorum ipſam tenentium nomina tranſcendunt contraria numero: Soc. quoque iun. prædictus Angeli opinionem hanc, magis communiter receptam eſſe dicit, quod eſt maximum Doctoris fundamentalis, atque enucleatiſſimi verbum; ipſumque nouiſſimè refert, & ſequitur, de crebriori atteſtans, Franciſ. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. ante nu. 35.

Vnde non auderem ab ipſa iudicando, & conſulendo recedere, cùm in effectu
12 ſit † crebrior, quam vltra præcitatos ſcribentes, tenuerunt etiam Diaz in reg. 379. incip. Teſtator. Petr. Anton. de Petr. in tract. de fideicom. prohib. q. 9. nu. 224. vbi de communi meminit. Decian. conſ. 41. Magnificus D. Marianus. nu. 45. verſi. Sextò conſidero, lib. 1. & ante iſtos Ioan. de Anan. conſ. 68. Viſo ſtatuto. in vltim. verbis, ibi, licèt voluntas. dum per errorem Angelum pro contraria parte citat. Bonifac. Ruger. conſ. 12. perilluſtris & Excellentiſſimus. nu. 133. lib. 1. vbi nu. 144. communem opinionẽ eſſe dicit, & nu. 165. atque infra authoritates Doctorum in contrariũ alle-

allegatorum expendit & tollit, vt per eũ,
conſ. 13. In occurrenti caſu, nu. 17. verſic.
Sextò mihi, cui ſe ſubſcripſit Hippolytus
Riminaldus, & conſ. 38. Viſa prius citatio
ne, nu. 80. verſic. Præterea & tertiò, eod.
vol. Nicol. Boer. deciſ. 155. Gaillardus de
Duroforti, nu. 19. verſic. Tamen ſecundũ
Angelum, in 1. part. Hieronym. Magon. de
ciſ. 16. Petrus Franciſcus. nu. 20. verſic. etſi
replicaretur, col. 2. fol. 76. Oſaſc. conſ. 35.
Viſa ſpecie facti, nu. 10. verſic. Quæ com-
probantur. Rimina. Iun. conſ. 123. In hoc
dubio, nu. 16. verſic. Agitur enim hic, vſq;
ad nu. 19. vbi de communi, li. 2. conſ. 583.
In occurrenti caſu, nu. 22. verſic. Sextò mi
hi, lib. 5. & videtur etiam tranſiſſe Bertaz.
conſ. 83. Pro D. Antonio. nu. 38. verſic.
Quod autem ſupra dicebatur, lib. 1. ciuil.
Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §.
26. limit. 31. nu. 88. & Io. Petr. Surd. in tra-
ctat. de alimen. tit. 2. q. 14. nu. 13. verſic. Itẽ
facit, poſt Franciſcum Beccium, & ipſum
Vaſquium, quos recenſet.

Vlterius ſecundùm hanc opinionem
laudarunt tres Domini Iudices Almę Ro-
tæ Florentinæ, inſimul cum D. Franciſco
Lenzonio, & D. Martino Spigliato, Iure-
conſultis & Aduocatis Florentinis, inter
D. Ioãnem Baptiſtam Baccellum pariter
Iuriſconſ. & Aduocatum Florentinum, &
Alfonſum de Riccis eius cognatum, die.
11. Martij. 1585. vt conſtat per laudũ apud
Ser Baccium de Barberino. Idem quoquẽ
tenuit Rota Florent. anno 1555. Die 15.
Nouembris, vt in lib. 18. motiu. verſic. Ter
tia limitatio. funtq́ue motiua trium Do-
minorum Iudicum: ac iterum Rota confir
mando ſententiam Domini Iudicis pri-
marum appellationum, die 20. Iulij, 1591.
vt extant motiua die. 2. Auguſti eiuſdem
Anni, lib. 70. fol. 2. hancq́ue opinionem
magis communiter receptam eſſe, Rota
ipſa teſtatur: quam inſuper vti veram &
indubitatam ſequebatur Clariſſimus D.
Gerius Spinius Patritius & Aduocatus
Florentinus maximæ eruditionis ac cele-
berrimi nominis, in eius reſponſo incip.
Suppoſito teſtamento. verſic. Sed in ſpe-
cie, ad fauorem pupillorum de Bertis, con
tra deputatos, per ipſum doctiſſimè reddi
to. Et quoniam vis in rationis diuerſitate
conſiſtit, diſcrimen illud eſſe arbitror, cũ
13 legatum † donatio quędam ſit à defuncto
relicta, ab hærede præſtanda: in huiuſmo-
di igitur liberalitate legatorũ, plenius vo-
luntatem interpretari æquum eſt: non ita
in fideicommiſſis, quæ cum directò non
relinquantur per teſtatorem, donationes
propriè non dicuntur, ſed grauamina po-
tius hæredibus, ipſorumq́ue fideiimpoſi-
ta, vt ipſi doneut: quemadmodum Socin.
iun. in rubri. nu. 62. ff. de leg. 1. conſidera-
14 bat. Nec obſtat † exęquatio, illa namq́ue
reſpicit quæ exæquationi adaptari poſsũt.
non alia. l. 1. §. lex Falcidia. & ibi Bar. ff. ad
l. Fal. l. Princeps. iuncta Gl. ff. de legib. me
rito in legatis particularibus dominium
15 tranſit † recta via in legatarium. l. à Titio.
ff. de fur. ſecus in vniuerſalibus l. aut facta.
l. reſtituta. ff. ad Treb. Ampliatur conclu-
ſio, vt procedat ſubſtituta etiam pia cauſa,
quemadmodum præcisè Angelus loqui-
tur, & tradit Bonifac. Rugerius dicto con
ſil. 12. nu. 140. verſic. ſecundum eſt pręſup
poſitum, lib. 1.

Declaratur Primo hæc Angeli limita-
16 tio, vt habeat locum † in puris, & meris
legatis, non autem in ijs quæ purè, & me-
rè legata non ſunt: quoniam cum dictum
Angeli ſit exorbitans à regulis iuris, quæ
volunt, quòd filij poſiti in conditione, non
ſint in diſpoſitione; vt omnes atteſtantur,
illud debet ſtrictè intelligi, videlicet in le-
gatis puris, & meris, arg. l. ſi vero. §. de vi-
ro. vbi Io. de Imo. ff. ſol. mat. & propterea
cum quis vltra vniuerſalem inſtitutionem
fuit particulariter inſtitutus in aliquibus
reb. ſibi pro parte ſua aſsignatis, non habe
bit locum: non enim dicitur ſimpliciter le
17 gatarius, † ſed hæres inſtitutus, vt in l. quo
ties. cum gl. C. de hæred. inſtit. item hæres
in rebus particulariter inſtitutus, non dici
tur ſimpliciter legatarius, nec ſimpliciter
hæres, ſed hæres participius, partem vtrin
que aſſumens, ſicut de participio dicitur,
Bart. ante nu. 2. verſic. Quid ergo. quem a-
lij ſequuntur, in d. l. quoties. merito ceſſat
dictum Angeli: nam diſpoſitio loquens in
18 caſu ſimplici, † non trahitur ad caſum mix
tum, iux. not. per Bar. in l. 2. in princ. ff. de
verb. oblig. in l. vim paſſam. ff. de adulter.
& ita notabiliter tradit Auguſ. Bero. conſ.
67. In cauſis. nu. 59. cum ſeq. lib. 3. licet
contrarium tenuerit Iaſ. d. conſ. 4. In præ
ſenti conſultatione, num. 5. verſic. Nam
iſta inſtitutio.

Secundò limitatur in poſitis in condi-
19 tione à lege ſubintellecta, † ex l. cum auus.
ff. de conditio. & demonſt. ſecundum Au-
guſt. Bero. d. conſ. 110. Materia præſentis
quæſtionis. nu. 44. lib. 2.

Angeli etiam opinio, etſi ſimpliciter,
ac indiſtinctè vera ſit, magis tamen proce
20 deret, † concurrẽte etiam alia coniectu-

ra, vt per Auguſt. Bero. d. conſ. 110. Materia propoſitæ quæſtionis. nu. 44. poſt verſic. Nec aduerſatur. li. 2. Vnde in caſu Cæphal. d. conſ. 588. nu. 13. lib. 4. latius procedit, concurrente alia coniectura Petri Anch. conſ. 74. Cõtra Philippũ. ſcilicet digreſſionis ad plures gradus ſubſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos ſub qualitate legitimi matrimonij, cenſeri vocatos, excludereq́ vel in ampliſſima forma legitimatos, & nu. 3. ac 5. vbi de qualitate legitimorum, & naturalium.*

2 *Liberos in conditione poſitos ſub qualitate legitimi matrimonij, fortius vocatos cenſeri, ſtante nobilitate teſtatoris.*

4 *Liberos poſitos in conditione, cenſeri vocatos, ſi teſtator monaſterium filij loco haberi voluit.*

6 ASCANIVS RVSSVS *Iuriſconſultus Neapolitanus.*

C A P. III.

1 QVARTA † aſſeritur coniectura, cum liberi ponuntur in conditione, ſub qualitate legitimi matrimonij, nam tunc vocati cenſebuntur, excludentq́ue vel in ampliſſima forma legitimatos, Soc. iun. in terminis Glo. in d. l. Lucius, conſi. 110. Diu in hac conſultatione, nu. 26. lib. 3. dicens eſſe veram, & cõmunem concluſionem: & ad demonſtrandum, legitimatum non excludere ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine filijs ex legitimo matrimonio, vel legitimè natis, deceſſerit, allegat Dec. conſ. 425. In caſu propoſito. col. 4. & Pariſ. conſ. 12. Tranſactio iſta. num. 147. lib. 2. ac etiam ſemetipſum, conſ. 65. In caſu occurrenti. nu. 2. lib. 2. & Stephan. Bertran. conſ. 149. Multa ſunt. nu. 3. lib. 1. idem Soc. iun. in dictis Gloſ. terminis, conſ. 145. Viſo teſtamento. nu. 39. verſic. poſſent etiam. d. lib. 3. dicẽs eſſe potentiſſimam coniecturam, cui nihil opponi poteſt, vbi allegat quàmplures, ad demonſtrandum, ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine filijs legitimè natis, vt ſupra, non excludi à legitimatis, ſed verè legitimè nati requiruntur: quod ego alibi latius declaraui, quicquid conſuluerit Venerandum Collegium Patauinum inter conſilia Marci Mant. conſ. 191. In præſenti dubio, nu. 53. cum ſequ. de quo meminit idem Soc. iun. conſ. 77. Pro reſolutione, nu. 15. dicẽs certè non videri dictum conſilium paruifaciendum, propter authoritatem tanti Collegij, cui in re dubia plurimũ deferendum videtur, licet ipſe illi conſilio conſentire noluerit ex plurib. in d. conſ. 65. expreſſis, quamuis vnus tunc ex relatoribus extitiſſet. Cum proprio loco quæſtionem tractauerim, nunc pauciſſimis agam. Eandem cõiecturam comprobant, Thob. Non. conſ. 32. Viſo, nu. 11. verſic. ſecunda eſt coniectura. Hippoly. Riminal. conſ. 21. Illuſtris Comes. nu. 44. verſic. Quinta pariter accedit. Tiber. Decian. conſ. 33. nu. 90. & conſ. 41. nu. 29. in fi. & 30. lib. 1. conſ. 78. Dico ergò. nu. 7. conſ. 103. Quæritur ergò. num. 4. & 19. in fi. & inf. lib. 2. conſ. 44. Circa primum, nu. 28. in fi. lib. 3. Franc. Mant. in tracta. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. ti. 3. nu. 7. latè inſiſtens, vt per eũ, fol. 261. verſic. Quarta eſt. Iacob. Menoch. conſ. 325. De prima propoſita dubitatione. nu. 10. lib. 4. conſ. 557. Cùm de propoſitis dubitationibus, num. 33. verſic. Tertiò confert, lib. 6. & in tract. de præſumpt. in ſecunda par. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 48. verſic. Tertia eſt coniectura, fol. 119. col. 2. in princ. Aym. Crau. conſ. 885. col. 2. conſ. 917. col. 1. Iaco. Mandell. Albenſ. conſ. 312. Intentio Magnificorum Dominorum. nu. 11. li. 2. conſ. 329. Quàmuis, nu. 14. verſic. Prima eſt, eod. vol. Hieronym. Magon. deciſ. 73. Ex Principis reſcripto, num. 8. fol. 249. Io. Petr. Bimius, conſ. 17. Maturè perpenſis. num. 16. dicens cõiecturam eſſe ſatis vrgentem ac violentam, fol. 61. col. 2. Franc. Burſat. conſ. 202. Verba teſtamenti. nu. 17. verſic. Vndè ſi nepotes, lib. 2. Achyl. Pedroc. conſ. 40. Quod attinet, nu. 14. verſic. Quarto etiam. vbi ad hoc citat D. Vincentium Stellam in allegationibus in cauſa Lanſinorum, & Marcum Antonium Ripam in allegationibus pro DD. Laura & Hypolita de Foreſtis: dicens etiam iſtam coniecturam de mente omnium Scribentium eſſe, conſ. 22. Punctus difficultatis propoſitæ. nu. 8. Hierony. Herculan. in eius reſponſ. pro Alexandrijs & Macchiauellijs, incip. In Auditorio Rotæ, nu. 176. D. Alexand. Raudenſ. conſ. 36. Teſtamentum hoc, nu. 215. in fi. verſi. Tum quia adiecta fuit, fol. 303. col. 3. rurſus Riminald. iun. conſ. 502. Poſtquàm conſului, num. 19. verſic. Secundò nunc, lib. 5. & D. Petrus Caballus Pontremulenſis præclariſsimus atque integerrimus Iuriſconſultus, apud Sereniſſimum FERDINANDVM MEDICEVM Magnum Hetruriæ Ducem,

Auditor

Auditor Sacræ & Illuſtriſsimæ Religionis
S.Stephani, ac militarium legionum, in
deciſ. Senenſi ſuper cauſa fideicommiſſa-
ria Ranconum, incip. In cauſa mota per
D.Cęſarē. verſic. Quę repetitio eò fortius.
2 Hæc coniectura † maximè, & latius pro
cederet in nobili teſtatore, vt tradit egre-
gie Hipp.Rimin. d.conſ.21. Illuſtris Co-
mes.nu.45. verſic. Idq; ſaltem debet dici.
3 Contra hanc coniecturam † in duobus
Socini iunioris conſilijs valdè canoniza-
tam; inuehit Doctor grauiſſimus Hiero.
Zanch.in l.hæredes mei. §.cũ ita. nu.764.
verſic. Et ex prædictis infertur, & infra nu.
765. verſic. Cęterùm ſi hæc coniectura,
fol.67.col.3. ff.ad Treb. ex rationib. con-
trarijs opinioni Gui. Papæ, & Decij, circa
coniecturã qualitatis maſculorum, ad qua
litatem legitimi matrimonij inferens.
Sed ei non eſt aſſentiendum, ijſdem ra-
tionibus, & authoritatibus, quibus opi-
nionem Decij ſequuti fuimus: ſunt profe-
ctò non ſpernendæ, vti graues, & veritati
conſonæ, Doctorum nominibus fulcitæ,
firmiterq; roboratę, quicquid poſt Zanch.
conſulendo etiam dixerint Rol. de Valle,
conſ.34. Vidi dubia, ante nu.64. verſic. Si-
militer non obſtat, lib.4. & Franc.Burſatt.
conſ.300. Magnificus D.Marcus. nu.68.
lib.3. quibus aſſentiuntur Petr. Anton. à
Petra in d.tract. de fideicom. prohib.q.9.
nu.201. verſic. Veruntamen, fol.214. di-
cẽs iſtam coniecturam nullatenus poſſe ſu
ſtineri, & contra eam magis communem
opinionem adeſſe, vt teſtatur Io. Cephal.
conſ.268. lib.2. quem ibi refert, ac etiam
Antonin. Teſſaur. deciſ.96. Filij in condi-
tione, nu.26. vanam eſſe coniecturam aſſe-
rens, ſed infęliciter.
4 Pari etiam ratione, † ſi teſtator in con-
ditione expreſſerit, Monaſterium pro filio
non haberi, intelligitur voluiſſe, quòd libe
ri in conditione poſiti, ex teſtamento ad-
mittantur: ſi enim ab inteſtato tãtum ſuc
cedant, monaſterium etiam tanquam fi-
lius poſſet ſuccedere, iux. §.ſed & hoc præ
ſenti in Auth. de ſanctiſs. epiſ. & in auth.
niſi rogati. C.ad Treb. ita ex facto reſpõdiſ
ſe Decian. conſ.41. nu.30. verſic. Quarta
coniectura, libro 1. refert, & ſequitur Fran
ciſc.Manti.d.tit.3.num.12. verſic. Simili-
ter etiam.
5 Vtque ad coniecturam, † ab expreſſio-
ne legitimi matrimonij deſumptam reuer
tar, quàmuis nouiſſimè ipſam improbaue-
rit Iac.Berret. conſ.74. Hæc cauſa.nu.12.
verſic. Ex prædictis. ſibi tamen contradi-
cit, conſ.40. Conſideratis. poſt nu.6. vbi di
ctam coniecturam ſequitur, quam etiam
expreſsè admittit, & comprobat Simon
de Præt. in trac. de interpre. vlt.vol.lib.3.
ſol.3.nu.11.fol.300. poſt Soc.iun. & Hip-
po.Rimin. quos allegat: Hieron.Zanchi au
thoritate non obſtante. & reperi pro opinę
Socini iun. & aliorum præcitatorum, & ſic
pro coniectura qualitatis legitimi matri-
monij, fuiſſe determinatum per Rot. Ro.
in vna Bonon. de Pepulis, Die 13. Nouem
bris. 1566. coram D.Robuſter. in d.deciſ.
inci. Cauſa fuit. vbi Rota diſtinxit inter fi-
lios legitimos & naturales, & de legitimo
matrimonio, decernendo primo modo nõ
cẽſeri vocatos, ſed bene poſteriori modo,
ſub qualitate legitimi matrimonij; ean-
demque concluſionem, ſiue coniecturam
in perdifficili cauſa, conſulendo egregie
6 tuebatur † perilluſtris Dominus Aſcanius
Ruſſus patricius Neapolitanus, ex eque-
ſtri ordine ſedilis Montaneæ, Iuriſconſul-
tus cum ingenio, tum doctrina, morumq;
ſuauitate præſtantiſſimus, ex Ruſſorum no
biliſsimo, & antiquiſsimo genere, in quo
viri armis, non minus quàm literis inſi-
gnes omni tempore floruere: vt efficacius
hanc ego opinionem, ob maximam tanti
Doctoris authoritatem, ſequi audeam, cu-
ius eximia virtus, facundia, nobilitas, at-
que animi celſitudo, cũ explicari oratio-
ne perfectè nequeant, ſolum eius illuſtriũ
operum teſtimonium ſufficiat. Et quàm-
uis vbi fuiſſet dictum de filijs legitimis &
naturalibus, eandem poſitorum in condi-
tione uocationis coniecturam deſumi poſ
ſe, ſcripſerit Hieronym. Herculan. in præ-
alleg. eius reſponſo pro Alexandrijs &
Macchiauellijs, nu.176. ac etiam Riminal.
Iun. conſ.502. Poſtquàm conſului, nu.19.
lib.5. conſ.632. D.Raynerius, nu.72. verſi.
Secunda verò, lib.6. & conſ.676. D.Camil
lus, nu.25. eod.vol. tamen Rotæ Romanæ
pręnarratam diſtinctionem veriſsimam eſ
ſe exiſtimo, quam firmat Hieronym. Ma-
gon. d.deciſ.73. ante nu.9. verſic. Sed hæc
conſideratio.

SVMMARIVM.

1 *Liberos poſitos in conditione, cum ipſis ab in
teſtato ſucceſſio denegatur, cenſeri voca-
tos, exemplo filia in conditione poſita, qua
per ſtatutum à ſucceſſione inteſtati exclu-
deretur. ſed contrarium dicentes vide,
num.2. vbi concluditur à priori tanquam
communi, non eſſe recedendum.*

Liberos

3 *Liberos poſitos in conditione, cum ipſis ab inteſtato ſucceßio denegatur, cenſeri vocatos, etiam ſi cum ipſis, ab inteſtato ſucceſſibiles in conditione ponerentur, maſculi ſcilicet cum fœminis, in terminis ſtatuti prædicti, & nu.4.*

5 *Liberos poſitos in conditione, quibus inteſtati ſucceßio denegatur, vocatos cenſeri, cũ ſunt ab inteſtato habiles ad ſuccedendum: ſecus ſi inhabiles, & num.6. quod non ad actum, ſed potentiam, vel naturalem (vt ita dixerim) habilitatem referendum eſt.*

C A P. IIII.

1 QVINTAM decernunt coniecturam, cũ deſcendenti poſito in conditione ab inteſtato ſuccesſio denegatur: nã cùm ex d. l. Lucius. prælationem poſitorum in conditione concedamus, quam Gloſſa interpretatur ab inteſtato, in eo qui eodem iure, & ex teſtamento poteſt ſuccedere, ergò in eo qui ab inteſtato non ſuccedit, debemus prælationem interpretari ex teſtamento, vt teſtantis voluntas impleatur, verba ludibrio nõ ſint poſita, & à verborum proprietate minime recedatur: exemplum conſtituunt in filia in conditione poſita, quæ per ſtatutum à ſuccesſione inteſtati excluditur, Rapha. Cuma. in d. l. Lucius. Corn. conſ. 74. Viſo prolixo. col. 2. nu. 9. & 10. lib. 2. Socin. iun. conſ. 141. Habita diligenti, col. 5. nu. 16. 17. cum ſeq. lib. 2. vbi meminit de conſilio Cornei, & in eodem caſu, ſiue iiſdem terminis conſ. 174. Viſa, col. penul. nu. 24. & 25 cum ſeq. eod. volum. dum loquitur in ſubſtitutione compendioſa facta Franciſco, quandocunque ſine liberis deceſsiſſet, faciendo ſub compendio tam vulgarem ſubſtitutionem in caſu ſuo, quàm etiã fideicommiſſariã, iux. not. per Bar. in allegat. l. cẽturio. & l. precibus, conſtabatq́; manifeſtius, cum teſtator expreſſiſſet, vulgariter, & per fideicommiſſum, dicens verba illa, vniformiter debere capi. l. iam hoc iure. de vulgar. & pupil. ſed reſpectu vulgaris operantur vocationem, ergo & reſpectu fideicommiſſariæ. iſtudq́; oſtendit, quia niſi dicerentur eo caſu vocati, facilè ſequi poſſet, quòd non admitterentur, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, contra mentem teſtantis, & contra Glo. & Doctor. in d. l. Lucius. dum tex. illum dicentem, quòd teſtator prætulit, ab inteſtato intelligunt: vt neceſſe ſit, filios illos aliquo caſu eſſe prælatos: & ſic dicebat, illud ſuccedere, quòd quando poſſibile eſt, eos non vocari ab inteſtato, neceſſe eſt ex teſtamento vocari, allegans. Corn. d. conſ. 74. quòd autem illud ſequi poſſet, latiſſimè deducit vt per eum. idem etiam concludit, conſ. 175. Viſo eleganti. quod eſt ſequens conſilium, nu. 2. verſic. Tamen multum. eod. vol. & in caſu ſtatuti fœminas excludentis, tradit idem Soci. nepos, conſ. 158. Abundè. col. pen. nu. 73. & 74. verſic. Quando ergo. d. lib. 2. dicens ita egregiè Corneum argumentari, & eſſe puram veritatem, proprer quam præcipuè motus fuit ad conſulendum in fauorem Dom. Syluiæ, quæ ab inteſtato pér Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. Cardinalem excludebarur. Caro. Rui. conſ. 160. Viſo, & perlecto. in 4. dubio, col. 7. nu. 21. verſic. Nam conſiderandum eſt. li. 2. conſ. 131. In themate proponitur. col. 10. in fi. nu. 13. verſic. præſupponendum eſt, lib. 5. Paul. de Caſt. conſ. 359. Supraſcriptus D. Conſultor, ante nu. 2. verſic. Tum quia liberis illis, lib. 2. Hieron. Alba. conſ. 9. Teſtator legauit. nu. 1. & 2. dicens ita tenere Raph. in d. l. Lucius. quem allegat Alexan. conſ. 185. Viſo titulo quæſtionis. nu. 20. verſic. Decimò non obſtat. lib. 2. qui non diſſentit, ut etiàm Alba. aduertit, vbi hanc opin. quatuor rationibus comprobat. Io. Cæph. conſ. 252. Quoniam. nu. 85. & 86. lib. 2. Ant. Gabriel. tit. de fideicom. 4. conclu. nu. 52. & nu. 33. allegans poſt Corn. Hierony. Grat. conſ. 32. Viſo teſtamento. col. pen. lib. 2. Hieron. Gabriel. conſ. 96. Antonius. col. 5. nu. 17. verſic. Idcirco contra hanc rationem. cõſ. 115. Fęlix Palinus. nu. 14. verſic. Exiſtimauerunt nonnulli. Hippol. Rimin. conſ. 42. Petit Illuſtris. nu. 117. poſt Corn. Soc. iun. Cephal. & Port. quos refert Franc. Mant. in tract. de coniectu. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. nu. 16. dicens eſſe probabilem coniecturam, & opinionem contrariam non eſſe communem, quam ipſe improbat. Iacob. Berret. conſ. 40. Cõſideratis, nu. 6. conſ. 78. licet, nu. 5. verſic. Nam quando. Iaco. Menoch. conſ. 394. in addit. incip. Et ſi hactenus. nu. 70. receptiſſimam opin. eſſe dicens, pluresq́; illam tenentes allegans. lib. 4. & inter cæteros Tiberium Decian. conſ. 103. Quæritur ergò, nu. 19. lib. 2. conſ. 78. Dico ergò, nu. 7. eod. vol. Pet. Io. de Anch. q. 31. Inſtituerat Caius, nu. 3. verſic. vbi conſiderat, lib. 3. Iaco. Mandel. Albenſ. conſ. 312. Intentio Magnificorum Dominorum, nu. 8.

verſic. Prima eſt, lib. 2. Mich. Craſſ. lib. 1.
ſentent. §. fideicommiſſum, cap. 14. nu. 6.
verſic. Sexta affertur coniectura. Petr. An-
ton. de Petr. in tract. de fideicom. prohib.
q. 9. nu. 208. verſic. Decima eſt, fol. 215. &
infr. nu. 225. verſic. Tertiò limitatur, Iaco.
Puteus deciſ. 215. Nicolaus de Paſijs, nu.
3. lib. 3. Syluester Aldobrandin. conſ. 29.
Hieronymus Gentilis, nu. 61. Riminald.
iun. conſ. 476. D. Sabbatinus, nu. 36. li. 4.
conſ. 502. Poſtquàm conſului, nù. 24. ver
ſi. Quintum dixi. lib. 5. rurſus Rota Roma-
na deciſ. 322. Domini dixerunt, nu. 5. in
nouiſſimis, li. 1. ac etiam deciſ. 326. Domi-
ni iterum firmarunt, nu. 7. eod. vol.

Et quàmuis Hieronym. Zanch. in d. l.
hæredes mei. §. cùm ita. num. 778. verſic.
Sed ſuper. ff. ad Trebel. & Didac. Couar.
in cap. Raynutius. §. 3. nu. 7. verſic. Quartò
ea. opin. Gloſ. ext. de teſtam. contrarium
teneant, non eſt ab opin. Corn. tanquàm
vera, & communi recedendum, iudicãdo,
& conſulendo. Nec obſtat, ſi cum Didaco
diceretur, filium naturalem, ſubſtitutum
excludere, licèt inteſtato parenti ſucceſſor
legitimus non ſit. l. ex facto. §. ſi quis roga
tus. ff. ad Treb. auth. licèt. C. de natur. lib.
conditio enim expreſſa, poteſt etiam defi-
cere, extantibus filijs legitimis, qui ab in-
teſtato ſuccedere non poſſunt. Ne quic-
quàm facit tex. in l. filiusfamiliàs. §. cùm
quis. ff de leg. 1. vbi nominati in conditio-
ne ſubſtitutum excludunt, etiamſi nõ ſint
hæredes inſtituti: Nam defectus conditio
nis eum excludit, d. §. cùm quis. & ſat eſt,
quòd ab inteſtato ſuccedere potuiſſet, ſi
nullum factũ eſſet teſtamentum, vt ſit ipſi
imputandum, ſi fuerit exhæredatus: ma-
ximè cùm ſine iuſta cauſa non poſſit hodie
exhæredari. §. aliud quoque capitulum. in
Auth. ut cùm de app. cogn. Ampliatur hęc
concluſio, ſiue coniectura, vt procedat e-
tiam ſi vnà cum fœminis ab inteſtato ex-
cluſis, per ſtatutum maſculi etiam pone-
rentur in conditione: tunc enim & ipſi vo
cati dicerentur, Ruin. conſ. 142. Viſo, &
perlecto, col. 6. lib. 3. ſed magis explicitè
Hierony. Alba. d. conſ. 9. Teſtator legauit.
nu. 6. verſic. Reſpondeo eſſe diligenter a-
nimaduertendum. Iacob. Menoch. in tra-
cta. de præſumpt. par. 2. lib. 4. præſum. 76.
nu. 50. vbi ampliationem hãc latè probat,
atque elegantiſſimè tuetur, cùm poſt ho-
rum cõmentariorum editionem complu-
ra ad iſtam materiam facientia ſcribere co
natus fuerit, prout alij complures fecerũt,

Sed contrarium (vt nouiter etiam ipſe
Menochius admonet) tenet idem Hiero-
ny. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cùm ita.
d. nu. 778. verſic. Illud non prætéribo. ff.
ad Treb. vbi referendo Ruinum in citato
conſilio, dicit, eius opinionem, data pro
vera principali coniectura, ſibi nõ placere.

Opin. tamen Ruini, & Albani ea ratio-
4 ne † fundatur, ex quo enim filius, & filia pa
riter, ſub vna verborum conceptione fue-
runt poſiti in conditione fideicommiſſi, vi
dentur etiam pariter ad ſucceſſionem vo-
cati, hoc eſt vt eodem iure, vel ex cauſa
teſtati, vel ex cauſa inteſtati vocentur: ve
rum quia non niſi ex teſtamento filia po-
teſt ſuccedere, idem eſt dicendum de filio
ratione adiuncti, vt quantum fieri poteſt,
æqualis fiat determinatio, vulg. l. iam hoc
iure. ff. de vulg. & pup. l. in teſtamento. C.
de teſt. mil. idq; ne vna, eademque diſpo-
ſitio, diuerſo iure cenſeatur. l. eum qui æ-
des. ff. de vſuc. Præterea, ex quo ita maſcu
lus, ſicut fœmina, ab eodem verbo, & ab
vna, & eadem oratione reguntur, illud
quod vnum ex ijs qualificat, etiam alterũ
qualificare debet, quatenus iuris cenſura
patitur, arg eius quod habetur per Bart. in
l. Seiæ. §. Caio. ff. de fun. inſt. & in l. in repe
tendis. ff. de leg. 3. in l. prætor. §. critq; dif-
ferentia. ff. vi bon. rap. Inſuper, ex quo ma
ſculus & fęmina ſunt ſimul poſiti in con-
ditione, & coniuncti, alter debet ſibi aſſu
mere de natura alterius, quatenus talis na
tura attribui poteſt, per tex. ſing. in l. qui
patri. ff. de acquir. hæred. Retortioni vero,
quam facit Zanch. in d. §. cum ita. ex præ-
dictis videtur reſponderi, impotentia ab
inteſtato ſuccedendi reſpectu fęminæ at-
tenta, virtute ſtatuti, & potentia maſculo-
rum vtroque iure ſuccedendi: vt non ſibi
opituletur, dum contrarium demonſtrare
contendit; maximè quia teſtantis volun-
tas læderetur, quæ voluit fœminas præfer
ri, & ſi Glo. ſententiam admittimus ab in-
teſtato. Vnde cum inteſtati via ſit præclu-
ſa, diſpoſitione ſtatuti, vt exitum conſe-
quatur, relationem neceſſario conſidera-
bimus ex teſtamento, vt non immeritò fa-
ciliter eodẽ fauore maſculi conuocentur
quæ ſenſu retrogrado non militant. Nec
in terminis. l. cum auus, illatio procedit, ut
nec reſpectu quidem filiorum locum ha-
beat, cum grauantur inſimul filius, & ex-
traneus, ex ſeparata & diſſimili ratione ex-
tranei reſpectu deſcendentis, & ex alijs,
quæ in d. l. cum auus. aliquando explica-
ui, intellectum d. l. iam hoc iure. aſſerẽdo.

5 Nec omittendum eſt † Hipp. Rimin. d.
conſ.

conſ. 42. nu. 125. verſic. Quo verò ad aliã. dicere, veram eſſe coniecturam iſtam, cum poſiti in conditione eſſent ad ſuccedendũ ab inteſtato habiles, vt d. l. Lucius. ſecus ſi
6 inhabiles. Iſtud autem non ad actum, † ſed potentiam referendum eſt, licèt ipſe aliter dicere videatur, dum loquitur in excluſione ſtatuti: vel (vt ita dixerim) ad habilitatem naturalem, vt ei accidentalis inhabilitas non officiat. Prætereundum etiam minimè cenſeo, ad confirmandã Cornei principalem concluſionem præallegatis Doctorum nominibus præmunitam, ipſam inſigni authoritate Clariſſimi Dom. Ioannis Bonſij Patritij & Aduocati Florentini roborari poſſe, qui proprijs ac ſuorum maiorũ meritis ornatiſſimus eſt Iuriſconſultus, vt verè gloriari poſſit ex nobiliſſimo ſtẽmate (quemadmodũ de C. Caſsio Longino, qui à duob. Clariſ. Iuriſc. Tuberone, & Sulpitio deſcenderat, Vdalricus inquit Zaſius) prodijſſe, ſcilicèt à præſtantiſſimis Doctor. V. I. D. Dominico Bõſio ſeniori eius proauo, ac D. Dominico Bõſio iuniori eius patre, qui eximijs laudibus eminentium virorum efferri meruerunt, cùm de Dominico proauo multa heroica ſcripſerint Alexander Imolenſis, Corneus, Socinus ſenior, Philippus Decius, Iaſon, Io. Maria Riminaldus, Thomas Saluettus, ac Rota Florentina, dum in motiuis ipſum Doctorem veritatis appellat: De Iuniori quoque Dominico plurima attulerint Quintilianus & Horatius Mandoſij, Iacobus Menochius, Io. Cephalus, Seraphynus, Alexander Raudenſis ac alij: Dominum Ioannem Bonſium denique ſummis laudibus extulere Riminaldus iunior, Menochius, Sfortia Oddus, Raudenſis ipſe, ac perſepè Rota Florentina, ut non ab re eius vetuſta nobilitate, eminenti ſcientia, incorrupta fide ac ſuauiſsimis moribus attentis, ad potentiſſimum Don Philippum Auſtriacum Hiſpaniarum aliorumq; Regnorum Catholicum Regem, à Sereniſſimo Ferdinando Mediceo Hetruriæ Magno Duce legatus nuper deſignatus fuerit: in eius inquàm conſ. 514. incip. Ex propoſito themate, verſic. Quarta eſt coniectura, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos cenſeri vocatos, cùm fauore agnationis conſeruãda bonorum alienationem teſtator prohibuiſſet, quòd vellet bona perpetuo in agnatione remanere: tenentes contrarium vide nu. 2. ac priorem eſſe communem, imò receptiorem opinionem, nu. 12. indiſtinctè: cõtradicentes vide num. 8. & quid alienatione non ſequuta, nu. 17.*

3 *Alienationis ſimplicem vel nudam prohibitionem, abſque eo quòd bona in agnatione perpetuò vult conſeruari, vocationem in conditione poſitorum non inducere indiſtinctè: aſſerentes vocationem induci ex prohibitione alienationis ſine expreſſione cauſa, vide nu. 7.*

4 *Alienationis prohibitæ, cũ expreſſione cauſa, coniecturã, latius procedere, ſi in clauſula alienationis, verba geminata adeſſẽt.*

5 *Alienationis prohibita, cum cauſa expreſſione, coniecturam, latius procedere ad inducendam vocationem, ſi clauſulas annullantes alienationem, ex nunc pro tunc, & quòd alienatio pro non facta habeatur, in vim legis commiſſoria contineret.*

6 *Alienationis prohibita, cum expreſſione cauſa, coniecturam, & cum clauſulis annullantibus actum, eo maximè procedere, ſi clauſula irritantes, ac reſoluentes, in eodemmet teſtamento eſſent appoſita.*

9 *Alienationis prohibita ex cauſa coniecturã, in caſu Carol. Ruin. limitari.*

10 *Alienationis prohibita ex cauſa coniecturã limitari, cum filij ſunt in cõditione tanquã filij, prohibitio verò fieret vti heredibus.*

11 *Alienationis prohibita ex cauſa coniecturam, declarari vt ſit vera, cum inſtitutus eſſet alienare prohibitus fauore ſubſtituti ſub conditione, ſecus fauore aliorum.*

13 *Alienatione prohibita in perpetuum, ex huiuſmodi dictione, hæreditatem grauatam dici, vt nedum dicatur inductum fideicommiſſum in perſonis primorum inſtitutorũ, ſed etiam quoad omnes deſcendentes, ẽt vltra quartum gradum in infinitum.*

14. *Alienationis prohibitio, vt inducit grauamen hæreditatis, & fideicommiſſum, nedũ quoad perſonas primorum inſtitutorum, ſed etiam vltra quartum gradum in infinitum, ex dictione in perpetuum: ſic ex dictione, omnino, quia ſit dictum, omnino alienationem prohiberi. & nu. 15.*

16 *Diuiſionis ex cauſa prohibitio, nũquid vocationẽ in conditione poſitorũ inducat, quẽadmodũ alienationis ex cauſa prohibitio.*

CAP. V.

1 SExta limitatio, vel coniectura † recipitur, cum fauore agnationis conſeruandæ bonorum alienationem teſtator prohibuiſſet: in qua duo caſus ſunt conſiderandi. Primus, cum

teſtator

teſtator prohibuit alienationem, quia vo-
luit bona perpetuò in agnatione remane-
re,& tunc ex iſta coniectura prohibitionis
liberi cenſentur vocati. Cor.conſ.59. Diu
nu.18.& per totum.lib.2. Soc.conſ.250.
In cauſa Bononienſi.col.fi.in fi.nu.8. ver-
ſic. Poſtremo.lib.2.Lud.Gozad. conſ.26.
In cauſa.nu.24.cõſ.64.Teſtator inſtituit.
nu.13.cum ſeq. Curt.ſen. conſ.45. Sæpè
reuoluta.col.4.&nu.5.& 6.verſic.Fortius
ex ſucceſſiuo ordine.Carol.Ruin.cõſ.122.
de duobus, col.3. nu.4. verſic. ex quo ta-
men.lib.2.Cur.iun.conſ.43. Habita dili-
genti.nu.8.verſic.reperio etiam. cum nu.
ſeq.Pariſ.conſ.5.Viſo teſtõ.nu.24.verſic.
Faciunt etiã. lib.3. conſ.18. Conſideratis.
nu.50. verſic. Qua limitatione. conſ.63.
Capiendo primum dubium. nu.12. & 18.
lib.1. conſ.37.Si bona. nu.23. & 24. vbi
authoritates & rationes adducit. eod. lib.
2.Iac.Mandel.conſ.87.Dicebam. nũ.13.
verſic.Tertia ratio.vbi allegando Cur.ſen.
d.conſ.45.dicit, quòd etſi, col.11. & 12.
videatur in ſuo illo caſu contrarium con-
cludere, re vera tamen non mutat propo-
ſitum, ſi bene inſpiciatur, ſed ſolum diſpu
tat, an prohibitus alienare poſſit ſaltem re
linquere hæredi ſuo ab inteſtato; vel per
teſtamentum: non autem recedit à ſupra-
dicto propoſito, quòd poſiti in conditione
cenſeutur vocati, eamque comprobat plu
rib. authoritatib. & adducit rationem, vt
ex iſta prohibitione oẽs deſcendentes qua
litercunque nominati, & oẽs agnati cen-
ſentur prohibiti alienare, & per cõſequẽs
cenſentur grauati, ſucceſſiueque in neceſ-
ſariam conſequentiam intelliguntur voca
ti.l.ab eo.C.de fideic.Iul. Clar. tit. de te-
ſtam.q.79.fol.90.Ant.Gabr.tit. de fideic.
4.concl.nu.34 And.Alc.conſ.35.eſt diffu
sè. nu.12.lib.9.licèt poſtmodum titubare
videatur; Vide eundem, conſ.36.Facie pri
ma. nu.11. d.lib.9. Caro. Rui. conſ.101.
Super his. nu.13.conſ.114. Viſo teſtamẽ-
to Bernardini.col.3.nu.6.7.&8.conſ.122.
De duob.nu.4.lib.2.Thob.Non.in l.1.in
7.limit.verſic.& ideo dicas.C.de pact.cõſ.
32.Viſo.nu.10.verſic.Quarum prima eſt.
Mar.Mant.conſ.22.In præſenti caſu. nu.
49.Io.Cæph.conſ.383. Viſo & perlecto.
nu.21.lib.3.& nu.22.qui loquitur quan-
do in prohibitione dixerat teſtator, quia
eius erat intentio, quòd ſua hæreditas de
gradu in gradum tranſiret, vbi plures alle-
gat. idem Cæph. conſ.417. Sequor ego.
nu.20.eo.lib.3.Celſ.Hug.conſ.20.In præ
ſenti conſultatione.nu.41.verſic.Fortius.
& 47.verſic.Siue etiã.Lud. Goz. in d.l.1.
nu.9. verſic. ſecundò limito. C. de pact.
Guid.Papæ, conſ.140.Conſilium pro no
bili Aymone. ante nu.3. verſic. Prætereà
circa hoc.Franc.Mant.in tract.de coniect.
vlt.vol.lib.11.tit.3.nu.15. dicens eſſe fir-
mam, & communem concluſionem; rur-
ſus Io.Cæph.conſ.478.Nobilis.nu.42.cũ
ſeq.lib.4.Fran.Marzar.conſ.8.Cum ſubti
liter, fol.92.verſic.ſolum addam.Iac.Ber-
ret.conſ.63. Pro reſolutione dubiorum.
nu.8.Ant.Cioſius, conſ.42. Excellentiſſi-
mi Domini.nu.9.verſic. Rurſus quandò.
lib.2.Petr.Io.Ancharanus.q.31.Inſtitue-
rat Caius, nu.6. lib.3. Mich. Craſſ.in lib.
ſentent.d.§. fideicommiſſum, cap.14.nu.
4.de magis communi atteſtans, Iac.Man-
dell. Albenſ. conſ.312. Intentio iſtorum
Dominorum, nu.14.lib.2. Petr. Anto. de
Petr.in d.q.9.nu.203.in 7.coniec.fo.214.
& nu.245.in 24.coniect.fol.219.Decian.
conſ.78.Dico ergo, nu.7.lib.2. conſ.103.
Quæritur, nu.27.eo.vol. Vbertin. Zuccar.
conſ.71. Viſa ac benè intellecta, nu.29.
Paul.de monte Pic. conſ.96. In hac graui
cauſa, nu.69.verſic. Nam ex dictis verbis,
Achyll.Pedroc.conſ.22.Punctus difficul-
tatis propoſitæ, nu.13.verſic.ex qua prohi
bitione. Bertazzol.conſ.6.Poſſem pro diſ
ſolutione dubiorum, nu.3.col.2.& nu.30.
ciuilium, lib.1. Riminald. Iun. conſ.456.
Quoniam, nu.45.lib.4.

2 Contrarium tamen † in caſu Soc.propo
ſito, tenet Carol.Ruin.conſ.134.Circa ca
ſum.col.4.nu.6.lib.3.verſic. Nec obſt.di-
cens ex iſta coniectura nos incidere in illã
difficilem opinionem & dubitationem, de
qua per Bar.in d.l. centurio. ff.de vulg. &
pup.& in l.ſed ſi ſic.de leg.3. quemadmo-
dum in proprijs terminis inquit, Angelũ
dicere, conſ.8.Ex dicto themate.& magis
communem opin. eſſe, quòd non dican-
tur filij in conditione poſiti vocati; quan-
quàm ſint grauati, vt per eum: & cum Rui
ni opinione pertranſire videntur Paul. de
Montepico conſ.99. Audita, nu.75.verſic.
ex quibus, Sfort. Odd. conſ.66. D. Nico-
laus, nu.30. verſic. Ad tertiam coniecturã,
& nu.62.verſic.Secundo peccat.

3 Secundus, cum fuit † facta ſimplex pro-
hibitio ſine cauſa, & ſine expreſſione, quòd
bona in agnatione conſeruentur, & tunc
vocati non cenſentur. Cor. conſ.118. Vi-
detur, nu.10.ver.Nec iuuatur lib.2. Curt.
iun.d.conſ.43.Habita diligenti.nu.8.cum
numeris ſeq. Io. Vincen. de Ann. allegat.
10.In cauſa. nu.19.verſic.Nec tertiũ.li.1.

Et

4 Et dictus primus caſus † huius ſextæ cõ
iecturæ, prohibitionis alienationis, cum
expreſſione cauſæ, latius procederet. Pri-
mò ſi in clauſula prohibitionis adeſſent
verba geminata. Iaſ. conſ. 4. ſub nu. 3. poſt
prin. verſic. Quæ doctrina. & conſ. 69. col.
2. verſic. Quartò, & poſt eum tradit Io. Ce
ph. d. conſ. 383. viſo & perlecto. nu. 24. ver
ſic. Nona coniectura. lib. 3. vbi aderant ver
ba, Nec aliquo modo alienare:. & verba,
Hæreditas, & bona, vt per eum.

5 Secundo, † ſi adeſſent clauſulæ annullã
tes alienationem, ex nunc pro ut ex tunc,
& quod alienatio habeatur pro nõ facta,
in vim pacti legis commiſſoriæ, Celſ. Hug.
d. conſ. 20. poſt nu. 41. col. 21. in fi. verſic.
Apparet etiam.

6 Hæcque ſecunda declaratio † magis pro
cedit, quoties pactũ irritans, reſoluens, &
annullans fuit in ipſomet teſtamẽto appo
ſitum, & iuxta theoricam gl. Ang. Caſtr. &
Fulg. in l. ab emptione. ff. de pact. Hugo d.
conſ. 20. col. 22. in prin. verſic. Maximè
quia. Tertio ſi dixiſſet teſtator, in clauſu-
la prohibitionis alienationis, ſuam eſſe fir
mam intentionem, quòd de gradu in gra-
dum hæreditas, & bona tranſirent. Cæph.
d. conſ. 383. nu. 22. lib. 3. verſic. Septima
colligitur, & conſ. 478. Nobilis. nu. 45. d.
lib. 4. voluit ſiquidem iſto caſu, onus eſſe
reale, & perpetuum, cum prohibitio alie-
nationis in rem concepta concipitur, &
ſic bona fideicommiſſo ſubiecta eſſe. Pau.
de Caſtr. conſ. 77. Viſis, ante nu. 5. lib. 1.
Dec. conſ. 182. In caſu occurrenti, col. 1. in
fi. verſic. Conſtat autem. & col. 3. in fi. ver-
ſic. ita animaduertendum eſt. Curt. iun.
conſ. 43. Habita diligenti. col. pen. & fi. Pa
ri. conſ. 90. Viſis. nu. 43, lib. 2. Rui. d. §. Di
ui. col. 31. & 32. conſ. 147. Ex plurib. nu. 11.
lib. 2. Albenſ. conſ. 93. Quia in præſenti
cauſa, nu. 2. Et vbi ſubeſt clauſula, quia te
ſtator dixit, eſſe ſuæ intentionis, quòd bo-
na remaneant in familia, idem concludũt
Alex. conſ. 59. Attentis verbis, nu. 3. cum
ſeq. lib. 3, Dec. conſ. 285. In ciuitate Pla-
centiæ. nu. 6. & poſt Curt. Sen. tradit ipſe
Cæph. d. conſ. 478. nu. 48. lib. 4. Quarto ſi
prohibiti alienare, in caſu alienationis pri
uarentur, & bona alijs applicarentur, nam
priuari, prius dicũtur eſſe vocati. priuatio
enim habitum præſupponit. l. decem. cum
vulg. de verb. obl. Cęph. eodem conſ. 383.
nu. 23. in 8. coniectura.

7 Sed indiſtinctè, † vt ex prohibitione a-
lienationis abſque illa cauſa, quia vult te-
ſtator, quòd bona perpetuò remaneãt in
agnatione, liberi ſint vocati, conſuluit A-
lex. de Neu. conſ. 17. Vidi. col. 2. nu. 3. in-
diſtinctè etiam loquitur Lud. Goz. d. cõſ.
64. Teſtator inſtituit. nu. 13. cum ſeq. licet
ipſum Albenſ. alleget in caſu expreſſionis
cauſę perpetuitatis, vt per eum. Pari. conſ.
78. In præſenti cauſa. nu. 13. verſic. Cum
8 itaque. li. 2. Cęterũ quòd indiſtinctè † hęc
coniectura non ſit vera tradit Carol. Ruin.
conſ. 113. Quia deciſio. col. 2. nu. 4. lib. 2.
& ſi aduertatur, Ruinus confundit iſtam
coniecturam cum alia generali coniectura
grauaminis, ad terminos Bar. d. l. cẽturio,
adeo quòd omnes eius deciſiones conclu
dentes contra Bar. poſſunt induci contra
iſtam prohibitionis alienationis coniectu
ram, And. Alc. de verb. ſign. lib. 3. fol. 132.
verſic. Nam etiam ſecundum impreſſionẽ
paruam Lugdunenſem. Franc. Burſ. conſ.
52. In caſu. nu. 27. verſic. Nec etiam prohi
bitiò. Pariſ. conſ. 44. Subſtitutio fideicom
miſſaria. col. 3. nu. 18. cum ſeq. lib. 2. And.
Alc. conſ. 186. An prohibitio, nu. 2. lib. 9.
vide etiam Rol. de Val. conſ. 34. Vidi du-
bia. nu. 64. & 66. lib. 4. Simon de Præt. de
interpr. vlt. vol. lib. 3. ſol. 10. nu. 6. fol. 283.
& ſol. 3. nu. 24. fol. 302. Retenta opi. Cor-
9 nei, & Socini, illam declara: Primo † vt per
Caro. Rui. conſ. 127. Scio. nu. 10. vſque ad
nu. 14. lib. 2.

10. Secundo limita, † cum filij ſunt poſiti
in conditione tanquam filii, & prohibitio
eſſet facta tanquam hęredib. quia ſunt pro
hibiti omnes hæredes alienare, vt per Ca-
ro. Ruin. conſ. 113. Quia deciſio, col. 2. nu.
4. verſic. Er ideo, lib. 2.

11 Tertio declara, vt per Io. Vinc. de Ann.
d. alleg. 10. In cauſa, nu. 23. vt ſit vera con-
iectura, quando inſtitutus fuit prohibitus
alienare, fauore ſubſtituti ſub conditio-
ne, & eſſet dictum ne bona è familia e-
xeant: ſecus ſi prohibitio eſſet facta fa-
uore aliorum.

12 Ego non putarem † recedendum ab opi.
Cornei & Socini, quòd ex prohibitione
de alienando, vt bona in agnatione perpe
tuo cõſeruentur, poſiti in conditione ſint
vocati diſpoſitiuè: quia videtur in effectu
communis, imò crebrior, & receptior: cũ
qua vltra præcitatos tranſeunt Socin. in
addi. quam fecit ad conſilium D. Antonij
de Malegonnellis, de quo meminit in l. cũ
auus. nu. 26. & additio incipit, Alia conſi-
deratione probatur, nu. 1. cui additioni ſe
ſubſcripſere Coſmus Paſetus, Alexander
Paltronus, & Petrus de Canonicis, & inci
pit ſubſcriptio, Communis, & fere om-
nium,

nium, in 3. conieƈt. nu. 5. eandem ſententiam ſequitur Carol. Ruin. in ſubſcriptione ad idem conſilium D. Antonij inci. Ex plurib. coniecturis, nu. 10. vbi reſpondet ad l. pater. §. filiā. de leg. 3. & Ruino ſe ſub ſcripſit Io. Sadolet. Mutinenſ. ſequitur etiam Io. Campeg. Bonon. in eius ſubſcrip. incip. Viſo themate. poſt nu. 2. quam facit ad d. conſilium.

14 Et iſto caſu, † ex dictione illa, in perpetuum, hæreditas dicitur grauata, & nedum dicitur inductum fideicommiſſum quoad perſonas primorum inſtitutorum, ſed etiā quo ad omnes deſcendentes in infinitum, etiam vltra quartum gradum, ſecundum Andream Barbatiam, quem refert Pariſ. conſ. 37. Si bona, nu. 24. lib. 2. vbi nu. 23. complures Doctores enumerat, & concludenter loquitur, vt per eum.

15 Idem eſſet, † ſi abſque dictione, perpetuo, dixiſſet teſtator, omnino prohibeo alienationem. Celſ. Hugo dicto conſ. 20. In præſenti conſultatione, colum. 22. verſic. Cum ergo teſtator. Quid autem eſſet

16 dicendum † in prohibitione diuiſionis ex cauſa, vide Ruin. conſ. 111. Proponitur in facto. col. fin. in fi. nu. 15. lib. 3. Matte. Bru. conſ. 164. Viſo. nn. ſecundo, & nu. 18. vbi declarat.

Prædicta etiam vera ſunt, alienatione

17 non ſequuta: † adhuc enim vocati cenſerentur, in conditione poſiti, Rui. conſ. 124. Viſo teſtamento Ludouici. ante nu. 5. verſic. Et quamuis, lib. 2. & poſt Lud. Gozad. conſ. 26. In cauſa Illuſtriſſ. DD. nu. 24. tradit inſignis Doctor D. Simon de Prętis Piſaur. in trac. de interp. vl. vol. lib. 3. interp. 3. dubit. 1. fol. 10. poſt nu. 6. verſic. Aduerte quòd ēt iſto caſu. fo. 283. citans ad hoc etiam Fran. Burſat. dicensq; ſe per iſtam concluſionem, non ſimpliciter deciſ. Decij, conſ. 636. Prima facie uidebatur, nu. 9. cum ſeq. acquieſcere, cogitandum proinde relinquens. Quid autem ſit dicendū vbi eſſet prohibita bonorum fideicommiſſo ſubiectorum confiſcatio? reſponderi poterit, vocationem in cōditione poſitorum ex tali prohibitione inductam cenſeri, ex Paulo de monte Pico conſ. 96. In hac graui cauſa, nu. 69. uerſic. Nam ex dictis uerbis.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, fauore piæ cauſæ, vocatos cenſeri. Qui teneant contrarium, nu. 2. Sed priorem Petr. de Ancharano opinionem communem eſſe, nu. 5.*

3 *L. cum auus. ff. de cond. & demon. nunquid ſubſtituta pia cauſa, vel eccleſia, ſibi locum vendicet.*

4 *Subſtitutionem tacitam pupillarem, matrem non excludere, etiam pia cauſa ſubſtituta.*

5 *Hæredis inſtitutionem pietatis cauſa factam nutu etiam ſuſtineri.*

CAP. VI.

1 SEPTIMA limitatio affertur quòd † gl. opinio negatiua reijciatur fauore piæ cauſæ: nam ob iſtum fauorem, in conditione poſiti vocati dicerentur: Petr. de Anch. ita conſuluiſſe refert Iaſ. in l. ſi quis id quod. nu. 22. ff. de iu. om. iu. & Ancharanum ipſe ſequitur; idem concludit Rui. conſ. 139. Viſo ac perlecto, col. 4. nu. 12. & 13. lib. 3. citans in duob. locis Romanum, vt ibi. idē Iaſ. conſ. 232. Super teſtamento, col. 1. verſic. Sed dubium. lib. 1. allegans Alexandrum de Imo. & vtrumque citat Matth. Grib. conſ. 40. De anno. nu. 17. in 6. coniec. li. 1. Hipp. Rim. conſ. 21. Illuſtris Comes Franciſcus, nu. 5. verſic. Octaua quoque concurrit. licèt ipſe alia etiam ratione moueatur in eius themate: erat enim facta ſubſtitutio de Monaſterio fratrum S. Dominici, in defectu lineæ omnium Seſſiorum, & ſic poſt mortem omninm, ut per eum, ubi nu. 51. plures allegat, hancque limitationem referendo Ancharanum, & Iaſonem, ſequitur Ludou. Gozad. in l. 1. nu. 9. in 3. limit. C. de pact.

2 Sed contrarium † tenuit idem Carol. Ruin. conſ. 182. In facto, nu. 8. uerſic. Non obſtat ſecundo, lib. 2. dicens Ancharani conſ. 74. contra Philippum, non fundari in ſubſtitutione piæ cauſæ, ſed idem velle illo caſu, quolibet alio extraneo ſubſtituto: & hoc ratione abſurdi euitādi, vel quia teſtator diuertit ad plures gradus ſubſtitutionum, vt plenè in l. cum auus. in pe. col. Socinus declarat, dictum Ancharani conſilium pleniſſimè enucleans, & ex notatis ibi, & in deſuper citatis conſilijs, non facere ad propoſitum atteſtans, Socinumque Ancharani conſilium non approbare, pro vt eundem Petrum improbauit Alex. d. conſ. 64. Difficultas. ante fi. verſic. Caue quia. lib. 5. cum ſecundum ipſos ſuam opinionem non probet. Vlterius ſubdens in caſu ſuo filios in conditione poſitos non

 exclu-

excludi,ſed magis admitti,illisque pię cau
ſæ fauore non præiudicari in toto: imo ſi-
cut illud tendit ad fauorem piæ cauſæ, idē
etiam filijs in conditione poſitis prodeſſe,
vt per eum; Addo idem tenere Pariſ.conſ.
86.Ad veram,nu.73.cum ſeq.li.2.& Pet.
Anton.de Pet.de communi atteſtantē, in
tract.de fideicom.q.9. ſub nu.189. verſic.
Sextò conſidero. & videtur idem ſenſiſſe
ibidem nu.212.ac nu.216. in 19. coniect.
fol.216.

Sicut ex communi, receptaque ſenten
3 tia † dicimus, diſpoſitionem d.l.cū auus.
habere locum etiam ſubſtituta pia cauſa,
vel eccleſia, ſecundum Bal.Pau. de Caſtr.
& Io.Petrutium in l.cum acutiſſimi. C.de
fideic.Io. Bap.de S.Seue.in l.generaliter.
§.cum autem.C.de inſti. & ſubſtit. Raph.
Cuma.& Soc. col.21. in d.l.cū auus. cum
alijs quæ alibi adduxi in materia d.l. cum
auus.in 2.corol.vbi dixi iſtam eſſe cōmu-
nem,ex Caro.Rui.d.conſ.182.In facto pro
ponitur.col.4.nu.8.lib.2.

4 Item etiam † ſubſtitutionem pupillarē
tacitam,matrem non excludere,etiam ſub
ſtituta pia cauſa,ſecundum Fran.Arc.cōſ.
155.Periculoſum eſt. in fi. reſtringentem
dictū Angeli in l.precib. C.de impu.& ali.
licet aliqui Moderniores ibi contrariū vi-
deantur tenere, ſcilicet vt Angeli dictum
indiſtinctè procedat,tamen complures cū
Aretino ſentiūt,quos ſequitur Carol.Rui.
d.conſ.182.nu.9.in fi.li.2. licet alibi quid
de hoc ſentiam dixerim,& nunc idem ſen
tio; vt alia exempla quæ Pariſ. d.conſ.86.
nu.73.cum ſeq.vſque ad nu.79.lib.2.con
ſultò prætercam.

5 Non puto tamen † recedendum ab opi.
Ancharani tanquàm communi,quicquid
voluerit Caro.Rui.ſibi contrarius: cur e-
nim non admiſerimus vocationem iſto ca
ſu induci ex verbis conditionalibus, ſi hæ
redis inſtitutio pietatis cauſa facta, etiam
nutu ſuſtinetur? quod fauore piæ cauſæ
concedendum autumant Gl.Alb.& Doc.
commun.in c.cum tibi.ext.de teſta.vbi Di
dac.Coua.nu.6.alios ſcribentes recenſet,
& de communi atteſtatur,poſt Iaſ.& Cor.
in l.iubemus.col pen.C.de ſacroſ.eccl. &
And.Barbat.in d.c.cùm tibi.col.4.licet di
ſputādo Barb.diſcrepet,vt alia omittam.
Quæ vero ad l.cum auus, tacitamque pu-
pillarem ſubſtitutionem attinent, alijs ra
tionibus deciduntur: & in longum confu
tatio protraheretur,vt non ſit nunc inſiſtē
dum.Iſtamq; Anch.opi.nouiſſimè tenent
Matth.Bru.conſ.164.Viſo.nu.7.Decian.
conſ.78.Dico ergò,nu.7.lib.2. conſ.103.
Quæritur,nu.18.verſic.Tertiò conſidero.
& nu.21.eod.vol.vbi hanc ſententiam cō
firmat,conſ.44.Circa primum.nu.52.lib.
3.adhuc Riminald.Iun.conſ.651.D.Burri
gellus,nu.23.verſic.Secunda eſt coniectu
ra,latè ipſam comprobans,lib.6.cōſ.661.
Conſului iam,nu.29.verſic.Adducebam,
& nu.30.verſic.Alterum eſt.ac nu.35. ver
ſic.Igitur in caſu noſtro,eod.lib.Maxime-
que eadem Ancharani opinio procederet
vbicunque filij ac deſcendentes nō exclu-
derentur, & ex vocatione, aliquod præ-
iudicium ijſdem non inferretur, vt poſt
Tiberium Decianum tradit Riminal. Iu.
d.conſ.661.nu.30.lib.6. dicens ſe etiam
ita aliàs conſuluiſſe.

TERTII LIBRI FINIS.

TRACTATVS CELEBERRIMI IVRISCONS. D. IOSEPHI DE RVSTICIS, PATRICII AQVILANI,

An, & quando liberi in conditione poſiti vocentur:

LIBER QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen iniunctum inſtituto ſub duplici conditione, quia ſit dictum, inſtituo Titiũ, & ſi ipſe, vel filij filiorum deceſſerint ſine liberis, ſubſtituo ei Sempronium, tenere: & fideicommiſſum inductum cenſeri.*

2 *Grauamen iniunctum inſtituto ſub duplici conditione tenere, nec inſpici, an duplex conditio alternatiuè, an vero copulatiuè concepta fuerit.*

CAP. I.

OCTAVAM addunt alto pelago agitatam coniecturã, cum liberis in conditione poſitis grauamen eſſet iniunctum: circa quam adeo variè loquuntur ſcribentes, vt affirmari poſſit, quæſtionem eſſe ferè inextricabilẽ, ac cognitione difficillimam: quia quem non honoro, grauare non poſſum. l. ab eo. C. de fideicom. Vt autem veram ipſius reſolutionem aſſequamur, quatuor ad oneris impoſiti validitatem ſunt principales caſus conſiderandi.

1 Primus eſt, † quando ſubſtitutione facta ſub duplici conditione, onus tantummodo impoſitum eſt ipſi inſtituto: puta inſtituo Titium, & ſi ipſe, vel filij filiorum deceſſerint ſine liberis, ei ſubſtituo Sempronium: & tunc non eſt dubium valere fideicommiſſum, nõ tanquam iniunctum ſit ipſis filijs, qui non cenſentur vocati, ſed tanquàm inſtituto ſub duplici cõditione. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pup. l. legatum ſub conditione. ff. de condit. & demonſtr. Bar. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. & in l. ſed & ſi ſic. ff. de legat. 3. nec iſto caſu aliqua adeſt difficultas, ſecũdum Lancel. Polit. in tract. de compend. ſubſti. col. 13. verſic. Quæritur. And. Alcia. conſ. 209. Talis. nu. 5. verſic. Primus eſt. lib. 9. Nicol. Bell. conſ. 81. Superioribus dieb. nu. 5. & de communi teſtatur Pariſ. cõſ. 7. Aliàs viſis conſilijs, nu. 37. lib. 3. conſ. 18. Conſideratis. num. 51. verſic. prout etiam obiectio. de communi, lib. 2. conſ. 75. Circa teſtamentum. nu. 64. vbi pariter communem dicit, eod. vol. Curt. ſen. conſ. 42. Quia inquit Bald. col. 9. num. 19. conſ. 45. Sæpè reuoluta. col. 8. poſt medium. quod conſilium ſubſcripſit Collegium Papien-

ſe, & de communi atteſtatur etiam Ant. Gabriel. tit. de fideicom. 4. conclu. nu. 38. Io. Cæpha. conſ. 419. Clariſſimus. nu. 70. verſic. Secundus caſus eſt, lib. 3. & conſ. 433. Magnificus Do. Gabriel. nu. 32. eod. lib. 3. Steph. Bertran. conſi. 22. Ex themate, nu. 55. in 2. par. 1. vol. conſ. 57. Nobilis quondam, col. fina. in princ. verſic. Super quo articulo, in prima parte. vbi de communi, ante numerum terrium, conſ. 138. Viſo reſtamento, nu. 2. dicens de hoc neminem dubitare, d. prima parte, lib. 1. & neminem hæſitare de iſto primo caſu. Rurſus dicit idem Bertrand. conſ. 324. Dudum, nu. 1. in prima parte. lib. 3. & conſil. 236. Conſultationis thema, ante nu. 2. in ſecunda parte. eodem lib. 3. conſ. 139. Viſo caſu. num. 1. lib. 5. conſ. 157. Dudum. col. 3. nu. 2. lib. 6. adhuc Bertran. conſ. 25. Ex cauſa. ante nu. 3. conſ. 94. Tota. nu. 3. conſ. 213. Ex themate. nu. 2. lib. 7. Bartolumq́ue omnes ſequi, ita vt nemo diſcrepet, poſt Nicol. Bellon. tradit Iul. Clar. tit. de teſtam. q. 78. verſic. Primus caſus. Franciſc. Marzar. conſ. 4. Viſo & perlecto, fol. 27. verſic. Denique reſpondetur. dicens rem eſſe claram, & expediram, vt per eum. & eodem conſ. 4. capite 4. incip. Requiſitus, fo. 39. verſic. Præterea dici poſſet. poſt Alexan. conſ. 13. Viſis & perlectis, col. fin. ante nu. 11. verſic. Non obſtanr lib. 4. & Dec. conſ. 182. In caſu occurrenti. col. 3. ante fin. verſic. Item aduertendum eſt, vbi de Alciato etiam meminit, vt per eum, conſ. quint. lecto conſilio. folio 47. verſic. Poſtremo reſponderi poteſt. Ioan. Maria Riminald. conſ. 119. Viſo puncto, nu. 19. de magis communi opinio. atteſtans, lib. 1. conſ. 135. Spectabilis, nu. 11. eod. vol. conſ. 326. Viſo themate, nu. 25. lib. 2. Bonifac. Ruger. conſ. 25. Perilluſtris Comes Scipio, nu. 63. verſic. Sexto loco. lib. 1. & Roderic. Suares maximus ille Doctor Hiſpanus in l. quoniam in prioribus. in 1. limit. ſub nu. 20. in fi. verſic. Et in ſimili decidit Bart. C. de inoffic. teſtam.

2 Nec refert, † an illa duplex conditio ſit alternatiue concepta, an verò copulatiue, ſecundum Salyc. in l. precibus, quæſt. 6. C. de impu. Corn. conſ. 226. Quanquàm. col. 4. poſt numerum ſextum, verſic. Nec obſtat. lib 4 Et ratio eſt, quia copula cadit inter duo, quæ ſimul eſſe non poſſunt, meritò reſoluitur in diſiunctam. l. ſi Titio fundus. de vſufruct. legat. Et quia ex coniectura mentis teſtatoris, coniuncta exponitur pro diſiuncta, ſecundum Alexand. conſ. 130. Attentis verbis, nu. 8. verſic. Præterea etiam, in fine, libro ſecundo, Andr. Alciat. in dicta l. centurio. & Marzar. dicto conſ. 4. cap. 4. incipien. Requiſitus, folio 39.

SVMMARIVM.

1 *Liberi in conditione poſiti, & nominatim grauati, nunquid vocati cenſeantur, latè diſcutitur, quiuè teneant vocatos eſſe. Et ſecundum opinionem Bartoli vti veriorem, & receptiorē concluditur, in 2. membro. nu. 28.*

2 *Qui vult conſequens, videtur velle neceſſarium antecedens, etiam in materia ſtrictè interpretanda, et merè odioſa. Quod declara multipliciter, nu. 5. 6. 7. 8. & 10.*

3 *Diſpenſationem ad epiſcopatum, intelligi ēt de presbyteratu, in neceſſariū antecedens.*

4 *Seruum hæredem inſtitutum, libertatem in antecedens conſequi.*

9 *Debitor ſe ſoluiſſe dicens, vel pacti de non petendo exceptionem allegans, non videtur debitum confiteri.*

11 *Fideicommiſſum, inter alienare prohibitos, quando tacitè inductum cenſeatur.*

12 *Iuri accreſcendi in proprietate, poſt agnitā portionem, non eſſe locum.*

13 *Diſpoſitionem teſtatoris, ne aliquid de iure communi exorbitans inducat, interpretandam eſſe, etiam ſi hoc teſtator poſſet.*

14 *Ius accreſcendi, per ſubſtitutionē excludi.*

15 *Subſtitutionem, aliquando pro iure accreſcendi, largo modo deſumi.*

16 *Quaſi, dictionem, in l. ſi Titio & Manio. §. Iulianus. de legat. ſecundo, ad ſimilitudinem referri.*

17 *Verba, maximè Iuriſconſultorum, propriè capienda eſſe.*

18 *Ius accreſcendi, ſubſtitutionē vulgarē dici.*

19 *Fundi ſignificatio, & nu. 20.*

21 *Andream Alciatum, cum ſubtilitate, tum copia, nitido iuri ciuili, dicendi amœnitatem coniunxiſſe.*

22 *Singula quæ non proſunt, nec collecta iuuare, cum ſingula in ſe imperfecta ſunt, & nu. 40.*

23 *L. Titia Seio. §. Seia libertis, ff. de lega. 2. poſt multos Doct. à Socino iuniore optimè intellectam, eiuſq́ ſenſum comprobari.*

24 *Peculium, quando ſequi ſoleat ſeruum, cui libertas conceditur, & nu. 32.*

25 *Peculio in partem extraneo legato, an reliquum ſeruus conſequatur.*

26 *Reſtitui quandoque dici, quod reſtituentis non eſt.*

Domi-

27 *Dominium in conditionalibus non tranſire, conditione non purificata.*

28 *Onus ſoluendi, cum habenti rei adminiſtrationem iniungitur, hæredi, non ſibi cenſeri iniunctum.*

29 *Conditionem rationum reddendarum, meram non eſſe, ſed ex mixtura conſiſtere.*

30 *Io. Faber, Doctor ſublimis.*

31 *L. ſi vt allegas. C. an ſeruus ex facto ſuo. interpretari.*

33 *Diminutio, quando augmentum pariat.*

34 *Libertatem ſeruo, ſub conditione, magnam quantitatem pecuniarum præſtandi relictam, pro non data haberi.*

35 *L. denique. §. interdum. ff. de pecul. leg. vltra alios intelligi.*

36 *L. ſi ita ſtipulatio. ff. de operis libertorum, ſenſus.*

37 *Executor teſtamentarius, cū de aliquo dando grauatur, illud à filio relictum cenſeri, ita etiam in tutore decidi.*

38 *L. ſi pecunia. ff. de legatis primo, declarari.*

39 *Voluntatem enixam operari actum omni meliori modo valiturum.*

41 *Imperfecta nunquid coniungantur, vbi de voluntate teſtatoris declaranda agitur: Et nunquid in odioſis, nu. 42. & an cum tendunt ad diuerſum finem, ibidem.*

43 *Diſpoſitionem, cum ſimul aliquo reſpectu fauorabilis eſt, alio vero odioſa, tanquam odioſam cenſeri.*

44 *Fideicommiſſa, non odioſa, ſed fauorabilia eſſe.*

CAP. II. PARS I.

1 SECVNDVS principalis caſus eſt, † quando verba in dicta ſubſtitutione, nominatim reſpiciūt ipſos filios in conditione poſitos, appareátque fideicommiſſum non inſtituto, ſed ipſis iniunctum fuiſſe. Et hoc caſu maxima inter Doctores altercatio eſt, ac difficultas, vt non immerito Barto. in l. ſed & ſi ſic. de lega. 3. eam Indeciſam reliquerit. ſic etiam Bal. in l. vni. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll. ſumpta occaſione, quòd tunc pendebat de facto, minimè decidit. Ange. autem conſ. 7. Ex dicto themate plura dubia oriri poſſent. opiniones tantum recenſet, non quæſtionis reſolutionem. Petrus denique Vbaldus Peruſinus, in repet. cap. Raynutius. in 56. ſol. de teſtamen. nihil cōcludit. In hac igitur difficultate duæ ſunt principales ſcribentium opiniones, quarum prima eſt, filios in conditione poſitos in neceſſarium antecedens vocatos cenſeri, & grauamen impoſitum ſubſiſtere. Bar. in d. l. centurio, col. 14. verſic. quæro vlterius, quid ſi teſtator dixerit. num. 37. & ibi Franc. Aretin. col. 20. Franc. Rip. nu. 166. Lancell. Galiau. & Polit. ff. de vulg. & pupilla. idem Barto. in l. codicillis. ff. de vſufructu leg. Dyn. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. de leg. 2. Ioan. Andr. in titu. de teſtam. §. 1. in fi. Bald. & Salyc. col. fin. in l. precibus. C. de impub. vbi Baldus refert Iacobum de Beluiſio idem conſulendo tenuiſſe, & Salyc. tandem ſic Raynerium de Forl. concluſiſſe. Ioan. de Imo. Rapha. Cuman. & Ioan. de Monte Sperel. in l. filiusfamilias. §. cum quis. de leg. 1. idem Cuma. in l. hæreditas ad Statium. & in d. l. Lucius. ff. de hæredibus inſtituen. Petr. de Anchar. in cap. ſi pater. in 12. notab. de teſtam. in 6. Iaco. de Arena, Pau. de Caſtro, Io. de Monte Sperel. & Corn. in l. ab eo. C. de fideic. & Corneus hanc opinio. ſequi dixit dictū Dominum Ioannem de Monte Sperello, & alios Peruſinos vt ibi. Bald. in l. 1. C. de condit. inſert. in recollect. antiquis, & ibi Florian. de Sancto Petro, & Raph. Fulgoſ. Baldum citant, vbi etiam Oldr. de Laud. Rapha. Cuman. & Pau. de Caſt. in dicto §. cum quis. idem Florian. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Dec. in l. 1. nu. 15. Franciſc. Rip. nu. 11. & Io. Bolognett. nu. 47. C. de pact. Soc. in l. cum auus. nu. 114. verſic. Solet etiam. ff. de conditio. & demonſtr. dicēs iſtam opinionem ſequi, in l. cum filio. in vltimo notab. nu. 5. ff. de leg. 1. Franciſc. Aret. in l. peto. in prin. de leg. 2. & in dicta l. cum filiofamil. Guliel. Pontan. Peruſin. col. ſexta, propè finem, nu. 24. dicens opinionē iſtam eſſe canonizatam, & ibi And. Alc. nu. 9. in fi. eandem opinionem ſequūtur Ferdinand. de Loaz. in additionib. ad Lancell. Galiau. in dicta l. centurio, num. 458. Aymon Crauet. in rubr. ff. de leg. 1. nu. 66. Bald. conſ. 216. Verba teſtamenti. lib. 1. & in tracta. ſubſtit. in vlt. fol. col. 1. Ang. de Peruſ. in quibuſdam lecturis, in d. l. 1. C. de condit. inſert. & in l. in legatis. C. de lega. Alexan. in l. ex facto. §. ex facto. ante numerum quartum. ff. ad Trebell. Aret. in §. fin. Inſtit. de pupil. nu. 14. verſic. Quæro quid ſi non tantum. Pau. de Caſt. conſil. 5. Quicquid dicatur, col. penult. nu. 7. verſic. Breuiter Barto. lib. 1. conſ. 131. Dubium facit, nu. 1. verſic. Licèt contrarium determinet Barto. lib. 2. conſ. 263. Circa primum. ante numerum tertium, eod. vol. Alexan. conſ. 64. Difficultas, col. 1. nu. 2.

verſic.Tamen poſito.vbi de communi opinio.atteſtatur,lib.5. Petr.de Anchar.conſil.74. Contra Philippum.col.1.Corneus conſ.97. Primo conſultus, num.1.dicens opinionem Bartoli eſſe tenendam, quicquid dicat Imola, & ipſam legendo, in d.l.ab eo. C.de fideicom. & conſulendo, firmare Dominum ſuum, hoc eſt famoſiſſimum, & clariſſimum iuris interpretem, Dominum Ioannem Petrutij de Monte Sperel.lib.1.conſ.22. In hac conſultatione,col.3.nu.5.vbi de communi atteſtatur, inquiens idem etiam ſentire Dominum Dionyſium de Peruſio in d.l.ab eo.referente Baldo,lib.2.idem Cor.conſ.146. In hac conſultatione viſum fuit, col.5.ante nu.21.dicens ſe pluries conſuluiſſe, & cũ Piſis legeret, vidiſſe ſic conſultum à pluribus illa tẽpeſtate clariſſimis Doctoribus, eo.lib.2.conſ.258.Quoad primum.col.4.nu.8.verſic. Nec obſtat. aſſerens ita ſemper viſum fuiſſe, & D.Ioãnem Petrutium, cum alijs excelſis, ſic conſuluiſſe,& firmaſſe,lib.3.conſ.20.Videtur,nu.20.cõſ.101. Licet.num.4.verſic.Tamen ſimul iunctæ.conſ.273.Dubia ſatis,col.2. poſt nu.2.repetens quod in alijs conſilijs dixerat, conſil.320. Dubia quidem. poſt nu.7. col.3. lib.4.Adhuc Pe.Phil.Cor. conſ.59. Diu. col.3.nu.20.conſ.74. Viſo, col.1.nu.1.& 2.conſ.119. Circa primum. col.pen.poſt nu.39.dicens ſe ita conſuluiſſe, & tempore ſuo ab alijs cõſultum vidiſſe. lib.2.Soc. conſ.249. Materia,col.3.num.5.atteſtans Franciſcum Aretinum Doctorem ſubtilem, & ſuum præceptorem eleganter defendere opi.Bartoli à reſponſionibus Baldi, & Imolæ, & ipſam approbare integerrimi iudicij Doctorem D. Ioan.de Monte Sperel. & pleroſque Modernos illam ſequi, & ita aliàs vidiſſe conſultum per præfatum D.Ioannem, & D.Benedictum Capram, ac ſe pluries conſuluiſſe, vidiſſeque conſultum per doctiſſimos viros Peruſinos, & Senenſes, partemque iſtam tanquam magis communem, & menti teſtatoris conſentaneam ſequendam eſſe, li.2. & conſ.250. In cauſa Bononienſi.col.6. ante nu.6.verſic. Poſtremo etiam. eo.vol. dicens iſtam q.ſe non diſcutere, quia Bartolus maturè loquutus fuit, & eum multi ſolemnes viri ſequuti ſunt, prout in conſilijs, vnde à Bartolo non eſt recedendum, in cuius dictis ſemper ſolet eſſe veritas: & ſecundùm illius opi.ſemper ſe conſuluiſſe, & vidiſſe plures doctiſſimos viros ita cõſulere, & conſ.12.Præſens conſultatio, colum.3.nu.19.lib.3.idem Soc.conſ.77. In præſenti conſultatione.col.3.nu.7.verſic. Item licèt, lib.1.& in iſto conſil. ante nu.21.vt hoc obiter dicam, meminit conſilij, cuiuſdã excellentiſsimi Doctoris de Aquila, vt eius verba vſurpem, quem licèt in antiquis codicibus non nominet, fuit tamen D.Paces de Manerijs.ita Bernardinus Cyrillus mihi Romæ retulit, eiuſdemque meminit Alexand.de Imo. conſ.4. Circa primum.nu.10.lib.1. dicens ſe vidiſſe ad materiam obſeruantiæ iuramenti, de qua ibi. conſilium præcolendæ memoriæ Ioannis de Anania, D.Archidiaconi Bononienſis, in eoque referentis, ſe etiam vidiſſe aliud elegans conſilium, per quendam Dominum Pacem de Aquila redditum, cui fere ſe ſubſcripſerant omnes Doctores Bononienſes, & præcipuè Do. Ioan. de Imo. & D.Florian.de Sancto Pet.D.Paces iſte ob eius maximam doctrinam, Alexãdri & Socini encomijs efferri iure meruit, qui obijt anno Domini 1442. menſe Martij, vt ex eius authentico teſtamento deſumpſi. ſed vt ad rem redeam, eandem ſententiã Bar. in d.l.cẽturio.vltra præcitatos ſequuti fuerunt Cur.ſen. conſ.51. Super teſtamentis Alberti.poſt nu.23.col.8. verſic.Si ita eſt. Dec.conſ.182. In caſu occurrenti, col.3. verſi.Secundo quia.conſ.242.In caſu propoſito.col.3.nu.6.conſ.635. Viſo,num.4. conſ.637.Viſa prohibitione.num.8.Lud. Gozad.conſ.26.In cauſa.num.23.& conſil.104.Teſtator,nu.2.verſi. Secundo quoties.Cur.iun.conſ.11. Habita.col.3.nu.5. dicens ipſum ſolere in puncto iuris defendere Barto.opinionem, in d.l.centurio.ab omnibus impugnantibus,multa adducendo,conſ.87. Præſupponitur, col.fin.nu.7. verſic.coadiuuantur præmiſſa. Alexan. de Neuo,conſ.79.ſpectabilis.nu.8.verſi.Nec obſtat.Soc.iun.conſ.168.Præſentis conſultationis reſolutio. nume.75. verſic. Tum etiam.lib.2.inquiens Bar.in d.l.centurio, multos ibi ſequi, & etiam alibi, & ſe iſtam opinio. ſolitum eſſe defendere, in eadem. l.centurio. ac reperire, quòd ſuus patruus illam defendit in quodam ſuo conſilio nõ impreſſo, quod erat apud ipſum, ſigillatũ, incipiens, Viſis teſtamentis Dom.Pauli de Doctis. idem Socin. iun. conſ.114. Non eſt dubium.nu.28.lib.3. dicens hodie eſſe magis receptam opinion. (licèt plerique contrariũ tenuerint) vt conſtat ex his quæ tradit Bertran. conſ.173. Ex themate,nu.22.cum multis ſeq.lib.3. vbi vltra Stephanum, alios ipſe adducit, & ſe ita in d.l.centurio,

turio,

turio, ſolitum eſſe arguere. idem Marian. conſ. 145. Viſo teſtamento, nu. 36. verſic. Prout prima eſſet. aſſerens quòd licet mul ti teneant cõtrarium, vt Alexan. & Iaſ. ibi, concludentes contra Barto. eſſe communem opin. & ita etiam reſpondiſſe iam plu ribus annis conſulendo, tamen melius co gitans, dici poſſe opinionem Bar. eſſe com munem, eodem lib 3. adhuc Socin. ipſe, conſ. 110. Diu, nu. 21. verſic. Quo ſtante. vbi idem dicit, ſcilicet iſtam eſſe communem, & Bertran. contra Barto. enumerare tantum nouem Doctores, ſed pro Barto. vltra treſdecim, & calculando concludit, iſtam Bartoli ſententiam à multo tempore citra, fuiſſe canonizatam, plures allegans, eod. vol. 3. Aymon Craue. conſ. 155. Verba teſtamenti, nu. 5. verſic. Quarto dico. inquiens iſtam opinionem curiam illam ſequi conſueuiſſe: & plura conſilia Corn. referens, & conſ. 130. De anno. col. ſecunda, nu. 3. ita ſeruari in ſuprema curia Delphynali. Carol. Ruin. conſ. 108. Viſa ac perlecta. col. 6. num. 16. verſic. Et iſtud etiam, aſſerens quòd quàmuis aliqui teneant contrarium, tamen multi ſequuntur opinionem Bartoli, quos refert Soci. in d. l. cùm filio. de legat. 1. cum quibus ipſe tranſit, & quòd à multo tempore citra, iſta opinio fuit cõſulendo canonizata per Doctores Peruſinos, lib. 2. conſ. 111. Viſo. col. 2. in fi. nu. 7. vſque ad nu. 14. iſtam opinionem defendens, ſubdensque non eſſe congruè reſponſum ad §. interdum. per tenentes contrarium, in quo Bart. opin. ſundatur, referens iſtam eſſe communem, canonizatam, & in practica ſeruari ex mente Caſtrenſis: & licèt Alexander in contrariũ conſuluerit, pro hac etiam conſuluiſſe, vt ibi, nu. 13. eo. li. 2. vbi etiam per iſtam opi. voluntatem teſtatoris ſeruari, & propterea ſibi placere, conſ. 122. De duob. principaliter, col. 3. nu. 4. verſic. Conſtat ergo, referens Soc. dicere ſe conſuluiſſe, & conſultũ vidiſſe per doctiſſimos viros, deq́; huius opinionis canonizatione atteſtans, conſ. 124. viſo teſtamento, col. 2. in fi. nu. 4. verſic. ſecundò etiam, allegans eandem canonizationem, & Socinum dicere ſe vidiſſe ita conſultum per infinitos Doctores totius Italiæ, d. lib. 2. idem Carol. Rui. conſ. 142. viſo, & perlecto, col. 4. poſt nu. 11. verſic. ex quibus ſimul iunctis, lib. 3. & rurſus, conſ. 140. viſa facti narratione, nu. 9. atteſtans ſe audiuiſſe ſolemnem Doctorem Ioannem Petrutiũ ſolere dicere, iſta duo, ſcilicet poſitionem in conditione, & grauamen, ſimul iuncta ſufficere, & ſecundũ hanc opin. Ruinum vidiſſe conſultum per clariſſimos viros, d. lib. 3. quod ante ipſum dixit Cor. d. conſ. 97. primò conſultus. lib. 1. & conſ. 146. in hac conſultatione, lib. 2. & ſæpè alibi in citatis deſuper conſilijs, Bartholom. Caſſan. conſ. 14. col. 2. conſ. 67. ad primum dubium. col. 10. n. 43. & ſequen. Franciſ. Rip. de ſubſtitu. reſponſo 1. vt breuius, nu. 39. verſic. pro quibus facit. vbi de recepta, & communi opi. atteſtatur. Pariſ. conſ. 37. ſi bona, nu. 36. lib. 2. Mare. Mant. conſ. 22. in præſenti caſu, nu. 64. cõſ. 92. fuit aliàs in humanis, nu. 10. & 13. dicens eſſe opinionem, à qua iudicando, & conſulendo non eſt recedendũ, conſ. 194. fuit aliàs de anno, nu. 7. vbi de communi, conſ. 53. ſupraſcriptis, nu. 1. Aud. Alc. cõſ. 117. frequenter, nu. 1. lib. 9. conſ. 209. talis, nu. 5. verſic. ſecundus caſus, eodem volu. dicens eſſe opinionem magis conſentaneam voluntati teſtatoris, & humaniorẽ, vt actus ſuſtineatur, & tranſijſſe ſemper cũ opi. Bartoli, à Peruſinis conſulendo canonizata. Nouiſ. Pariſienſ. conſ. 1. Analytic. Franciſ. de Arynio, nu. 99. fol. 73. Io. Crotus conſ. 13. maturè. nu. 37. conſ. 143. teſtator quidam, nu. 26. Guid. Papæ deciſ. 39. Doctores in iure ciuili, col. 2. & 3. vbi allegat Ioan. Petrum de Ferrar. in form. libelli, quo agitur ex ſubſtitu. in Gloſ. compendiosè. 13. col. verſic. rurſus quæritur, qui verſic. ſituatur in 3. artic. ſuæ diſtinct. dicens etiam, iſtam limitationem Bar. fuiſſe dudum ſeruatam in definitione proceſſus cuiuſdam Baroniæ, & in alia cauſa arbitrali in curia Parlamenti, & q. 299. teſtator. Io. Cæph. conſ. 93. cùm in teſtamento, col. 1. & 2. vbi de magis communi atteſtatur, quicquid inconſideratè dixerit Iaſ. in d. l. Centurio, dicens quòd ſi Collegium Papienſe conſuluit contra Bartolum, omnes Peruſini pro Bartolo conſuluerũt, itẽ omnes Aduocati Florẽtini, vt refert And. Barba. conſ. 57. præclarè ſcribitur, lib. 2. concludens eſſe crebriorem opin. & tenentes contra Barto. ſibi ipſis fuiſſe inconſtantes, eſſeque æquiorem, & benigniorem opinionem, ac teſtantis volũtatis cõſeruatiuam, & propterea pro hac ſententia iudicandum, venioremq́ue videri, quam acerrimè defendit, comprobat, atque extollit, vt ibi nu. 4. 5. cum ſeq. & nu. 23. li. 1. idem Io. Cæph. conſ. 383. viſo, & perlecto, nu. 19. in 5. coniectura. conſ. 433. D. Gabriel. nu. 5. & 51. lib. 3. conſ. 477. in omnibus, nu. 18. lib. 4. Lancel. Polit. in tract. ſubſtit. de cõ-

pend.

pend.nu.30.verſi. quæro circa prædictam
concluſ. dicens ex allegatis ibi per eum,
& per alia, quæ fortaſſe addi poſſent, intre
pidè ſe comprobare tamquam benignio-
rem, opinionem Bartoli in d.l.centurio.li
cèt communiter contrarium cõcludatur:
nec magis contra hanc opin. authoritates
ſtare, quàm ratio, vel æquitas. Vdalr. Zaſ.
in eodem ſubſtit.tract.fol.644.col.pennl.
verſic. pro complemento. in tit. de com-
pend. dicens eandem opinionem tenere
Iacob.de Beluiſ.vt ipſum refert Alber. de
Roſa.in rubr.de vulg.& pup.Bartoliq́; do
ctrinam conſuetudine Germaniæ confir-
mari, ac denique ipſam ſequi Ioan. Crot.
in repet.d.cap.Raynutius, ad finem. Poli-
tumq́; eam aſſeueranter approbare. Paul.
de Caſtr. vltra conſilia ſuperius allegata,
conſ.263.circa primum quæſitum, col.2.
poſt nu.2.verſic. & ex hoc reſultat, & col.
3. verſic. nec reſpondet. inquiens, magis
eſſe adhærendum determinationi Barto.
lib.2.rurſus Ang.de Aret.in l.Lucius,col.
22. de vulg. & pup. & in §.fin.in fi. Inſtit.
eodem tit.dicens opinionem Bart.conſu-
lendo, & iudicando in practica ſeruari, &
Franciſc. Rip.in d. l.1.nu.11. ſe ſecundum
hanc opinionem cõſuluiſſe, & iudicatum
fuiſſe atteſtatur. verſic. reſpondetur, vbi
Io.Bologn. dicit eſſe veram opinionẽ poſt
Decium & alios, de communi atteſtans.
Nec omittendum duxi cum prædictis trã
ſire D.Antonium de Alexandro in eadem
l.1.C.de pact.quem ibi ſequitur Lud. Go
zad.idem Ioan.Bolog. in eius conſ. incip.
quia ex ſerie, col.8.verſi.confirmatur etiã.
vbi conſuluit in cauſa Aemilianorum de
Aquila, & poſt eum in eadem cauſa ego
conſului, & obtinui. Didac. Toletan. in
rep. d. c. Raynutius, §.3.nu.3.in prima li-
mit.verſic.nam & coniecturis. dicens Bar.
opinionem iure procedere,ext.de teſtam.
Thob.Non. in d.l.1.verſic.ego tamen pu-
to.C.de pact.vbi de magis communi,& ve-
riori opin.fidem facit, conſentitq́ue ibi e-
tiam Hierony.Cagnol.Matth.Gribal. in-
ter conſ.Iacob. Philip. Port. conſ.40. De
anno,nu.16.in fi.lib.1.idem Port.cõſ.46.
decreueram,nu.17.in 4.coniectu.in fi.eo
dem lib.1.Soc.in addit. quam facit ad cõ
ſilium prædictum D.Antonij de Malegon
nellis, de quo meminit in d.l.cum auus,
nu.26.& addit.incip.Alia conſideratione
probatur, nu.1.& 2. cui ſubſcripſere ſe,
Coſmus Paſethus de Ferraria, Alexander
Paltronus, & Petrus de Canonicis, ambo
Bononienſes:dixitq́ue Soc.hanc opin.te-
nere nonnullos quos ibi enumerat, inter
quos refert,ita concludere præſtantiſſimũ
Doctorem, D.Ioannem Petrutium,in d.l.
ab eo, & inſuper ſic vidiſſe conſultum per
viros iudicij integerrimi, eundem ſcilicet
Sperel. & Bened.Caprã, vt alibi quoque
dixit, ſeq́ue ita aliàs conſuluiſſe,& conſul
tum vidiſſe, per plures ſolemnes Docto-
res: ac eſſe æquam opinionem,& tenendã
in practica, quia inhæret voluntati teſtato
riſ,Hieronym.Grat.conſ.81.viſo legato.
nu.2.& 3.lib.2.verioremq́ue Barto.opin.
putat Sfort.Odd.Peruſin.in tracta. de cõ-
pend.ſubſtitu.partic.5.art.3.fol.171.& in
hanc quoque partem videtur inclinaſſe
Soc.iun.conſ.41.ſubtilis,& difficilis, col.
3.nu.9.verſic.ſiue etiam.lib.4. adhuc Ca-
rol.Ruinus conſ.139.viſo ac perlecto,col.
3.nu.8.plures Doctores allegans,& de cõ
muni atteſtans, & conſ.167. prima vide-
tur conſideratione, col.3.nu.4.lib.3.& cũ
hac etiam opin.videtur pertranſire Hiero
nym.Torniel.in l.hæredes mei,§.cum ita.
poſt nu.27.ante verſic. primum.ff ad Tre-
bel.Franc.Gratia.Vincen. in tract. de vul.
& fideicommiſ. ſubſti. fol.23. dicens opi-
nionem Bartoli eſſe veriſſimam, verſic.ſed
hoc non obſtante.Soc.iun.in d.l.hæredes
mei,§.cùm ita,nu.10.aſſerens idem tenuiſ
ſe poſt Bar.in l.Centurio.Thob Non.cõſ.
31.viſis,nu.19.verſic. quinta, & vltima eſt
coniectura, vbi poſt Soc.iun.de magis cõ-
muni opin.atteſtatur, ſubdens quòd licèt
multi teneant contrarium,aſſerentes con-
tra Bart.in hac coniectura,eſſe communẽ;
ſeu magis communem opin. vt Iaſ. Ruin.
Cur.ſen. & nonnulli alij: tamẽ re vera hãc
eſſe hodiè magis receptam ſentẽtiam, eã-
q́ue latè defendere Ioannem Cæphal. d.
conſ.93.per totum illud conſilium, lib. 1.
vbi hanc eſſe veriorem,humaniorem,& cõ
muniorem opin.atteſtatur.Ioan.Coraſ.li.
Miſcel.2.c.19.nu.5. hanc eandem opinio
nem latiſſimè defendit Celſ. Hug. cõſ.20.
in præſenti conſultatione, nu.23. & 24.
cum ſequen.vbi plures allegat, & inter cæ
teros Nicol. de Neapol. in tract. ſubſtitu.
in mate.compend.dicens iſtam opinionẽ
de ſtylo etiam Audientiæ receptam eſſe,
nu.30.Ang.de Gambiglionibus de Aret.
in tract. de teſtam.Gloſ.79.incip. & ſi de-
ceſſerit ſine liberis maſculis, nu.3. verſic.
quid ſi teſtator dicat, in fine:vbi relata opi
nione Ioannis de Imola, dicit,quòd legen
do dictam l.Centurio, ſibi magis placuit
dictum Bartoli,ſubdens,cogita tu. Barto.
de Hucio.in tractat.ſubſtitu.titu.de com-
pend.

pend.nu.24.verſic.item quæro quid ſi teſtator.Ludou.Gozad.in d.l.1.nu.9.verſic. limito communem.C.de pact.Io.Mar. Rimin.conſ.225. viſa facti narratione, nu.20.verſic.& ſimiliter,li.2.conſ.243.in cauſa, nu.90.eodem vol.conſ.116.in hac difficultate, nu.15.conſ.135.ſpectabilis, nu.9.vbi de communi, conſ.78.in cauſa, nu.4.conſ.119.viſo puncto,nu.16.de communi,lib.1.conſ.189.in hac difficultate,nu.6.inquiens, iſtud videri verius,& magis conſonum voluntati teſtatoris, eodem lib.1. Auguſtin.Bero.conſ.62. ſuper teſtamento, nu.5.dicens ſe ita ſemper ſolitũ fuiſſe conſulere,conſ.82. circa id, col.3.verſic. præterea. ubi de communi, conſ.104. in hac Lucenſi cauſa,nu.12.aſſerens,iſtud eſſe tenendum, quia hodie eſt canonizatũ, itaque firmatum,ut ab hac communi ſententia non ſit recedendum,& conſ.106.caſum, col.fi.nu.5.uerſic.qnia reſpondetur. conſ.109.viſis,nu.9. vbi de communi atteſtatur, lib.2.rurſus idem Berous cõſ.110. materia propoſitæ q. nu.34. verſic. quare cum teſtator.vbi de communi, imò magis communi,vera, & canonizata opin.fidem facit,lib.2.Steph.Betrand.licet dicat communem eſſe contra Bar. tamen ipſe iſtam ſequitur,conſ.22.ex themate, nu.55.verſic.aliquando verò grauamen. in ſecunda parte, primi vol. & conſ.82.viſa clauſula, col.penultima,ante nu.6.in d.ſecũda parte,in 1.volum.&conſ.57.nobilis quondã, col.fin.in 1.par.eodem lib.1.conſ.129.dudum,nu.2.in 2.parte,lib.2.conſ.113.tota difficultas,ante nu.5.in prima parte,lib.3. conſ.141.viſo caſu,poſt nu.2.in 2.par.eodem lib.3.conſ.186.ſuppoſito, nu.4. vbi de communi,lib.4.conſ.425.ſpecies facti nu.5.lib.5.conſ.157.dudum, col.3. lib.6. iſtamque Bartoli opinionem ſine dubio veram eſſe dixit Marc. Mant. in Gloſ.iur. in dialo.denar.c.22.inci. quid ſibi voluit, nu.3.in 6.claſſi.& cap.32.debitori, nu.2. verſic.ex ambobus,eadem claſſi, allegans conſilia Cor.& Alexan.vt per eum,& ponderetur Celſ. Hug.d.conſ.20.nu.22.qui celebrando huiuſmodi opinionem, eiuſque iuſtitiam, de æquitate etiã receptam eſſe, ſcribit, vt per eum.denuo ipſe Bertr. conſ.71.poſt alias.nu.5.dicens hanc opinionem ſibi placuiſſe,conſ.94.tota, nu.4. conſ.118.thema,nu.5.conſ.213. ex themate,nu.2.& 3.lib.7. & hanc opinionem tenet (quamuis alteram magis communem eſſe dicat) D.Anton.Gomeſ. in commenta. varijſq; reſolutionib. iur.ciuil.tom.1. de vltim.volunt.tit.de ſubſtitu. fideicommiſ.cap.5.col.penultima, in princ. verſic. ſed certè in hoc dubio,fol.63. dicens, iſtã opinionem eſſe tenendam iudicando, & conſulendo,argumentis contrariæ opinionis minimè obſtantibus.Marius Salamonius in l.Gallus, in prin.nu.24.verſic.nec ad rem pertinet.ff.de libe. & poſth. Guid. Papæ,conſ.87.pro declaratione, poſt nu.1.conſ.135. conſilium, poſt princip. verſic.& quòd dicti liberi. ſcribens, Curiam Parlamenti ſecundum opin.Bart.conſueuiſſe iudicare,cõſ.136. ſi nobilis Ioannes. poſt nu.1. conſ.140.conſilium pro nobili Aymone, nu.1.& ante, nu.3. Iacob.Menoch.conſ.95.& ſi doctè,nu.78.li.1.Franciſcus Mantica in tract.de coniect.vlt. volunt.lib.11.tit.3.ante nu.3. vbi plures allegat, & inter cæteros Rolan.de Valle, conſi.18.ab hoc ſeculo,nu.10.lib.4.plures citantem de crebriori opin. atteſtantes, & tandem aſſerentem, duo Collegia iſtam opin.tenuiſſe, ſcilicet Peruſinum, referente Ioan.Cæph.& Mediolanenſe,referente Iul. Clar. vt per eum, & Tyber. Decian. conſ.41.Mag.D.Maria.nu.46.li.1.cõſ.44. Circa primum,nu.51.li.3.dicentem Bart. ſententiã,quicquid alij cõtradixerint, eſſe veriorem; & magis communiter receptã, luceq; clarius conſtare,ex authoritatibus, hanc eſſe, præſertim hodie; communem opinionem, poſtq; Vdalr. Zaſ.tradit Franciſ.Marzar.conſ.4.viſo & perlecto,fol.27. verſic.reſpondetur enim.cuius conſilij meminit in epitom. q.19.& eod.conſ.4.c.4. incip. requiſitus, folio 39. verſic. ſed hæc obiectio, conſ.5.lecto teſtamento, fol.46. verſic.nec præmiſſæ concluſioni,conſ.6.requiſitus,fol.54.verſ. reſpondeo enim.conſil.10. memini, fol.128. verſic. oppoſitio iſta. nouiſſimè Simon de Præt.lib.3.ſol.3. poſt num.4.verſic.ego verò opin. Bart.folio 300.de interpret. vlt. vol. Pet.Ant. de Pet. in tract.de fideicom.prohib.q.9.nu.187.verſic. Non deſunt tamen. folio 207. Mich. Craſſ.in lib.ſenten. §.fideicommiſſum.cap.14.nu.2.verſic. Si enim ut ſupra diximus. Marc.Anton.Peregr. in tract.de fideicom.art.11.nu.30.verſic. Et ita,col.4. fol.79.Antonin.Teſſaur.deciſ.96. Filij in conditione, nu.17. vbi dicit magis communem opinionem eſſe,rationeſq; in contrarium adductas inutiles videri, & deciſ.60.Teſtator inſtituit, nu.3.verſic. Tamen id fallit. Vincent. Herculan.de Peruſio in q.4. in 5.argumen.pro affirmatiua, quam Romæ diſputauit, anno 1502. dum fuit

ad Collegium Aduocatorum Conſiſtorialium aſſumptus. Franc. Burſat. conſ. 202. Verba teſtamenti, ſub nu. 25. verſic. Decimò ſubſtitutio, lib. 2. vbi nu. 27. Doctores plurimos coaceruat, & de cõmuniori hodie, ac canonizata, veriori & æquiori opinione teſtatur. & nu. 35. ac 49. verſ. Secundo loco, de eadem meminit. Hieron. Hercul. in reſponſ. pro Macchiauellis. nu. 13. verſic. Præſertim quia, fol. 5. & nu. 110. in fin. Iacob. Mandel. Albenſ. conſ. 464. Verba teſtamenti, nu. 3. lib. 3. vbi Vincen. Annibaldus in addit. de veriori æquiori ac frequentiori concluſione fidem facit. Bonifac. Rugerius conſ. 27. In cauſa iſta, nu. 41. lib. 1. Vbertin. Zuccar. conſ. 71. Viſa ac benè intellecta, nu. 36. Syluester Aldobrãdin. conſ. 29. Hieronymus Gẽtilis, nu. 53. Paul. de Montepico, conſ. 96. In hac graui cauſa, nu. 80. verſic. Octaua eſt. Io. Petrut. de Monte Sperel. conſ. 125. Videtur prima facie, nu. 7. rurſus Iacob. Menoc. conſ. 613. Reſpondendum videbatur, num. 10. uerſ. Et confirmatur, ac etiam in eius tract. de præſumpt. in 2. par. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 39. in fin. verſic. Exiſtimo recedendum non eſſe, fol. 118. col. 3. Riminal. iun. conſ. 669. Illuſtris Dominus, nu. 13. li. 6. vbi æquiorem eſſe dicit. Gerard. Mazzol. conſ. 84. Philippus de Melijs, nu. 26. verſic. Præterea poſiti in conditione. Pet. Anto. Anguſc. conſ. 37. ex verbis, nu. 6. verſic. Quod ſi verior, lib. 6. vbi de veriori teſtatur, licèt opinionem contra Bartolum communem eſſe aſſeruerit, Io. Franciſc. Purpur. conſ. 224. Viſo teſtamento condito, nu. 2. dicẽs iſtam opinionem à multo tempore citra fuiſſe conſulendo per Doctores Peruſinos canonizatam, Lancellottumque Politum referens, ſe intrepide Bartoli opinionem tãquàm benigniorem probare dicentem, lib. primo.

Complura ſunt, quę pro iſta adiecti grauaminis coniectura munienda proponuntur: ſed omiſſis, quæ explicatione nõ indigent, cum in hac ardua, ac perdifficili quęſtione, ſtricta diſputatione, vti decreuerim vrget Primum, nam teſtator, qui vult con
2 ſequens, † videtur velle omne neceſſariũ antecedens ad illud. l. ad legatum. l. ad rẽ. mobilem. ff. de procur. l. oratio. ff. de ſponſal. l. illud. ff. de acq. hæred. l. 2. ff. de iuriſd. omnium iudi. cum vulg. quod etiam procedit in materia ſtrictè interpretanda, ve puta in ſententia, Aym. Cra. conſ. 79. quõdam Catherina, nu. 4. Hieron. Zanch. in l. hæredes mei, §. cùm ita, nu. 652. ff. ad Trebel. imò hæc regula procedit in merè odioſis, nam diſpenſatio licèt merè odioſa ſit. c. 1. & 2. de fil. prẹsb. lib. 6. tamen ſi eſt cũ
3 illegitimo † diſpenſatum, quòd epiſcopatum habere poſſit, in neceſſarium antecedens, quòd poſſit etiam presbiterari, diſpenſatum intelligitur, cum ſine ſacerdotio nõ poſſit eſſe epiſcopus. cap. ex literis. de exceſ. prælat. ita not. tenent Pet. de Ancha. in clem. vnica, in 5. oppo. col. 15. de conceſſ. præben. Abb. in c. ex parte. el 3. de decim. & tradunt Iaſ. col. 25. in princip. & Soc. iun. nu. 298. in d. l. Cẽturio. idem Iaſ. in l. 1. col. 2. nu. 12. verſic. hinc eſt. ff. de trãſact. in l. ſi cauſa cognita, col. 2. nu. 6. verſi. confirmo. C. eo. Nicol. Euerar. in centur. in loc. 95. à conce. conſequen. verſic. hinc eſt etiam. ex quo ergo teſtator iniungit onus fideicommiſſi nepotibus, non inſtituẽdo illos hæredes, videtur omne antecedes ad illud, quòd inquam hæredes exiſtant
4 voluiſſe. Proinde inſtituens † ſeruum hæredem, in neceſſarium antecedens relinquere libertatem intelligitur. Inſtit. de hæred. inſt. in prin. & l. penult. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtitu.

Iſtius regulæ inductioni, Lancel. Polit. dicebat, aliquos ex mente Bal. in l. fin. in 16. opp. nu. 15. C. de hæred. inſtit. reſpon-
5 dere, vt non ſemper † ſit vera, & nuncupatim in terminis d. l. ab eo. nam ſub onere, honor non includitur: ſed non eſſe ſolutionem, ſubdebat, cum ratio non detur, cur dicta regula in caſu illius text. locum non habeat: ſed ex ratione Baldus ibi ad terminos dictæ legis inferre videtur. In-
6 quit enim † regulam d. l. illud, procedere in ordine formali, ſecus in ordine perſonali, vnde vera eſt, ſine ſubauditione extraneæ perſonæ, argum. l. ſi ita ſtipulatus. §. Criſogonus, in fi. ff. de verborum obligat. l. ex facto etiam agitatum. ff. de hæred. inſtitu. admittendo itaque ex onere fideicõmiſſum, induceremus aliam perſonam fideicommiſſariam, quæ etiam defuncti fictam, & maginariam perſonam diuerſimode repræſentaret. l. mortuo. ff. de fideiuſſo. Nec eſt credendum, Baldum exiliter ſine ratione fuiſſe locutum, cum vti fons viuus rationum, & ſubtilitatum admirabile flumen, ad irrorandum, & irrigandum ius ciuile, pro totius Italiæ ornamento, & ſplendore ſcaturiat, atque excurrat: iſtamque Bal. ſolutionem poſt Iaſ. de quo ſenſit Polit. ſequitur Soc. iun. in d. l. Centurio, nu. 303. verſic. & primo. Quicqnid tamen ſit, poſſet ſecundò reſponderi, quod antecedens

7 dens † tunc ex conſequenti inferatur, cùm aliquam ſpecificationem antecedens non requirit, & conſequens per ſe validum eſt, vt notanter tradit Alexand. in d. l. fi. nu. 8. verſic. nec obſtat. C. de hæred. inſtitu. poſt Saly. ibi, in 5. not. num. 5. ſed abſolutum iſtud conſequens nullum eſt, & fruſtratorium. d. l. ab eo, & antecedens ſpecificationem requirit, nimirum ſi his duobus recedentibus, grauamen vti conſequẽs, diſpoſitionem in ſuum antecedens non infert.

8 Tertiò, regula hæc † non procedit, vbi antecedens & conſequens ad contrarios tendunt effectus, ſecundùm Franc. Aret. in d. l. illud, col. 2. verſic. hæc autem regula. vnde dicit ad terminos iſtos, quòd diſpoſitio quæ tendit ad diminutionem, & grauamen, nunquam operatur cõtrarium effectum, ſcilicet augmentum. l. cum tale. §. fin. ff. de condit. & demonſt. & l. hæreditas ad Statium. ff. de hæred. inſtit. & inde

9 eſt, † quòd cum debitor dicit ſe ſoluiſſe, vel quando excipit, factum fuiſſe pactum de non petendo, non videtur propterea debitum confiteri, vt ſcribitur in l. nõ vtique. ff. de except. per Bart. in l. decem, de verbor. obl. Ioan. de Amicis, conſ. 99. Magnifice, ante num. 2. poſt Iacob. de Arena, Petr. & Cyn. in l. ſi quidem. C. de except. Spec. & Io. And. in addit. in tit. de except. §. viſo. 1. & 2. col.

10 Hac in re † etiam Lancel. Polit. in tract. ſubſtit. de vulg. ſubſtit. diſtinctione quadã vtebatur. Aut enim (inquit) ad eſſentiam, non validitatẽ conſequentis, illud requiritur, quod iſti appellant antecedens: & tunc dicit, etiam in odioſis, valere illam regulam, quòd qui dicit conſequens, & ſuper eo diſponit, intelligitur dixiſſe, & diſpoſuiſſe ſuper antecedenti, & ita loquitur c. ex literis, de exceſ. prælat. Aut non requiritur ad eſſentiam, ſed ad validitatẽ, & tunc etiam qui vult vnum, creditur velle & aliud, ſine quo illud valere non poteſt: ſed tamen nõ per hoc ſequitur, quòd volens, intelligatur diſpoſuiſſe, & ideo in propoſito dicit, quòd ſi in caſibus verſamur, in quibus ſola voluntas ad actum introducendũ ſufficit, tunc valebit ille actus, quoniam per voluntatem conſequentis, intelligimus etiam adeſſe voluntatem antecedentis, & ita loquitur tex. in d. l. illud. ff. de acq. hæred. aditio enim hæreditatis nuda voluntate perficitur. l. gerit. ff. de acquir. hẹred. expreſsè in §. fin. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. ſi verò ſumus in actibus, in quibus vltra voluntatem aliquid requiritur, hoc eſt diſpoſitio expreſſa, ac ſolemnis, & tunc non ita facilè intelligitur, vel ſubauditur illud eſſe factum, quod factum non fuit, licèt ſit neceſſarium ad aliquod conſequens, quod factum fuit, d. l. ex facto, la 1. ff. de hæred. inſtit. vbi probatur, ꝙ ex ſubſtitutione, quæ eſt quoddã conſequens, non reſultat inſtitutio, quod eſt antecedens, quia ſcilicet ad inſtitutionem conſtituendam ſola voluntas non ſufficit. Hodie tamen (ſubdit) in quibuſdam caſibus fauore libertatis, ac tutelæ, tandemq; ex humanitate aliud cogitatum eſſe, vt Inſtit. de hæred. inſtit. circa princ. & qui teſtam. tut. da. poſſ. & in tit. qui & ex quib. cauſ. man. non poſſ. hactenus Polit. Cùmque non ſit inſiſtendum circa iſtã diſtinctionem, ne tempus conteratur, eam libuit referre, vt Politi ingenio, aliquorum mentes mulceamus.

Quintò reſponderi poteſt, hic non tractari de neceſſario antecedenti: põt enim quis grauari de vniuerſo fideicommiſſo reſtituendo, & tamen non eſſe inſtitutus, vt dicebat Odd. Peruſinus ex §. præterea, ponderando verba, in teſtatus moriturus, Inſtit. de fideicom. hæred. iuncto §. codicillis, Inſtit. de codicil. & poſt ipſum, idem conſiderat Franc. Gratia. in tract. de vulg. & fideicom. ſubſtit. fol. 24. verſic. ſed quid verbis opus eſt.

Secundò inducitur l. Titia Seio, §. Seia libertis. ff. de legat. 2. vbi ex grauamine, quod iniunctum eſt vltimo decedenti, ſub intelligitur quædam tacita ſubſtitutio inter collegatarios, ac tacitus honor: idem caſu iſto cum relinquitur à filijs filiorum fideicommiſſum, iſti filij inſtituti creduntur, propter grauamen iniectum, & hunc textum vrgentem eſſe dixit Vdalric. Zaſ. in tract. compend. ſubſti.

Sed Lancel. Polit. multis modis reſpõderi poſſe aſſerebat, omnes tamen ſolutiones ſibi non ſatisfacere, vt cogitandum tãtum reliquerit, vnde opportunum erit, ſolutiones ipſas ſilentio non obruere.

Et prima quidem fuit Gloſ. ibi in verb. vendatis, vt fideicommiſſum inducatur ex prohibitione alienationis: non autem ex inferioribus verbis, vltimus deceſſerit, & ſic non repugnat. l. vel ſingulis. ff. de vulg. & pup. & cum Accurſ. ſentit Anton. Corſet. in eius diſput. ad repert. Abb. in fi. in 14. reſponſione ad argumen. partis affirm. poſt Bald. in d. l. ab eo, ante num. 4. verſic. pręterea. C. de fideicom.

Hanc autem ſolutionem reprehendũt

Dyn.

Dyn.Bar.Alber.Bald. Paul.de Caſt.& Io.
de Imo. in d.§.Seia, ac etiam Franc.Aret.
col.28.verſic. ſecundò reſpondet Bald. &
Lacel. Galiaul. col. 76.poſt num.101. in
dicta l.Centurio.dicentes non eſſe verum,
11 quòd † propter ſolam alienationis prohi-
bitionem,tacitè inter prohibitos alienare,
fideicommiſſum inducatur, ſecundũ Bar-
tol.in l.qui Romæ,§.cohæredes.ff. de ver-
borum oblig.& confunditur iſta opin.per
ea, quæ tradit idem Bar. in l.ſi ita quis. §.
ea lege.eod. tit. vbi concludit, quòd pro-
hibitus extra familiam alienare, non vide
tur prohibitus hæredem extraneũ ab in-
teſtato relinquere, qui non ſit de familia,
quod eſſet falſum, ſi fideicommiſſum cæ-
teris de familia deberetur, & hoc proba-
tur in d.§.Seia, vbi tex.dicit, quod in pri-
ma parte teſtamenti in qua erat facta alie-
nationis prohibitio, non erat tale fidei-
commiſſum iniunctum: talis igitur prohi-
bitio tanquam nuda, & cauſam non ha-
bens, non erat momenti alicuius. l.filius-
fa.§.Diui.de leg.1.niſi fuiſſet onus, vltimo
morienti iniunctum,& cum hac reproba-
tione tranſit Soc.iun.in d.l. hæredes mei.
§.cum ita,nu.12.ff.ad Treb.

Secunda fuit Bald.in d.l.ab eo,col.2.in
prin.ante nu.4.quòd ibi grauatus nõ ſuc-
cedat ex ſubſtitutione, ſed ex iure accre-
ſcendi, quod teſtator videtur voluiſſe ha-
bere locum, etiam poſt aditum legatum.
Sed ijdem Franciſcus Aretin. & Galiaula
huic reſponſioni ſe non ſubſcripſere. cùm
primò ſit contra regulam, quòd in proprie
12 tate † non habet locum ius accreſcendi,
poſt agnitam portionem.l.1.§.fin.ff.de v-
ſufruct. accreſc. & videtur ſentire Accur-
ſius in l.qui filio.§.fi.cum ſeq.ff.de libe.&
poſthum.dum dicit in vltima Gloſſa ma-
gna, quòd ibi hæres inſtitutus pro parte ca
pit totam hęreditatem, quam ſeruus agno
uit adeundo, quia hoc fuit ex voluntate
13 teſtatoris, & in dubio † ſit interpretandũ,
quod diſpoſitio teſtatoris aliquid de iure
communi exorbitans non inducat, etiam
ſi teſtator poſſet, vt eſt caſus not.& ibi per
Bartol.in l.vxori.§.1.de legat.3. & eſt Gl.
in l.talis ſcriptura, de leg.1. facilius ergo
inducitur ibi tacita ſubſtitutio ſecundum
regulas iuris proueniens, quàm ius accre-
ſcendi, contra regulas dicti §. interdum.
Secundo cum ſit contra textũ in d.§.Seia,
dicentem, quòd duos gradus ſubſtitutio-
14 num videtur feciſſe: ſubſtitutio autem † ex
cludit ius accreſcẽdi circa idem omnino.
l.ſi quis hæres, in prin. & ibi per Bar. ff. de
acq.hæred. Nec obſtat, ſi cum eodem Are.
pro defenſione huius ſolucionis diceretur
15 ſubſtitutionem † ibi largo modo pro iu-
re accreſcendi accipi, l.ſi Titio, & Męuio.
§.Iulianus.ff.de leg.2.

Nam reſpondetur, id ex illo textu mini
mè probari, vbi cohæres venit ab inteſta-
to.non vr̃ igitur, quo pacto poſſit eſſe taci
ta ſubſtitutio, cum non ſit inſtitutio, licèt
Bart.cohęredem illũ, dici poſſe tacitè inſti
tutũ exiſtimet, quod quatenus procedat,
alibi Lãcel.Polit.in l.cum filiofa.de leg.1.
explicat. Pręterea, quod dicitur in d.§.Iu-
lianus, in fi. ibi, & hic quaſi ſubſtitutus,
nihil probat. illa enim dictio, quaſi, non in
fert ſubſtitutum dici poſſe, ſed potius ſimi
16 litudinem † ſignificat, quaſi ad exemplum
& ſimilitudinem ſubſtituti, habebit locũ
ius accreſcendi cum onere: ſed retenta e-
tiam communi, vt dicatur tacita ſubſtitu-
tio, impropriè procedit. d.§.Iulianus.ver-
17 ba autem, † & maximè Iuriſconſulti, pro-
priè capiẽda ſunt. l.1.§.ſi is qui nauem. ff.
de exerc. redeundoq; ad verba tex. in d.§.
Seia libertis, dum dicunt, Paulus reſpon
dit, teſtatricẽ duos gradus ſubſtitutionis
feciſſe: vnum vt is qui ex duobus prior mo
reretur, alteri reſtitueret, fideicommiſſariã
important ſubſtitutionẽ, l.cohæredi, §.cũ
filiæ.ff.de vulg.& pup. ius autem accreſcẽ-
18 di, † dicitur ſubſtitutio vulgaris, dicta l.ſi
Titio & Mæuio.§.Iulianus.

Tertia fuit ſolutio Ioan.de Imo.in cap.
Raynutius, & in d.l.centurio, quem Alex.
ibi refert, col.antepen.ante nu.95.quòd li
cèt regulariter cùm quis per teſtatorem a-
liquo ſibi non relicto grauatur, nõ teneat
grauamen: limitetur tamen, cum diſpoſi-
tio ſuper re certa duob. facta pręcederet,
tũc enim ſi ipſorum alter grauaretur, il-
le inquam qui nouiſſimè deceſſerit, ad il-
lam rem tertio reſtituendam, tunc quia
videretur inter illos duos reciprocum fi-
deicommiſſum eſſe inductum, vt pręcedẽs
intelligatur de reſtituendo grauatus par-
tem ſuam ſuperſtiti, meritò ille ſuperſtes,
qui vltimò decedit, potuit in totum graua
ri, & iſtum eſſe caſum in d.§. Seia libertis.

Subuertitur & iſta ſolutio per eundem
Franciſ.Aret.cum hoc non ſit fundamen-
tum cõtextus in d.§.Seia, & exẽplo Bal.di
cit, iſtã eſſe differentiam quandam capita
lem, quæ iure non probatur. tex. enim fun
dat ſe in eo, quia nouiſſimus fuit grauatus
totum reſtituere, nec ponderat aliquo mo
do, quòd in parte fuerit honoratus, vnde
ſecundum iſtam diuerſitatem, decidendi

ratio poſita à Iuriſconſulto ibi, eſſet im-
perfecta, niſi aliud ſuppleretur. Et ex Lan
cellot. Galiaul. ſicut præſupponitur, quòd
primus poſſet cenſeri grauatus, quia erat
honoratus, ita econuerſo affirmari poſſet,
liberos ibi honoratos cenſeri, ex quo gra-
uati fuerant.

Quarta affertur ſolutio Iaſ. ante nu. 59.
quòd ibi propter duo copulatiuè fidei-
commiſſum iniunctum cenſeatur, & ſic
non ex ſimplici grauamine: teſtator enim
onus vltimo morienti iniunxerat, & quòd
totum prædium relinqueret, ut per Bart.
in d. l. vel ſingulis, de vulgar. & pupil. &
iſtam ſolutionem videtur ſequi Odd. Pe-
ruſi. in tract. compend. ſubſtit. concluſ. 5.
in 3. conclu. 3. inſpectio.

Sed eſto ita verè text. illum poſſe intel-
ligi, non eſt quin pro Bart. non vrgeat, nã
in propoſito etiam liberi vltimo loco mo-
rientes fuerunt grauati, & in tota hæredi
tate: etſi diceretur, non fuiſſe expreſſum,
totam hæreditatem, ſed hæreditatem, vel
bona mea, ſimiliter in d. §. Seia libertis,
non enunciari totum, ſed eum fundum. Et
ſi cum Nouiſ. Senenſ. in d. l. hæredes mei.
§. cùm ita, nu. 12. diceretur, quòd in re par
ticulari ſuis finibus terminata, qualis eſt
fundus, dicere fundum, vel totum fundũ,
idem videatur: cùm partes fundi nequeãt
ſeparari, ſed omnes ſimul iunctæ dican-
19 tur fundus: in tantum † quòd non dica-
tur fundus, niſi ſuis omnibus partibus con
ſiſtat. l. ſi Titio, & l. ſi alijs. ff. de vſufr. lega.
illud autem, quod de hæreditate dicunt
Doctor. (ſi verum eſt) procedit, quia cum
ſit nomen iuris, & vniuerſale, poteſt in ea
haberi reſpectus perſonæ, quam teſtator
grauat, vt ſic ſola eius portio contineatur
ſub nomine hæreditatis. l. ſi Titius ex par-
te. de leg. 3. & l. Titia. ff. ad l. Falcid.

Conſiderationem iſtam Soci. iunioris
Oddus Peruſin. ſic prima fronte debilita-
re tentabat: illud enim dictum, quòd fun-
dus non dicitur, niſi omnibus ſuis parti-
20 bus conſtet, intelligitur, † quoad partes
integrales ipſius fundi, & in ſpecie quo ad
proprietatem, & vſumfructum, & ita lo-
quuntur d. l. ſi Titio, & d. l. ſi alijs. non au-
tem quo ad partes diſcretas, & quotitati-
uas, hoc eſt dimidiam, tertiam, vel quar-
tam, nam ita dicitur fundus vna pars fun-
di quotitatiua, ſicut totus fundus. l. locus.
ff. de verbor. ſignif. ſed in d. §. Seia. fundus
erat relictus per partes quotitatiuas, ideſt
unicuique pro ęquali portione, quotquot
erant illi legatarij. ergo etiam ſi ad ſubſti-
tutum ſola pars vltimi morictis deueniſ-
ſet, fundus ad illum perueniſſe diceretur,
nec neceſſe eſt de toto, prout erat teſtato-
ris, intelligere. Sed vt idem Peruſin. ad-
uertit, ſubſtitutio ibi erat facta in re parti-
culari, habente ſuam formam integralem,
& ſpeciem perfectam: vnde cùm non poſ-
ſit reſtitui ab vltimo moriente niſi inte-
gra, neceſſe erat, vt partes aliorum iure re-
ciproci fideicommiſſi ad vltimum morien
tem deuenirent; Nec quæ dicta ſunt cir-
ca partes integrales, & quotitatiuas ipſius
fundi, obſtare videntur: illud enim de
partibus quotitatiuis procedit, concur-
rente affectione, & deſtinatione animi do
mini illius partis, quòd velit illam partem
eſſe fundum, non alterius ſundi locum. d.
l. locus, verſic. cæterùm. Nec virtualiter a-
lium intellectum tex. recipere poteſt, cum
Seia ſundum legauerit, & ſic integrum, li-
cèt poſtmodum diuidendum inter illos li
bertos: dum prohibet alienationem, reſti-
tutionemq́ue iniungit; Ne eum (inquit)
fundum vendatis, eumq́; qui ex vobis, &c.
& ſic referuntur verba ad fundum integra
liter à principio cõſideratum, licèt poſtea
diuidendum: vnde cùm in tex. nullibi con
ſtet de affectione teſtatoris, etſi in claris
verſemur, tamen in dubio de toto ſundo
eſſet intelligendus, l. ſi defenſor. §. 1. de
interrog. act. nec vt ab hac interpretatio-
ne recedamus ſufficiet, ſi in plures regio-
nes commodioris culturæ gratia ſundum
diuiſerit, l. Caius, in fi. de leg. 2. Quòd ſi
tibi quis partem fundi Corneliani legaue
rit, deinde eadem ſcriptura fundum Cor-
nelianum leget, non ſola pars, ſed totus
debebitur: pars enim fundi (vt eſt dictũ)
tunc pro toto habetur, cum ea affectio
eſt teſtatoris, vt non pars, ſed totum ſit,
21 vt tradit in d. l. locus, Andr. Alciat. † qui
cum ſubtilitate, tum copia nitida Iuri ci-
uili dicendi eius amœnitatem coniunxit,
de rebusq́ue obſcuris, ac difficillimis di-
lucidè dixit: neque ſententijs ſolùm co-
pioſè, ſed verbis etiam ornatius quàm ſo-
lent noſtri: quid rogo eius eſt elegantia di
gnius? cuius vita, & oratio, conſequuta eſt
difficillimam illam ſocietatem, grauitatis
cum humanitate: mirabiliter equidem
doctrinam ex vmbraculis eruditorum, o-
tioq́ue non modo in ſolem, atque in pul-
uerem, ſed in ipſum diſcrimen, aciem-
q́ue produxit: fuit vir cæteris artibus, quę
quidem dignæ optimo eſſent Iuriſconſul
to, ornatus omnibus, tum acer inueſtiga-
tor, & diligens, earum rerum, quæ obſcu-

ritate inuolutæ videntur; Naturæ igitur
munere Andream Alciatum, vti maximũ
Iuriſprudentiæ inſtauratorem, ac inſignẽ
cultorem, genitum putemus: ſiquidem
vt aurum, & argentum, æs, ferrum fruſtra
natura diuina genuiſſet, niſi eadem do-
cuiſſet, quemadmodum ad eorum venas
perueniretur, nec fruges terræ, baccasve
arborum, cum vtilitate vlla generi huma-
no dediſſet, niſi earum cultus, & conditio
nes tradidiſſet: materia deinde quid iuua
ret, niſi confectionis eius fabricam habe-
remus: ſic cum omni vtilitate, quam Deus
hominibus dedit, ars aliqua coniuncta eſt,
per quam illa vtilitas percipi poſſet: ideo
legibus, quòd erant multę obſcuræ, multæ
ambiguæ, explanationes adhibitæ ſunt il-
luſtrium interpretum, inter quos, prout
Phylo Zenonem Epicureorum, Alciatum
ego Coryphæum appellare profiteor.

Quinta eſt ratio quorundam conſulen
tium inter conſi. Alexand. conſ. 14. ſuper
quæſtione propoſita. poſt nu. 17. col. pe-
nult. verſic. vel ſecundò, lib. 4. quos refert
Marc. Ant. Bauer. in repet. l. cùm filio, 12.
col. 9. limit. de legat. 1. quòd ibi duo copu
latiuè concurrebant, alienationis ſcilicet
probibitio, & grauamen vltimo impoſi-
tum, & ſic iſta duo ſimul iuncta operantur
illud tacitum fideicommiſſum, vt videtur
velle Glo. in §. vel ſingulis. Inſtit. de vulg.
& pupilla.

Sed Lancel. Galia. in d. l. centurio, col.
76. verſic. item ſi diceres. reſpondet, quòd
etiam in caſu noſtro, duo iſta debent taci-
tum fideicommiſſum operari, ſcilicet men
tio liberorum in verbis conditionalibus,
& grauamen eis iniunctum: imò ſolum
grauamen, ex eo quòd ſunt præciſè graua
ti, de eo, quod niſi conſequantur ex teſta-
mento, non poſſent reſtituere: cui obſi-
ſtit, nam quodlibet ex duobus cõcurrens,
ex ſe inualidum eſt: grauamen inutile ex
d. l. ab eo. conditionalis formula debilis,
& infirma, ex Gloſ. d. l. Lucius, communi-
22 ter recepta, quæ licèt † coniungantur, non
proſunt, ſingulis inutilibus conſideratis. l.
ſpadonem. §. qui iura. ff. de excuſ. tut. l. 1.
C. qui num. tutel. Alex. conſ. 13. ex his. nu.
19. lib. 1. Nec releuat formulam conditio
nalem, ex eodem Lancel. col. 75. in fi. ver-
ſic. ſed tu aduerte. aliquid operari, nã eius
ſpecificatione, naturales etiam ad ſubſti-
tuti excluſionem intelliguntur: vbi verò
ſilentio inuoluuntur, ſecus eſt, cum in de-
ſcendentibus verſamur, d. l. ex facto. §. ſi
quis rogatus. enimuerò nullitas in his ter
minis, ſiue imperfectio, quo ad fideicom-
miſſum inducendum intelligitur: nam li-
cèt naturales quoque ex conditionali ver
borum conceptione ſignificentur, nõ pro-
pterea ex fideicommiſſo vocati dicuntur,
& proinde alia reſpõſione vtebatur, quòd
hic agimus de declaranda voluntate teſta
toris, an voluerit liberos fideicommiſſo
honorare, quod tacitè etiã induci poteſt,
Paul. de Caſt. in l. penul. C. de imp. & ali.
ſubſtit. ſed vbi agitur de aliquo declaran-
do, duo imperfecta ſimul iuncta operãtur,
quamuis de per ſe nihil operarentur, vt
notabiliter declarat Bal. in d. l. ſpadonem,
§. qui iura, in fi. verſic. propterea probatio
nes. Io. de Amic. conſ. 127. in cauſa. nu. 25.
licèt igitur ex ſolis verbis conditionalibus
non conſtet de voluntate defuncti, voluiſ-
ſe liberos in conditione poſitos honora-
re, & patri inſtituto ſubſtituere: tamen vbi
ſunt etiam grauati, ſatis voluntatem teſta
toris elucidari, ac declarari, & cum hac re
ſponſione pertranſit Soc. iun. in d. l. centu
rio, nu. 303. in fin. verſic. poſſet tamen, qui
Iaſ. ſolutionem comprobauit, addendo
coniecturam probibitionis alienationis,
ex qua ſola argui fideicommiſſum ſolet.
Oddus etiam Iaſ. optimè dicere affirmat,
ſed in deducendo ipſam ſolutionem defi-
cere; Obſtat enim, quòd hic etiam teſta-
tor voluit totum ad ſubſtitutum deueni-
re, legitima, atque trebellianica excepta,
iux. cap. Raynaldus. de teſtamen. vnde di-
cebat, quòd hic poterat peruenire ad ſub-
ſtitutos tota hæreditas alio remedio; quã
quòd in illa nepotes inſtituti ſint, vt ab in-
teſtato eos rogauerit, d. §. præterea. Inſti-
tut. de fideicommiſ. liber. ſecus autem in
dicto §. Seia. nam iure accreſcendi, non
poterat totus fundus peruenire ad manus
vltimi morientis, cùm illi eorum portio-
nem adiuiſſent, & ſic cum teſtator volue-
rit, vt totum ab vltimo moriente reſtitue-
retur, neceſſarium erat, quòd vltimus mo
riens, illis præcedentibus eſſet ſubſtitutus,
& conſequenter quòd illi adinuicem ſub-
ſtituti eſſent, & inſtituti, ſiue honorati in
23 ſuis portionibus. Veram denique † ad
illum textum ſolutionem eſſe arbitror,
quam Socinus iunior tradidit, quòd ibi
plura ad mentem defuncti declarandam,
pro fideicommiſſo inducendo concur-
rant, prohibitio ſcilicet alienationis, to-
tius fundi reſtitutio, & grauamen vlti-
mo morienti impoſitum, quæ prohibitio
primum fuit fidei libertorum commiſſa.
Nec dicatur, ipſam vti cauſa carentem,
fidei-

fideicommiſſum non poſſe operari, cùm
ſatis cauſa reſultet, dum voluit totum fun
dum in eius libertos conſeruari, ita vt in-
tegrum reſtituatur Symphoro, quem non
ſolum libertum, ſed eius ſucceſſorem di-
xit, alijsque libertis, quos enumerat, &
infra manumiſiſſe aſſerit: nec acquieuit te
ſtatrix; ſed vlterius proceſſit, vt etiam il-
lis reſtituerent; qui ex libertis ſuperuixiſ-
ſent. nimirum igitur ſi duplex oritur fidei-
commiſſum, vnum reciprocum, alterum
vt nouiſſimus, cum in ſecunda parte teſta-
menti, verbum adiecerit, qui vltimus de-
ceſſerit: in quo fundatur principaliter tex.
deciſio, ad inducendum etiam in prima
parte ſubſtitutionem, alijs concurrenti-
bus, ad eruendam Seiæ enixam volunta-
tem, reciprocè fideicommittendi, & ne-
ceſſariò fideicommiſſum, totius fundi ra-
tione, inducendi.

Tertio intorquent l. denique. §. inter-
dum. ff. de pecul. leg. Hic tex. duriſſimæ eſt
digeſtionis, quem primo nititur enitare
Io. de Imol. col. 11. in d. l. centurio. vbi A-
lexand. col. 29. nu. 94. & in dicta l. cum fi-
liofamil. col. ſecunda. vbi Socin. col. de-
cima, in fine. Angel. in tractat. de teſta-
men. in Gloſ. ſuper verbo. Et ſi omnes
24 eius filij. vt procedat in peculio, † quod
ſolet ſequi ſeruum, cui libertas inter vi-
uos conceditur, etiam quòd nihil dica-
tur, l. prima, cum ibi not. C. de pecul. eius
qui libert. mer. & licèt non ſoleat ſequi
tacitè, vbi libertas in vltima voluntate re-
linquitur, tamen vbi de peculio ſeruus
grauatur, de facili tunc peculium ſeruum
ſequitur, cùm inter viuos abſque graua-
mine tacitè datum videatur. Hic tamen
intellectus ab Aretino, colum. 29. Iaſ. an-
te num. 58. Lancellot. Galiaul. colum. 74.
& cæteris in dicta l. centurio. reſpuitur:
tex. enim non ſe fundat, quòd aliàs pecu-
lium ſequi ſeruum ſoleat, ſed quia grauan
do, quòd centum ſoluat de peculio, cùm
aliter fieri non poſſit, niſi peculium vide-
retur relictum.

Sed reſponderi poteſt, quòd ſatis illud
dicitur, cùm de peculio dicatur: quòd au
tem ſequi ſoleat manumiſſum, qualitas di
citur in verbo comprehenſa, & ita vide-
tur communior intellectus iſte poſſe ſu-
ſtineri.

Secundo ex Iaſ. reſpondetur, qui refle-
xione vtitur contra Bart. nam ibi ideo gra-
uando, vt det aliquid de peculio, intelli-
gitur peculium reliquiſſe, nam ille teſta-
tor grauauerat ſeruum, cui libertatem re-
liquerat, vt aliquid de peculio daret hæ-
redibus teſtatoris: & ſic videtur voluiſſe,
quòd ſi hæredes aliud non habeant de pe-
culio, merito ſeruus peculij reliquum con
ſequatur: ſecus ſi tertio aliquid de pecu-
lio dare iuſſus eſſet, non autem hæredi. ex
25 hoc enim † non videretur ei legatum pe-
culium. l. 3. §. fin. iuncta glo. in ver. dare.
ff. de cond. ob cauſ. & ſic inquit, iſtum tex-
tum retorquendo contra Bartolum, quã-
uis Aretinus motus fuerit ex eodem tex.
cum ipſo Bart. pertranſire, & dicere diffi-
cile eſſe illi reſpondere. Hanc reſponſio-
nem Lancel. Polit. in tract. de compend.
ſubſtit. col. 14. exiliter reijciebat, vt quod
ibi dicitur de hærede, exempli cauſa di-
ctum putet: idemque procedere in extra-
neo arbitretur: ſed non aliter reſpondet
dictæ l. 3. §. fi. vt Galiau. aduertit; & pro-
pterea ipſe ſic reſpondebat, quòd etſi hęc
Iaſon. conſideratio pulchra videatur, quæ
fuit originaliter Alexand. in conſilijs per
eum citatis, tamen non obſtat opinioni
Barto. quia vbi ſeruus eſſet grauatus dare
extraneo, non hæredi, vt tale grauamen
teneat, non eſſet neceſſarium peculium
eſſe legatum; dicta l. 3. §. final. ideo nimi-
rum ſi non cenſetur legatum, ſicut in di-
cto §. interdum. & in terminis propoſitæ
quæſtionis, vbi eſt neceſſarium antece-
dens; & ſic friuolam eſſe retorquutionem
aſſerit. Confunditur etiam hæc retorquu-
tio, nam vt Sfort. Odd. Peruſin. dicebat,
non videt ipſe, quare non idem dici poſ-
ſit in caſu noſtro: ſi enim teſtator expreſsè
noluit vt ſubſtitutus haberet hæreditatẽ,
quando nepotes ei naſcerentur, & poſtea
illis iuſsit, vt prædicto ſubſtituto reſtitue-
rent ſi ſine liberis decederent, apparet ꝙ
voluit eſſe illorum interea, nam reſtitue-
re iubentur: & quamuis poſsit dici reſti-
26 tui † quandoque, quod non eſt reſtituen
tis. l. qui reſtituere. ff. de rei vendicat. ta-
men hic erat reſtituentis, quia in caſu na-
tiuitatis nepotum, erat ſubſtituto ablata
hæreditas, & illis non niſi ſub conditione
27 deſignata: & habemus † quòd in condi-
tionalibus relictis, non tranſit dominium
in legatarium, vel fideicommiſſarium, ni-
ſi conditione purificata, arg. l. 1. §. in no-
uiſsimo. cum §. ſequent. C. de caduc. tol-
len. & l. cedere diem. ff. de verbor. ſignifi-
cat. cum ſimil.

Tertio Franc. Aret. in d. l. centurio. col.
29. verſ. Nec placet ſimiliter, dicebat, ideo
in d. §. interdum, peculium legatũ cenſeri,
nam aliquando ad aliquid in genere quis

grauatur, & tunc quia hoc præſtari po-
teſt, licet non ſit honoratus, procedit re-
gula d.l.ab eo. Aliquando verò grauatur
ad aliquid, quod eſt in patrimonio teſta-
toris, & tunc cum impoſſibile ſit illud præ
ſtari niſi ſit honoratus, procedit tex. in d.
§.interdum. quia ſi voluit conſequens, itē
omne neceſſarium antecedens. d. l. illud.
Nec obſtat tex. in d. l.ſed & ſi ſic. in fin. ff.
de leg.3. ibi enim grauat tanquam hære-
dem alterius, & ab alio honoratum, ideo
non videtur tacitè relinquere. Sed hæc
Aretini conſideratio ex tribus à Soc. im-
probatur; Primo per tex. in d.l.ab eo. cū
ab eo cui non reliquiſti, nihil per fidei-
commiſſum relinqui poſſit: & ſic adeſt ibi
vniuerſalis negatiua, ergo non poteſt re-
ſtringi, quando in genere grauaretur. l.ſi
is qui ducenta.§.vtrum. ff.de reb.reb. Se-
cundo, nam cum haberet ſeruus peculij
adminiſtrationem, non erat ad fideicom-
miſſi validitatem neceſſarium antecedēs,
quòd peculium cenſeretur relictum: quā-
28 do enim onus ſoluendi † iniungitur illi,
qui rei habet adminiſtrationem, cenſetur
hæredi, non ſibi iniunctum, & valet. l. ſi
ſeruus legatus.§.qui margaritam. ff.de le-
gat.1. l.peto.§.mater.ff.de leg.2.ergo non
inducitur legatum virtute neceſſarij ante-
cedentis. Tertio videtur confundi per tex.
in d.l. ſed & ſi ſic. aliter inducendo, nam
ibi fuit grauatus Sthicus ſi eſſet hæres hæ-
redis teſtatoris, vnde neceſſarium erat an
tecedens, quòd hæres videretur grauatus
de faciendo Stichum hæredem, iuxta id
quod habetur in l. ex facto. in princip. ff.
ad Trebellia. & tamen ibi non valet, nec
neceſſarium antecedens ſubintelligitur:
Intellectumque hunc Aretin. quem ante
ipſum ſenſit Bartolus, Socinus iunior in
dicta l. cum filiofamilias. in prima par-
te, num. 21. adhuc elidit; Primò, quia
ſi legatum in neceſſarium antecedens di-
ceretur relictum, ſatis erat, quòd centum
in quibus grauabatur, relicta dicerentur.
Secundò, nam etiam quòd non dicere-
tur legatum peculium, nec etiam illa cen
tum, potuiſſet ex permiſſione legis de pe-
culio ſoluere, vt l.tertia, §.fin. ff. de con-
dictio. ob cauſ. & l.tertia. poſt princip. ff.
de ſtatuliber. ex quibus non videtur, pe-
culij legatum antecedens neceſſarium cē-
ſeri. Tertiò aſſumptum etiam Aret. dum
vult illud generaliter procedere in quo-
cunque grauamine de re particulari te-
ſtatoris, vt ſcilicet res ipſa dicatur lega-
ta, videtur falſum, & contra l. cùm qua-
ſi. §. ſi plures. ff. de fideicommiſſ. libertat.
vltra generalitatem dictæ l. ab eo. vt Soci-
nus ſenior dicebat: & expreſsè videtur cō
tra text. in l. cum quidam. C. de legat. in
fine. vbi à ſubſtituto exhæredati, legatur
res particularis teſtatoris, & tamen ei re-
licta non cenſetur, quia tunc valuiſſet gra
uamen, contra illum textum. Omiſſis
modo confutationibus rationum Socini,
qui dum allegat dictā l. peto. §. mater, de
legatis ſecundo. per Marian. eius nep. re-
darguitur, vt parum Aretino obſtet: cum
quod ipſe dicit, procederet, quando ha-
bens adminiſtrationem, alteri quàm do-
mino rei dare grauaretur, argum. dictæ l.
cum filiofamil. in tertia parte, & probatur
in dicto §. mater. in fi. ſed in dicto §. inter-
dum. ſeruus domino peculij grauatur:
res valde diuerſa, & diſpari ratione dedu-
cta: item etiam cōfutationibus rationum
iunioris Socin. ac duplici Bartol. & Ale-
xand. intellectu, ad ſenſum Caroli Ruin.
deſcēdere expedit. Vult enim id eſſe, quia
iuſſerat teſtator rationes reddi, & centum
inferri: cum ex prima conditione ſeruus
deberet etiam reliqua reſtituere, nec enim
in redditione rationum continetur. l. cum
ſeruus. de conditio. & demonſtratio. &
ſic totum peculium; Sed ex ſecunda con-
ditione ad centum tantum reſtringitur, vt
pro reliquis omnibus centum inferat, &
ſic reliquum peculium ei legatum dicitur:
aliàs illa ſecunda conditio nihil operare-
tur, vt per eum, & eſt tex. in §. ijdem reſcri-
pſerunt, peculium. Inſtit. de legat. Hic ta-
men Ruini intellectus ex pluribus deſtrui
tur. Primo, nam ſi ita teſtator voluiſſet, ſa-
tis ei erat dicere, ſi centum pro reliquis ſol
uerit, abſque illa prima conditione reddē
darum rationum: ſi enim qualiacunque,
& quantacunque eſſent reliqua, volebat
pro eis centum tantum inferri, non erat
opus, eum in reddendis rationibus onera-
re. Sed reſpondetur, reddendarum ratio-
29 num † conditionem meram non eſſe, quæ
in datione exiſtat: neque meram, quæ in
facto ſit, ſed eam conditionem, quæ ex
mixtura quadam conſiſtat, vt Calliſtratus
libr. 2. Quæſtionum tradidit. Secundò,
nam facile poſſent reliqua pauciora cen-
tum eſſe, quo caſu non poſſet dici, ſecun-
dam conditionem reſtrictiuè primę adiun
gi. Niſi dixeris, hoc impoſſibile videri,
cum ſecundum Ruinum totum peculium
ſub nomine reliquorum veniebat, quod
Mariano Socino diſplicet, & proinde
Tertiò dicitur, Ruinum in conſideratio-
ne

ne reliquorum decipi: non enim viden-
tur importare peculium, ſed ſi quid apud
ſeruum eſſet, ex adminiſtratione rerum
dominicarum, extra peculium: & talia
reliqua, vigore primæ conditionis, inte-
graliter reſtituenda veniunt, dicta l. cum
ſeruus. Sed teſtator plus voluit, quòd ex
peculio centum inferrentur, probatur in
dicto §. ijdem reſcripſerunt. ibi, Et ex eo
reliqua, &c. ſi enim text. dicit, quòd reli-
qua ex peculio ſunt inferenda, ſequitur à
peculio ſeparata cenſeri. Quartò facit,
cum ſi centum pro reliquis ſoluerentur,
realiter eſſet implementum primæ partis
conditionis, & ſic non conſideraretur il-
lud pro ſeparata conditione, quod vide-
tur contra illum textum, ibi, conditioni-
bus præſcriptis. Illa enim verba, ſeparatim
conſiderari indicant: & quòd vtraque di-
ſtinctè ſit adimplenda. Socinus iunior,
denique in d. l. cum filiofamil. poſt nu. 23.
verſicu. Demum pro ratione indubitata
iſtius textus, dicebat, negari non poſſe,
illam deciſionem ex eo fundari, quòd de
peculio dandum erat, vt ibi exprimitur, &
ſic triplici intelligentia commixta, duo-
bus ſcilicet Alexandri, atque Aretini, &
vno addito, quintum & nouum intelle-
ctum, quem participium appellat, hoc mo
do conſtituebat. Quia teſtator ex peculio
quod alias manumiſſum ſequi ſolet, adde
& cuius adminiſtrationem ſeruus habet,
iuſſerat centum hæredibus inferri: ex quo
eius voluntas arguitur, ut reliquum ſer-
uo remaneat, ad obſeruantiam eius volun
tatis, licet teſtator non dixerit, in neceſſa-
rium antecedens, peculium legatum in-
terpretatur. Sed mea ſententia, rectè par
ticipium dixit, cum omnes imperfectio-
nes coniunctorum intellectuũ meritò cõ-
tineat: adeò quòd ex illis nulla oritur per-
fectio, nec reprobatione aliqua intelle-
ctus iſte participans egeat.
30 Alium ſenſum Ioan. Fab. † Doctor ex
Soci. conſ. 160. In præſenti conſultatio-
ne, lib. 2. in l. ſi quis ita. ff. de reb. dub. alio-
qui eminentiſſimus (imò omnium conſen
ſu) in d. §. ijdem reſcripſerunt. in princip.
Inſtit. de leg. excogitabat. Nam cum iube
tur rationes reddi, & reliqua præſtari, vi-
detur hoc teſtator præeligere pro hærede
magis, quàm peculium: ſi enim peculium
penes hæredem remaneret, nihil vltra poſ
ſet hæres à ſeruo petere, nec reliqua. l. ſi vt
allegas. C. an ſeru. ex ſuo fact. vbi ergo cũ
reum de reddendis rationibus onerat, vi-
detur ei peculium dimittere, & magis hæ-
redem habere rationes, & reliqua, quàm
peculium, ac onerando, videtur ei relin-
quere id quod poteſt, argu. l. Titius. ff. de
leg. 3. l. ſeruus libertates. eo. tit.

Iſte etiam Ioan. Fab. intellectus tutus
non videtur, nec text. in dicta l. ſi vt alle-
31 gas. † eius aſſumptum vſquequaque com
probat, cum optima ratione, ibi, libertate
donatus, adempto peculio, in rebus po-
ſtea quæſitis proprio labore inquietari nõ
poſſit: præſupponitur enim, vltra pecu-
lium, aliud apud ſeruum tunc non reperi-
ri, & quia peculio tantũ remanſit pacatus
dominus: ex quo ſeruum manumiſit, vi-
detur ei remiſiſſe omnem actionem pro re
liquis conſumptis: vt iure eius voluntas,
ex huiuſmodi actibus, donationis ſcilicet
libertatis, nulla conditione adiecta, & adẽ
ptionis peculij, reliqua remittendi colli-
gatur: tempore quo ſeruus (vt eſt dictum)
aliud vltra peculium non retinebat. prout
igitur dominus ſeruitutem deleuit, ita re-
liqua quæ tunc non extabant remiſſa, con
iectura voluntatis, creduntur: ut mutatio-
ne ſtatus facta, inconueniens viſum ſit, ad
proprios ſerui labores Dominum confu-
gere: quod ſanè diuerſum videtur à ratio-
ne, & verbis dicti §. interdum. & generi-
ca Fabri propoſitione.

Et ideo Io. Bolognet. in d. l. 1. nu. 47.
verſic. Et per rationem. C. de pact. aliquan
tiſper immutando Alexand. rationem, di-
cebat, quòd ſicut in dicto §. interdum. ra-
tione connexitatis inter peculium & ſer-
uum, præſumitur antecedens illud eſſe re
lictum: ita in filio cum hæreditate patris,
eſt cõnexitas talis, vt poſſit præſumi fidei-
commiſſum præcedens: & ſicut eſt ibi ca-
ſus ſpecialis contra regulam illam, Quem
non honoro grauare non poſſum: ita in fi-
lijs, vt per grauamen eis factum, videantur
vocati: tanto magis, quia apparet cogi-
taſſe de conſeruatione bonorum in agna-
tione, & eius poſteritate.

Cæterum ratio hæc debilis eſt, cum
talis connexitas ſerui & peculij efficaciter
vera non ſit, eo modo quo per Bolognet.
32 deducitur: cum enim à † ſuperſtitibus
ſerui manumittuntur, tacitè conceſſum
eſt peculium, ſi non adimatur: ſecus ſi
teſtamento libertas relinquatur: nam ni-
ſi ſpecialiter fuerit datum, penes ſucceſ-
ſorem remanet, dicta l. prima. & dicto §.
interdum. ibi, peculium quidem non ni-
ſi legatum deberi. vnde (vt dicebat Po-
lit.) caſus qui contingit, in conſideratio-
ne eſt, non autem qui non contingit, vi-

delicet manumiſſionis in vita: nec in effectu tantæ potentiæ eſt illatio centum de peculio, pro figurata connexitate, nec connexitas filij in patris hæreditate, quan tæ eſt deciſio dictæ.l.ab eo. & Gloſ. in d.l. Lucius. communiter approbatæ.

Poſtremò Sfort.Odd. Peruſin. in tract. compen.ſubſtit.in 5.partic.peculium (inquit) de neceſſitate ibi relictum intelligi, 33 ne diſpoſitio fruſtratoria † eſſet, & hoc videtur ſentire ibi Bart. in ſumma, dum dicit, quòd diminutio ibi, augmentum parit, quando aliàs diſpoſitio non haberet effectum: & quamuis poſtea Barto. ab ea recedat, tamen ipſe Odd. confirmat: dicit enim, quòd non cauſa diſpoſitionis reſpectu legati ipſorum centum, ſed reſpectu libertatis factæ ipſi ſeruo, fit illa inter-34 pretatio: nam libertas relicta illi † qui nihil habet (vt præſupponitur ille ſeruus ibi ſecundum Bart.) ſub conditione, ſi dederit aliquam magnam quantitatem, dicitur pro non data haberi: & quòd teſtator voluit deludere, non liberum facere ſeruũ, vt l.cùm hæres.§.1.ff.de ſtatu liber.ſed ibi ita erat actum, & tamen conſtabat teſtatorem velle ſeruum effici liberum, propter illam aliam conditionem fauorabilem hæredi, ſi rationes reddiderit: ergo ad ſuſtinendam talem libertatem ita fuit neceſſarium interpretari: hic vero ſecus, quia poſ ſunt ab inteſtato videri rogati ipſi nepotes.§.præterea.Inſtit.de fideicommiſ.hæredit. & ſic quòd dicantur inſtituti, non eſt neceſſarium.

Sed Odd.Peruſin.eruditiſſimus ſanè Iuriſconſultus, vnum ex Bart. præſupponere videtur, quòd ſeruus ille nihil haberet, & nihilominus ab eo magna quantitas legata fuerit, quod poſſet fortè negari, ex tex.dicti §.interdum. dum retentionis reſidui peculij meminit: præſupponendiq́; ſunt termini habiles, in illa facti ſpecie, quam Vlpianus refert: nec illa centũ pro tam magna quantitate ſunt, vt deluſus ſeruus remanere videretur. Paulus etiam in d.l.cum hæres. §.1.rectè inquit, dum exẽplum quantitatis ſic conſtituit, veluti ſi hæredi mille dediſſet; quis nunc dixerit decimam partem mille impoſſibilem reddere conditionem, inanem; ac vacuam libertatis dationem, & animum tollendę libertatis?

Poſt tot ſubtiliſſimos ſenſus, & interpretationes inſignium virorum, dixerim 35 ego, † in d.§.interdum, legatum interpretari ex coniectura tatā teſtantis voluntate, vt peculium quod legatum non ſit, ſic velut legatum accipiatur: ipſamq́; mentem nõ ex vna tantum conditione elici, ſed ex duplici, videlicet reddendarum rationum, & hæredibus centum illationis per ſeruũ de peculio, hoc modo: nam cum abſolutè in prima conditione velit, ſeruum rationes reddere, & proinde integra reliqua ſoluere, cum in ſecunda velit, centum tan tum inferre, ex eo apparet reſiduum peculij velle eum retinere: debitum enim peculij limitauit, adeo quòd adiectio primę conditionis, declarat mentem teſtantis in ſecunda conditione, dum limitatè illationem peculij præcipit; & in effectu tota facti ſpecies per Vlpianum ibi propoſita attendenda eſt, ad diſpoſitionem iſtam inducendam ex voluntate: ac duplex conditio præſcripta, quibus ſi paruit, ex limitatione pręſtationis peculij, legatum rectè coniecturamur, atque interpretamur: & ſic oppoſita iuxta ſe poſita, mentem indicant, & diſpoſitionem conſtituunt: pro quo induco tex. in d.§.ijdem reſcripſerunt. Inſtitut.de legat. vbi Seuerus & Antoninus, ſibi peculium videri legatũ reſcripſerunt, quum rationibus redditis, ſeruus liber eſſe iuſſus eſt, & ex peculio reliqua inferre: quanto magis in illa ſpecie Vlpiani id erit, vbi nõ de peculio reliqua, ſed ipſa integra, & poſtmodum de peculio centum iuſſit inferre? & iſte, ni fallor, verus eſt ſenſus dicti §. interdum. in quo interpretando Doctores admodũ variant; vt ex prænotatis, & alijs quę adduci poſſent euidentiſſimè ſit perſpicere.

Quartò, ex textu in l.ſi ita ſtipulatio.ff. de oper.lib.opinio hæc roboratur; vbi verba conditionalia inducũt diſpoſitionem, ne actus in totum reperiatur inutilis, & ne patronus à pœna promiſſa, & ab operis poſitis in conditione excludatur; hincq́ue illud tollitur, verba cõditionalia non diſponere, cum non videatur verum, vbi non diſponendo, excluderetur quis, contra expreſſam diſponentis voluntatem. Et ſi diceretur Paulum lib.7. ad Plautium, loqui in contractibus, & ſpeciale ibi eſſe, contra regulã l.ſi quis ſub conditione dan dorum decem.ff.ſi quis omiſ. cau.teſtam. Reſpondetur, rõnem illam, ne quis excludatur in totũ, ſuper qua ſe fundat ille tex. videri militare ẽt in caſu noſtro. Proinde Io.de Imo.col.12.Alex.poſt nu.94.Iaſ.ante nu.58.Soc.iun. nu.303. in d.l.cẽturio. ac alij Doctor.communiter ibi, & Lancel. Polit.in tract.ſubſtit.de compend.col.14.

dice-

dicebant, quod cum non iure communi, ſed ſpeciali fauore libertatis, patronus à pecunia deducta in diſpoſitionem ibi excludatur, reſultat Prætoris æquitas, quòd ſaltem patronus deductas operas in conditione conſequatur; & ita tex. iſtum intelligunt Bal. in l. acceptam. in 6. q. C. de vſur. & Salyc. & Raph. Fulgo. in l. ſi pacto quo pœnam, C. de pact. vt retorqueri poſſit hęc ſpecialitas ad exonerandam libertatē, iux. l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. non detur. præſupponendo in contrarium ius commune, vt quæ ſunt in conditione, nō ſint in diſpoſitione, d. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. Non repugnat quod Lancel. Galiau. aſſerit, non eſſe minus æquum caſu iſto, vt voluntas teſtantis expreſſa, ſuum ſortiatur effectum; nam ex poſitione in cōditione, ac grauamine, nulla expreſſio, nulla concludens ſignificatio voluntatis, ad inducendam diſpoſitionē dignoſcitur: ſed tantum reſeruandi ius legitimarum ſucceſſionum; nec æquitatis, aut fauoris cauſa, à pari procedunt, dato exceſſu fauoris libertatis, in quo non eſt hæſitandum. Ego vltra communem intel-
36 lectum, † puto conſiderandum eſſe, ex illo tex. contrarium eius, ad quod allegatur e-
lici: Paulus enim aperte inquit, operas illas decem dierum in conditione poſitas promiſſas non eſſe: vt recte dixerim, conditionalia verba non diſponere, nec in eſſe aliquid conſtituere: finguntur tamen promiſſæ operæ, & ſic contra veritatem, pro veritate aſſumuntur, æquitate quadā ſuadente: vbi enim eſt fictio, ibi & æquitas conſideratur, quam prætor præ oculis habere debet, duplici ex cauſa, libertatis non onerandæ, & patroni omnimodo non excludendi. Si igitur fictionem iſtam cōſideremus iuris virtute, æquitate ſuffultam, duplici fauore, nunquàm textum iſtum Bart. ſententiam ſtabilire comperiemus, vt alia quæ poſſent afferri prætermittam.

Quintò inducit Bart. text. in l. alio. iuncta pri. Glo. in fi. ff. de alim. & cib. leg. Sed reſpondet. Io. de Imo. in d. l. centurio. & in cap. Raynutius, quem ſequitur Alex. poſt nu. 94. & Iaſ. ante nu. 58. in eadem l. centu-
37 rio, quod ibi loquitur, † quando grauatus executor eſt teſtamentarius, ideo tale grauamē valet, quia cenſetur relictum ab hęrede, & ſic ab honorato: executor nudus eſt miniſter, ſicut cum grauatur tutor de aliquo dando: videlicet quia relictum à filio cenſetur. l. peto. §. mater. de leg. 2. facit regula. l. ſi ſeruus §. qui margaritam, de legat. 1. & ita eſt aperte de mente Bartol. in dicta l. alio. circa prin. poſt Glo. ibi, & eiuſdem Bartol. in l. Titio, de legat. 2. in l. Firmio. ff. quan. dies leg. ced. & iſte videtur cōmunis intellectus. Sed Lancel. Galiaul. in dicta l. centurio. dicit, communem interpretationem eſſe diuinatiuam ad illum tex. cum non appareat, quòd grauatus ibi, aliquo modo eſſet conſtitutus executor, licet fortaſſis videatur neceſſe hoc pręſupponere, per l. ab eo. C. de fideicom. & huiuſmodi diuinationem præſenſit Lancel. Polit. in dicto titulo, de compend. ſubſtitut. verſic. Quod tamen. dicens, neceſſario ex tex. illo ſi recte ponderetur, Bart. ſolutionem non colligi. Vnde ſecundo modo reſpondet, quòd illud procedit ibi fauore alimētorum, cum reſpiciat piam cauſam, & fuit dictum Bartol. in dicta l. alio, in prima oppoſitio. allegat l. libertis. §. fin. eodē tit. & l. 1. C. de fideicom. Tertio dicebat Socin. iun. teſtatorem ibi illud expreſſiſſe, dū dixit, eandem ſummam penes te eſſe volo. Sed non eſt tuta reſponſio, cum penes Caium Seium pecuniā eſſe velit, vt ſeruet ac reſtituat intra Falcidiam &c. quemadmodum Papinianus ibi ſubnectit.

Sextò adducitur l. ſi pecunia, ff. de leg. 1. vbi ſi grauo debitorem meum de re mihi debita, cenſeor in conſequentiam ſibi liberationem relinquere, ergo in conſequētiam grauaminis ibi, venit honor. Reſpondet Polit. ſed ſubdit, reſponſionem quam affert, ſibi minime quadrare, & in effectu exilis eſt, & ieiuna, vt relatu indigna exiſtat. Proinde dicunt alij plenius, cum non interſit debitoris magis ſoluere hæredi, quàm alteri: ideo grauamē valere. ſi itaq; alteri iuſſu teſtatoris, creditoris ſoluat, debet eſſe liberatus ſaltem ope exceptionis, ne bis ſoluat: hæcque eſt ratio illius text. vt præſenſit Bart. in d. l. centurio. dū allegat. l. ſi ſeruus legatus. §. qui margaritam, ff. de leg. 1. poſt Gl. in d. l. ſi pecunia.
38 Hic text. † iudicio meo non metuit fortaſſe in propoſito allegari, nullum enim grauamen ibi conſideratur, ſolutione eius quod debetur, cum præceperit vt eam pecuniam præſtaret: imò honor ibi exuberare videtur, cum pecuniam quam viuens creditor ipſe præſtare potuiſſet à debitore exigendam, voluerit poſt eius mortem ab eodem debitore præſtari, eius fidei pręſtationem cōmittendo. Fuit itaque in conſideratione fides debitoris, vt ex ea nullū grauamen, ſed honorem meritò conſequatur. Quantum vero ad debiti remiſſionem

per-

pertinet, non vti honor conſideratur, ſed
vti quid neceſſarium, cum iniquum videa
tur, ad aliud teneri, ſolutione facta pecu-
niæ debitæ, & per teſtatorem deſignatæ,
ibi vt eam pecuniam præſtet. Noluit ergò
aliam præſtari, vt iure doli exceptione de-
bitor vti poſſit, ſi ab hærede conueniatur,
quæ res vtile fideicommiſſum facit, volun
tate teſtantis, remiſſione iniuncta, vt ibi,
quaſi videatur hęres rogatus, remittere de
bitori: non ab re, cum iſtud ita ſe habeat,
vbi ab omni debitore fideicommiſſum te-
linqui poſſit, vt Vlpianus decreuit.

Septimò ex verbis Bar. in d. l. centurio.
aliud fundamentum colligitur, quod Pet.
Philipp. Corn. quodammodo ſibi aſcri-
pſit. Nam eſto, quum liberi ſunt poſiti in
conditione, verba illa non operentur ipſo
rum vocationem ex teſtamento: item vbi
non eſſent in conditione poſiti, ſed ſolum
grauati, ipſum grauamen minime teneret.
l. ſed & ſi ſic. §. 1. de legat. 3. & duo tamen
ſimul iuncta, bene operantur, quòd ſint vo
cati, & ex teſtamento honorati, ita vt pater
ſit grauatus etiam ipſe liberis hæreditatē
reſtituere: duo enim magis ſtringunt, ſub
dit Lancell. Galiau. ex talibus geminatis
verbis, enixè teſtantis colligi voluntatem,
39 quæ † operatur actum omni meliori iure
valere. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de
leg. 2. Alexand. in l. cum filio, col. 4. & ibi
Soc. col. 7. ad fi. ff. de leg. 1.

Huic rationi Iaſ. & Soc. iun. reſpondēt,
40 vt procedat, † quando quodlibet illorum
de per ſe aliquid eſſet, licèt non plenę effi-
caciæ, ſecus quando quodlibet de per ſe
totaliter inefficax perſpicitur, vt voluit
Bald. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de e-
den. l. 1. C. qui nu. tut. l. ſpadonem. §. qui
iura multa. ff. de excuſ. tut. Sed iſta duo ex
ſe nihil operantur, vt per Iaſ. meritò ſimul
iuncta non habent virtutem. Sed dici poſ
ſet, hæc diſiunctim cōſiderata, penitus in-
ualida non eſſe, vt Lancell. ipſe Galiau. ad
uertit, ac deducit. Inſuper cum hic agatur
de voluntate teſtatoris declaranda, an li-
beros fideicommiſſo honorare voluerit,
quod etiam tacite induci poteſt, vt decla-
rat Paul. de Caſt. l. pen. C. de impub. nulli
41 dubium eſt, duo imperfecta † coniungi, &
operari, quàmuis de per ſe nihil operaren
tur, vt declarat Bal. in d. l. ſpadonem. §. qui
iura multa. in fi. & in ſimili dicit Gloſ. in l.
ſi ſtipulatus. de vſur. ex poſitione igitur in
conditione, & grauamine, ſatis teſtantis
volūtas declarari videtur. imo ex ſolo gra-
uamine intentio conſpiceretur, cum libe-
ri ſatis ſint à lege tacitè in conditione poſi
ti. d. l. cum auus, cum ſimil. quod an verū
ſit, in præcedentibus explicaui.

Propterea Odd. Peruſin. in d. tract. cō-
pend. ſubſtitut. fol. 171. verſic. Vnde dice-
42 rem. regulam Corn. vbi ſumus † in odio-
ſis, non procedere aſſerebat, vt dicto. §. qui
iura multa. Sed hic ſumus in odioſis, quia
de fideicommiſſo inducēdo agimus, quod
eſt grauamen. Auth. de ſanctiſſ. epiſcop. §.
ſed & hoc præſenti. Rot. Rom. deciſ. 864.
Teſtator, nu. 3. in antiq. Et licet poſſet etiā
conſiderari vt fauorabilis hæc diſpoſitio,
videlicet quatenus tractatur de conſeruā-
da voluntate teſtatoris. l. ſi pars. ff. de inof-
43 fi. teſt. tamen quando diſpoſitio, † ſeu in-
terpretatio eſt ſimul aliquo reſpectu fauo
rabilis, & alio odioſa, tanquam odioſa ha
betur, & in ea vt odioſa proceditur, Bald.
in l. 1. nu. 4. ff. de conſtit. princ. Hæc etiam
regula non procedit, quando illa multa
non tendunt ad eundem finem, vt per Do
ctor. ibi, ſed in propoſito poſitio in condi-
tione, ad auferendam hæreditatem ſubſti-
tuto, & dandam nepotibus, grauamenque
ad totum contrarium, ergo, &c.

Sed Oddoni viro ingenii acumine inſi-
44 gni, aſſentiendum non exiſtimo, † dum fi-
deicommiſſa velut odioſa cenſeri intrepi-
de arbitratur, quia grauamen contineant,
d. §. ſed & hoc præſenti. ibi, oneret eos ſub
ſtitutione, aut reſtitutione: imò conceden
dum illis eſſe, qui fideicommiſſa velut fa-
uorabilia cenſent: nam ſi efficientem, ma-
terialem, formalem, & finalem cauſam fi-
deicommiſſorum, ſi etiam hæredis liberta
tem in ſubeundis fideicommiſſis, Trebel-
lianicæ detractionem, actionum tranſla-
tiones, coactiones rationabiles, periculo-
rum ſuſceptiones, & alia complura, quæ
Senatuſconſulti Trebelliani decretis con
tinentur, diſcurrere cęperimus, non odiū,
ſed fauorem continere reperiemus. Cæte-
rum ſi legem in odijs reſtringendis, fauori
bus vero ampliandis laborare ſcimus, in
fideicommiſſiſque odia exurgerent, cur
lex ipſa pro fideicommiſſis ſuſtinendis tā
acriter pugnat, & quodammodo torque-
tur? l. mulier. §. cum proponeretur. ibi. di-
xi non poſſe dici, in euerſionem fideicom-
miſſi factum. ff. ad Treb. cur in ambiguo
peculium, quod ad pecuniam, & ſucceſſio
nem plerumque referri poteſt, de ſucceſ-
ſione teſtatorem ſenſiſſe, Vlpianus lib. 3.
fideicom. reſpondit, ne intercidat fideicō
miſſum? l. cogi. d. tit. ad Trebel. cur Scæ-
uolæ lib. 18. Digeſtorum, benigna inter-
pre-

pretatione placuit, vt frater q. ab inteſtato pupillo ſuccesſit, ſubſtitutis fideicommiſſo obligetur? Cur Senatuſconſultum factum eſt temporibus Neronis, quòd reſtituta hæteditate, actiones quæ in hæredes, hæredibusq; dari ſolēt, eas neque in eos, neque in eis dari, qui fidei ſuæ commisſū, ſicuti rogati eſſent reſtituiſſent: ſed eis, & in eos, quibus teſtamento fideicommisſū reſtitutum fuiſſet, quo magis in reliquum confirmentur ſupremæ defunctorum voluntates? l. 1. in fi. prin. ad Trebel. & facit §. & quia. ibi, ne depereat vltima voluntas teſtatoris, fidei hæredis commiſſa. Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. relict. Cur fideicommiſſa tam de facili ius ciuile interpretatur, verbis etiam fideicommiſ. l. quamuis. C. de fideicom. l. vnum ex familia. §. ſi omiſſa. de leg. 2. l. fideicommiſſa. §. hęc verba. de leg. 3. cum ſimil. adductis per Celſ. conſ. 20. In pręſenti conſultatione, nu. 26. & Francif. Gratian. de Recipr. ſubſtit. fol. 37. nu. 35. verſic. Sed quòd fideicommiſſum. ſed quid pluribus opus eſt, cũius iſtud fideicommiſſorum in quadam (vt dicebam) libertate conſiſtat: vt non ab re Vlpian. lib. 4. fideicom. ita aſſeruerit: opinio enim, vel metus, vel color eius qui noluit adire hæreditatem inſpicitur, non ſubſtantia hæreditatis, nec immeritò: non enim pręſcribi hæredi inſtituto debet, cur metuat hæreditatem adire, vel cur nolit, cum varię ſint hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam ęris alieni cumulum, tametſi locuples videatur hęreditas: quorundam offenſas, vel inuidiam, quorundam gratificari volentium, quibus hęreditas relicta eſt ſine onere tamen ſuo. l. quia poterat. ff. ad Treb. Denique ſi ex grauamine odium arbitrabimur, cum honorem neceſſarium in compenſationem deducemus. d. l. ab eo. cuius interpretationē perquirimus, non odioſum grauamen erit, vel irrationabile, niſi cuncta velut odioſum explodamus, atque autumemus. Nec admiſerim poſitionē in conditione, & grauamē ad idē non concurrere, quod cũ ipſe vti leue quoddã fortaſſe nõ deducat, omittendam negationis rõnem exiſtimo, velut probatione leuiorem, atque faciliorē.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, & grauatos, non cenſeri diſpoſitiuè vocatos, & ita magis cõmunem opin. ſe habere qui aſſerant. Sed non eſſe recedendum à Bart. ſententia vti veriore, & crebriore, nu. 28.*

2 *L. ab eo. C. de fideicom. variè intelligi, & vltra alios interpretari, nu. 4.*

3 *Negatiuam orationem, plus negare, quàm affirmatiua affirmet.*

5 *Qualitatem, facilè mutari.*

6 *Præſumptionem, vel coniecturam, pro actus validitate, cæteris fortiorem eſſe.*

7 *Nominis proprij, vel appellatiui prælationem non attendi, vt actus valeat.*

8 *Principem præſumi vti poteſtatis plenitudine, vt actus teneat.*

9 *Qui vult conſequens, non cenſetur velle antecedens, cum longe maius eſt antecedēs.*

10 *L. 2. C. de dotis promiſſ. declarari.*

11 *Qui vult conſequens, videtur velle antecedens, etiam longe maius, cum à voluntate & poteſtate diſponentis pendet.*

12 *Inueſtituram, ſiue miſsionem in poſſeſsionem ab eo factam, qui conferendi habet poteſtatem, collationem inferre.*

13 *Præbendam canonicatui vnitam, collata præbenda, canonicatum etiam collatum cenſeri.*

14 *Antecedens maius, ex conſequenti inferri, cum actus nullus redderetur.*

15 *Hæredis inſtitutionem tacitam non induci teſtantis voluntate, ſicut fideicommiſſum.*

16 *Fideicommiſſaria libertas, nunquid ſola cõmendatione inducatur.*

17 *L. Hæreditas ad Statium Primum. ff. de hæred. inſtit. ponderari.*

18 *Senenſium encomium.*

19 *Bernardinus Senenſis, Patronus Ciuitatis Aquilæ, ſanctitate glorioſus.*

20 *Grauari non poſſe, qui fortuitò, non teſtatoris iudicio capit, nu. 23.*

21 *Hæredis nomen, non ſolum eſſe appellatiuũ, ſed reſpectiuum.*

22 *Petrus de Bexutio, ſubtilis Doctor Mediolanenſis.*

24 *Inducta ad diminutionem, quando augmētum operentur, & nu. 25. & 26.*

27 *Manumittendo, quempiam locupletiorem non effici.*

28 *Peruſinorum virtus.*

29 *Inſtitutio, nunquid ex verbis affirmatiuis, conditionaliter prolatis inducatur, vt quia ſit dictum, ſi hæres erit.*

30 *Conditionem, ponere ea, quæ neceſſario ſequuntur, vel neceſſario præcedunt ad implementum.*

31 *Fideicommiſſum, etiam à venientibus ab inteſtato, etiamſi expreſsè non inſtituantur, relinqui poſſe, & valere.*

32 *Liberos in conditione poſitos, voluntatem teſtan-*

*teſtantis habere indubitatam, velle hare-
ditatem ad ipſos peruenire.*

33 *Prudentem, non ſolum principium, ſed medium finemq́; reſpicere.*

34 *Teſtatorem, non cenſeri viam ad eius iudicium impugnandum elegiſſe.*

35 *Patrem, non minori amore nepotes quàm filios proſequi, licet obſeruatione ordinis, filios prius vocet.*

36 *L. cum auus. ff. de condit. & dem. addito etiam ſenſu legum ipſam amplianti um, declarari.*

37 *Nouitatem, magis quàm magnitudinem rerum, ad cauſas exquirendas agitare.*

CAP. II. PARS II.

1 ALTERA ſuperiori contraria
eſt opinio, † quòd poſiti in
conditione, & grauati non
cenſeantur poſiti in diſpo-
ſitione: & hanc ſequuntur,
Alberic. de Roſa. in rubr. ff. de vulg. & pu-
pilla. col. 123. in materia compendioſæ,
verſic. Sed quia teſtatores ſæpe vtuntur a-
lijs verbis conformibus. vbi ſic Riccardum
Malumbri, & Raynerium de Forliuio, con
tra Iacobum de Beluiſio conſuluiſſe teſta-
tur, dum hæc q. de facto occurriſſet in ci-
uitate Cæſenæ. idem tenet Bald. in d. l. ab
eo. C. de fideicom. & in l. ſed & ſi ſic. per il
lum tex. de lega. 3. Ioan. de Imo. in d. l. cen
turio. col. 11. verſic. Item adde dictis Bar-
toli in quantum tangit quęſtionem illam,
& ibi Alex. col. antepen. ante nu. 95. dicẽs
de iure iſtam eſſe veriorem, & pro ea bis
conſuluiſſe, Iaſ. nu. 57. & Claud. de Seyſel.
col. penult. vbi ſigillatim recenſet conſ. A-
lexan. & dicit communem eſſe contra Bar
tol. & quòd ab ea non eſt conſulendo rece
dendum, ſeque ita in magna cauſa conſu-
luiſſe. d. tit. de vulg. & pupilla. ſubſtit. idẽ
Io. de Imo. in repet. c. Raynutius. in mate.
cõmpen. extra de teſtam. in cap. cum tibi.
10. col. eod. tit. idem Claud. Seyſel. in d. l.
cum filiofam. nu. 12. dum refert concordã
tes iſtud tenentes, de legat. 1. Iaſ. in l. 1. nu.
54. verſic. Secundò limita. ff. de offic. eius.
& in l. ſi duobus res. §. hæres. nu. 6. per illũ
tex. verſic. Quartò nota. aſſerens eſſe cõtra
opinionem Bar. in d. l. centurio. quam ma
le firmauit, vt ipſe ibidem aduertit. ff. de le
gat. 1. idem Iaſ. in d. l. 1. nu. 10. vbi Aemil.
Ferret. nu. 7. C. de pact. Bar. ſibi contrarius
conſ. 214. Andreas Martini condidit teſta
mentum. Bald. conſ. 386. Ad euidentiam.
puncti infraſcripti. lib. 5. Petr. de Anchar.
conſ. 137. Principaliter ponderandum eſt.
ad fi. concludens propter verba Barto. po
nentis nouum dictum ſub dubio fortè in
d. l. centurio, non videri tutum recedere
conſulendo à communi opinione gloſ. &
Doctorum, ac etiam conſultorum, quos
ſupra retulerat. Alex. ſibi contrarius, qui
non bis, ſed pluries contra Bartol. conſu-
luit, conſ. 105. Perſpectis verbis. poſt nu. 4.
verſic. Et iſtam opinionem, lib. 1. conſ. 66.
Viſo teſtamento. col. pen. nu. 10. conſ. 185.
Viſo titulo quæſtionis. col. 9. ante nu. 22.
verſic. Reſpondeo etiam. conſ. 219. Viſo te
ſtamento. col. 1. nu. 2. dicens Bartol. opi-
nionem eſſe damnatam, & contrarium te
nere d. Riccardũ, & Raynerium, lib. 2. cõſ.
1. lib. 3. quod repetitur, conſ. 91. Ponde-
ratis his. nu. 6. verſic. Quod autem. inquiẽs
ſæpe pro iſta parte conſuluiſſe, & ſpecificè
anno præterito apud Mantuam, ibi reſpõ
dendo ſigillatim ad ea, quæ in contrarium
allegari poſſunt, & inci. illud conſ. Ser Frã
ciſcus. lib. 1. conſ. 22. lib. 3. quod reperitur.
conſ. 13. Viſis & perlectis. col. pen. nu. 11.
verſic. Fortius dico. lib. 4. conſ. 24. Atten-
tis his. col. 4. verſic. Tertiò reſpondet. eod.
lib. 3. rurſus Alex. conſ. 55. Perſpectis his.
col. 6. nu. 10. d. li. 4. conſ. 202. Viſo thema
te. col. 2. nu. 3. lib. 7. Iaſ. ſibi contrarius cõ-
ſil. 89. Ad conſultationem. col. 1. atteſtans
Alexandrum de Imola aureum Doctorẽ
affirmare, opinionem Barto. communiter
reprobari, li. 1. conſ. 143. Iſta quæſtio. col.
6. in princ. verſic. Non obſtat tertium fun-
damentum. dicens, Bartoli doctrinam in
d. l. centurio. communiter explodi, plures
contradicentes allegãs, li. 2. idem Iaſ. cõſ.
35. Viſo teſtamento. col. 3. verſic. Sed pręmiſſis. li. 3. aſſerens iſtam eſſe veram, & cõ-
munem, & ſemper legendo cum ea pertrã
ſiſſe: ſæpeq́ue conſuluiſſe, atque Alexan-
drum ſeptem vicibus contra Bar. reſpon-
diſſe & tanquam à communi, non eſſe ab
ea iudicando, & conſulendo recedendum
propter fantaſiam Bar. vbi latè diſputat, &
iſtam partem comprobat, atque tuetur.
Curt. ſen. conſ. 42. Quia inquit Bald. ante
nu. 17. cum ſequen. vbi de magis commu-
ni opin. atteſtatur, conſ. 63. Antiquiſſima,
& nobiliſſima familia. col. 7. ante nu. 6. ver
ſic. Secundus caſus, vbi de communiori,
& veriori ſententia fidem facit. Soc. conſ.
62. Viſo capitulo ſubſtitutionis. col. pen.
nu. 10. allegans idem tenere ſolennem Do
ctorem. D. Bened. Capr. de Peruſio in re-
pet. c. ſi pater. quem ego habeo in manu-
ſcriptis codicibus, de teſtam. in 6. & de ma

gis

gis communi opinione atteſtatur, lib. tertio, conſ. 69. Viſo teſtamento. col. 7. poſt nu. 7. verſi. Præterea & ſecundò. vbi de magis communi. & conſil. 104. Quoniam præſens. col. 5. poſt nu. 8. verſic. Secundò reſpondeo. eod. lib. 3. vbi etiam de magis cõmuni: conſ. 116. In cauſa: col. 3. poſt nu. 4. eod. volum. conſ. 80. Primum autem. col. 3. nu. 3. lib. 1. Dec. ſibi contrarius, conſil. 270. Dominus Raynaldus. col. 1. verſi. Nec obſtat. in fi. & col. 2. in prin. dicens, opin. Bart. non eſſe tenendam, quia in contrariũ eſt communis, à qua non eſt diſcedendũ, conſ. 291. Viſis. in fi. nu. 9. vbi de communi teſtatur, conſ. 384. In caſu propoſito. vltima col. verſic. Secundo reſpondetur, dicens contra Barto. eſſe communem opinionem, & conſ. 422. Et pro tenui. col. 2. nu. 2. verſic. His tamen. adhuc de communi meminit, & plures Doctores enumerat, Corn. conſ. 186. De duobus. col. 3. nu. 4. conſ. 207. De plurib. ante nu. 6. li. 2. cõſ. 1. In preſenti ardua. col. 8. in prin. verſ. Vnde videtur inferri. & nu. 21. lib. 5. & Collegiũ Papienſe hanc ſubſcripſit opinionẽ apud Curt. ſenio. conſ. 45. Sæpe reuoluta. nu. 12. quod conſilium compoſuerunt, dictus Curt. & Chriſtopho. Butigel. annuente dicto venerando Collegio. Soci. iun. ſibi contrarius, conſ. 112. In cauſa, col. 4. nu. 24. verſic. Et ſi dicatur. vbi de cõmuni opi. atteſtatur, & refert Iaſ. dicentem contrariam opinionem in Scholis communiter damnari, ac in palatijs, conſ. 118. Propoſita difficultas. col. antep. nu. 22. verſic. Non obſtat ſecunda coniectura. idem repetens, ac ſubdens, quòd quamuis ipſe in d. l. centurio. videatur Bart. opinioni magis inhærere, tamen ſe dubitare, lib. 1. & idem dicit, conſ. 176. Conſideratis his. col. 3. nu. 20. verſic. Sed quicquid circa illud. lib. 2. idẽ Soc. iu. conſ. 30. Maxima profectò. col. 2. nu. 2. lib. 4. Carol. Rui. conſ. 89. Caſus iſte. nu. 30. dicens, iſtam opinionem communiter per Imo. & Moder. reprobari, vt per Alex. & nouiſſimos, & contra Bart. pluries eundem Alex. conſuluiſſe, conſ. 101. Super his, nu. 4. verſic. Quod etiam. dicens eſſe magis communem opinionem Modern. licèt Peruſini ſoliti ſint contrarium conſulere, conſ. 105. Viſo teſtamento Zenonis, nu. 2. verſic. Et ideo, conſ. 113. Quia deciſio, col. 2. nu. 4. verſi. Nec ob. etiam de magis communi opin. conſ. 114. Viſo teſtamento Bernardini, col. 2. nu. 4. verſi. Similiter, & ibi de communi, conſ. 130. Viſo teſtamento Nicolai, col. 3. nu. 7. verſic. Nec prædictis, dicens Doctores in d. l. centurio, communiter contra Bar. ſentire, conſ. 169. Videndum eſt, nu. 2. conſ. 171. Caſus iſte, col. 2. nu. 1. vbi de magis communi opin. atteſtatur, conſ. 198. Ponderatis diligenter, nu. 2. verſi. Præterea communis opin. eſt etiam contra Bar. li. 2. Idem Carol. Ruin. conſ. 115. Caſus iſte, col. 5. nu. 8. verſic. ad iſtud. dicens opinionem Bar. in hoc, communiter eſſe damnatam, & contrariũ tenere Imo. & communiter Moderniores in d. l. centurio, conſ. 128. Viſo teſtamẽto, col. pen. nu. 20. verſic. Præterea reſpondetur. inquiens Bar. communiter reprehendi, conſ. 134. Circa caſum. nu. 6. vbi verſic. Nec obſtat, teſtatur de magis communi. conſ. 136. Perſpectis diligenter. col. pen. nu. 16. dicens iſtam eſſe communem, & pro ea conſuluiſſe Collegium Papienſe, in cauſa Bononienſi, atque ita Romæ fuiſſe iudicatum, referendo Cur. Sen. in loco deſuper citato, cõſ. 137. Verbis vtriuſque teſtamenti, nu. 1. de communi, conſ. 138. Quæritur primo, nu. 3. verſic. Eſt enim. vbi q opin. Bar. damnata eſt in ſcholis, & Palatijs, conſ. 141. Viſo teſtamento, nu. 14. ll. 3. Anton. Rub. Alexand. conſ. 144. Viſo. col. 1. nu. 1. atteſtans magis veram, & communem opinionem eſſe contra Bar. & ſic conſuluiſſe Venerandum Collegium Papienſe. Nicol. Bellon. conſ. 81. Superioribus diebus, nu. 5. verſic. Secundus eſt caſus. affirmans ſe exiſtimare hoc ſecundo caſu, communem eſſe contra Bar. Cur. Iun. conſ. 43. Habita diligẽti conſid. col. 3. nu. 6. Pariſ. conſ. 31. Conſiderato primo capite, nu. 4. verſic. Vnde grauari, de communi atteſtans, & nu. 10. quòd iudicando, & conſulendo ipſam ſequi debemus. conſ. 44. Subſtitutio fideicommiſſaria, nu. 5. & 7. dicens communem concluſionem omnium, eſſe contra Bar. conſ. 86. Ad veram reſolutionem, col. 3. nu. 13. vbi plures allegat, & de magis communi opinio. teſtatur ipſamq́; conſulendo, & iudicando eſſe ſequendam; pluribus hanc opin. extollendo, conſ. 87. Vidi & legi. de communi, & ita iudicatum fuiſſe per iudicem nobilẽ, integerrimum, & peritiſſimum, conſ. 88. Ad reſolutionem, col. pen. nu. 27. cõſ. 89. in præſenti cauſa, nu. 31. verſic. Tamen cõtraria opi. inquiens, eſſe magis communẽ iſtam ſententiam contra Bar. & veriorem, nec ab ea iudicando, & conſulendo recedendum fore, lib. 2. conſ. 7. Alias viſis conſilijs, nu. 36. & conſil. 42. Ad reſolutionẽ, col. 1. nu. 4. & 5. de magis communi, lib. 3.

Hic-

Hieronym. Alba. conſ. 10. Omittendo, fol. 4. verſic. Et iſtud cõfirmatur. vbi de magis cõi opin. atteſtatur, idem Alban. conſ. 1. Maximas Deo gratias agamus, ante nu. 16. verſic. Imo vt prædixi, fol. 74. dicens iſtam opin. maiori parti ſcribentium placuiſſe, contra Bart. Gerar. Mazz. conſ. 2. Philippus teſtator, num. 24. vbi de magis cõi atteſtatur, verſic. Et non dicatur. Nouiſſ. Pariſien. in addit. ad Alexan. dicto conſ. 64. Difficultas dubitationis, nu. 2. Alexandrũ ibi acriter reprehendentes cõtrarium pro Bartol. conſulentem, lib. 5. Aemil. Ferret. conſ. 59. nu. 5. Iul. Clar. de magis communi, tit. de teſtam. quæſt. 78. verſic. Sed quicquid dicant, fol. 89. lib. 3. And. Alciat. de verb. ſigniſ. lib. 3. fol. 122. verſic. Nam etiã ſi aliqua coniectura. Gualdenſ. de ſubſtit. caut. 19. & de communiori opinio. fidem præſtat. Lancell. Polit. in d. tract. ſubſtitu. de compend. col. 13. verſic. Super quo variæ ſunt opin. Anton. Gabriel. de communi, & magis communi, in ſuis concl. tit. de fideicom. lib. 4. conclu. 4. nu. 28. Emanuel Soarez. in verſic. 18. infero, nu. 24. ad Anton. Gomez. tomo primo. Variar. reſol. capit. 5. de ſubſtitu. fideicomm. qui Gomez. nu. 45. de magis communi atteſtatur, licèt (vt dixi) contrarium ipſe teneat, & magis communem concinit Franciſc. Burſ. cõſ. 1. Non abeſt, nu. 10. & 8. & rurſus de eadẽ magis communi, conſ. 52. In caſu, nu. 21. verſic. Negaturque. Matth. Iuriſconſ. in ſuis communib. opinio, in verb. liberi. qui de magis communi, & veriori ſententia teſtimonium facit. Hieronym. Zanch. de magis communi, & veriori ſententia, in l. hæredes mei, §. cum ita, ante nu. 731. ff. ad Trebel. & hanc opinionem tenere Dionyſium de Peruſio, in dicta l. ſed & ſi ſic, de legat. 3. refert Corn. conſ. 22. In hac conſultatione, nu. 5. li. 2. Simon de Præt. cõſ. 42. Defuncto ab inteſtato, nu. 15. vbi de magis communi, & nu. 29. conſ. 167. omnes ſciunt, nu. 37. & 45. verſic. Ad ſecundum contrarium, dicens eſſe communiter approbatam, & ab ea iudicando non eſſe recedendum. Hippol. Riminald. conſ. 21. Illuſtris Comes Franciſcus, nu. 15. & conſ. 20. Illuſtris & Generoſus, nu. 5. conſ. 23. eiuſdem initij, nu. 77. Io. Cæph. conſ. 17. Magnifica Dom. Franciſchina, col. 5. nu. 17. dicens opinionem contra Bart. adhuc veriorem, & crebriorem videri, ac plures allegans, lib. 1. conſ. 268. Bona. nu. 19. vbi de magis cõi, conſ. 269. Illuſtris Comes, nu. 38. & 39. lib. 2. conſ. 419. Clariſſimus, nu. 70. vbi poſt Ruin. atteſtatur iſtam eſſe magis communem opin. Modernorum: & renuit ingredi tam vaſtum pelagus, lib. 3. conſ. 379. Dom. Marianus, nu. 28. conſ. 394. Petir D. Lætitia. nu. 38. eodem lib. 3. Idem Ioann. Cępha. conſ. 476. Inſignis Eques, nu. 12. verſic. Quartò, cum D. teſtator. lib. 4. Ioann. Mar. Riminald. ſibi contrarius, conſ. 26. Occaſione teſtamenti, nu. 9. verſic. Vltra quod, lib. 1. vbi Hippol. Riminal. in addit. dicit opin. Bart. eſſe reprobatam, & iſtam contrariam eſſe communem, idem tenet Hippolyt. ipſe in add. ad conſilium eiuſdem Rimin. Sen. conſ. 189. nu. 6. lib. 1. idem Ioann. Mar. conſ. 29. Viſa facti narratione, nu. 17. verſi. Quinimo, dicens opin. Bartol. in dicta l. centurio, cõmuniter reprobari, conſ. 42. eiuſdem initij, col. penult. nu. 22. conſ. 119. Viſo puncto, nu. 18. & 19. lib. 1. Celſ. Hug. conſ. 55. Magnificus Dom. Vitalis, nu. 6. verſic. Cõfirmo quoniam, conſ. 68. Teſtatrix quędã, col. 6. nu. 11. verſi. Præterea & ſecũdo caſu. Nec omittendũ eſt, magnos quoſdã Doct. antiquos pro hac parte conſuluiſſe, referẽte Bar. in dicta l. ſed & ſi ſic, nu. 2. verſic. Et ita. ff. de legat. 3. Auguſtin. Bero. conſ. 84. cum ex facti ſerie, nu. 73. verſic. Sed præmiſſis, de communi, li. 2. & conſ. 57. In cauſis, nu. 66. lib. 3. dicens, quod & ſi iſtam opinio. Bart. tenuerit, & alij plures qui ipſum ſequuti ſunt: tamen multi, & forte magis cõiter contrarium ſunt ſequuti. Claud. de Seyſel. in dicta l. ex facto. §. ex facto, ante nu. 3. dicens Bart. communiter per Modernos repræhendi, ff. ad Trebel. Step. Bertrand. conſ. 31. Ex tribus, nu. 5. verſic. Et procedit hoc, in ſecunda parte, ſecundo volumine, & conſ. 223. Ponitur in facto, nu. 15. vbi iura, & authoritates Doct. allegat, in prima par. lib. 2. conſ. 387. Viſo. in fi. in eadem prima par. vbi loquitur de onere ferendi nomen, & arma teſtatoris. conſ. 98. Dudum, num. 4. de magis communi, in ſecunda par. dicto lib. 2. conſ. 138. Viſo teſtamento, nu. 4. de magis communi, & rurſus, nu. 7. in prima par. lib. 1. conſ. 173. Etiam. poſt nu. 2. in prima par. conſ. 166. Pro faciliori, in prin. in 2. par. d. lib. 1. conſ. 123. Ponitur in facto, ante nu. 6. in 1. part. conſ. 324. Dudum fuit in humanis, nu. 2. vbi de magis communi pariter, in prima par. lib. 3. conſ. 182. Viſo publico inſtrumento, nu. 3. de magis communi, in ſecũda par. conſ. 236. Conſultationis thema, nu. 1. in ſecunda par. conſ. 251. Si verba, nu. 3. in eadem ſecunda par. eodem lib. 3.

vtro-

vtrobique communem eſſe dicens, adhuc Bertrand. conſ. 124. Dudum. poſt nu. 2. li. 6. conſ. 136. Eo caſu, nu. 5. eodem vol. idẽ Bertrand. conſ. 112. Viſo proceſſu, nu. 5. verſic. Cui dicto non obſtat. vbi de magis communi atteſtatur, li. 4. & conſ. 153. Voluiſſem. poſt nu. 1. verſic. & quàmuis antiqui. vbi de communiori opinio. eodem vol. conſ. 25. Ex cauſa, col. 3. nu. 3. verſic. Sed contraria opinio. dicens Iſtam ſententiam eſſe veriorem, & magis communem, lib. 7. vbi col. 4. in princip. inquit, quòd cũ hæc opinio teſtimonio ſcribentium, & cõſulentium ſit communis, vel magis communis, non videtur ab ea eſſe recedendũ iudicando, vel conſulendo, & conſil. 33. Poſt ea. nu. 14. vbi de magis communi. & de eadem conſ. 94. Tota, col. fin. verſic. Fateor quòd contraria, dicto lib. 7. Licet in hoc vltimo conſilio cum Bart. videatur ipſe tranſire. Fernan. Vaſq. in tract. de ſucceſſion. creat. lib. 1. §. 4. tit. de libe. & parent. Inſtit. nu. 4. dicens eſſe communem, poſt Iaſ. & Claud. Seyſel. quos ipſe citat, uerſic. Ampliatur negatiua. & ut dicebam Anton. Gomeſ. in comment. & uar. reſolu. iu. ciuil. tomo primo, de ult. uolun. tit. de ſubſtit. fideicomm. cap. 5. col. antep. dicit Modern. in dicta l. centurio. atteſtari iſtam eſſe magis communem, licèt ab opin. Bart. nolit ipſe recedere. Roland. de Vall. conſ. 51. uiſo, nu. 11. lib. 3. dicens communem Scholam Legiſtarum, ab hac coniectura receſſiſſe, conſ. 56. Quoniam ex facto, nu. 15. 16. & 17. eodem lib. 3. conſ. 34. Vidi dubia, nu. 56. ubi de crebriori opinio. lib. 4. iſtamque opinionem magis communẽ cenſuit Pariſ. in l. centurio, nu. 151. uerſic. Tenendo autem, ff. de uul. & pupill. & nu. 148. ubi eandem communem dicit. ac etiã And. Alc. conſ. 138. Reſtringendo punctum, nu. 2. vbi Collegij Papienſis conſi. innititur, tomo 3. lib. 9. quam vltra præcitatos ſcribentes, nouiſſime tenent, Matth. Brun. conſ. 22. Nicolaus, poſt nu. 26. ante fin. & conſ. 164. Viſo, nu. 2. & 16. vtrobique de magis communi opinio. atteſtans. Franc. Veggius conſ. 74. In cauſa, nu. 230. communem eſſe dicens, nu. 234. & 238. Io. Botta de magis communi opi. conſ. 51. Vidi teſtamentum, nu. 39. cum ſeq. Hierony. Gabriel. conſ. 93. Bartholomæus, nu. 37. lib. 2. conſ. 95. Petrus Catanei, nu. 12. vbi de communi. eod. vol. Ange. de Gambigl. Aretinus conſ. 109. In caſu prædicto, nu. 5. & 12. Decian. conſ. 26. Verba teſtamenti, nu. 42. de eadem communi atteſtans. lib. 2. D. Petrus Caballus Pontremulenſis Doctor eruditiſſimus ac celeberrimus, in eius relatione Piſtorienſi ſuper cauſa Cõſtantiæ Franciſci de Butis, incip. In cauſa mihi commiſſa, verſic. Et quicquid dicat Bartolus. Paulus de Monte Pico, conſ. 99. Audita, nu. 76. Sylueſter Aldobrand. conſ. 113. Caſus talis eſt, nu. 32. verſic. Secundò reſpondetur, magis communem eſſe aſſerens. Riminald. iun. conſ. 358. Quod ſuperioribus diebus, nu. 159. & infra, de magis communi, lib. 4. Io. Franciſc. Purpur. ſibi contrarius, conſ. 30. Conſului alias. nu. 21. lib. 1. dicens Bartoli opinionem communiter reprobatam eſſe. Quibus addendus eſt Perilluſtris Dominus IOANNES FRANCICVS de PONTE Iuriſconſultus præclariſſimus & nunc Regens Regiam Cancellariam apud PHILIPPVM AVSTRIACVM REGEM Catholicũ & Inuictiſſimum Hiſpaniarum, aliorumque Regnorum ſemper Glorioſiſſimum, in conſ. 61. Cauſa hæc, nu. 22.

2 Fundatur † ex l. ab eo. C. de fideicom. Ab eo, (inquit Gordianus A. Pauline) qui neque legatum, neque fideicommiſſum, neque hæreditatem, vel mortis cauſa donationem accepit, nihil per fideicommiſſum relinqui poteſt. Nec cum Franc. Arret. eſt dicendum, quòd aliquando quis in genere de præſtando certam quãtitatem, vel rem, extra patrimonium teſtatoris; reſtituere grauatur, tuncq; ex grauamine, relictum non conſequatur: & ita procedat dicta l. ab eo. Aliquando verò rem, quæ eſt de patrimonio teſtatoris, vel hæreditatis quotam, & tunc quia impoſsibile redditur, niſi ab eo cui relicta eſt præſtari, in neceſſariam conſequentiam, prius eidem relicta cenſeri debeat. Hæc enim diſtinctio communiter reprehenditur, vt Odd. inquit, tanquàm nimis reſtrictiua, dictę l. ab eo. & ante eum Soci. iun. in d. l. centurio. poſt nu. 301. & ſicuti ſuum præceptorem referendo, aduertit Lancel. Galiau. contrariatur text. in l. cum quaſi. §. ſi plures. ff. de fideicomm. libert. vbi cohæres dare totam rem hæreditariam grauatus, non inde ſibi videtur tota illa res prælegata, ſed debet à cohæredibus illam redimere. Rectè tamen tex. conſiderando, ex eodem Galiau. diſtinctioni Aret. repugnare mihi mè videtur: ibi enim non erat antecedens neceſſarium, cum grauatus eſſet hæres inſtitutus, vt ſatis honoratus diceretur. Sũt inſuper aduerſus Aret. verba dictæ l. ab eo. deguſtanda, quæ generaliter, ab eo cui ni-

hil eſt relictum, nihil poſſe relinqui diſpo-
nunt: quæ dictio, nihil, vniuerſalis negati-
ua, tam quantitatem, quàm rem extra pa-
trimonium, vel in patrimonio reijcit: qui
enim totum dicit, nihil excludit. l.à pro-
curatore. iuncta gloſ. C. mand. l. Iulianus.
in princip. de legat. 3. capit. ſolitæ. de ma-
3 ior. & obedien. & plus negatiua † oratio
negat, quàm affirmet affirmatiua, gloſ. in
l. hoc genus. ff. de conditio. & demonſtra-
tio. in cap. cum dilectus, de conſuetud.
Proinde reprobata opinione Aret. dice-
bat Lancello. Galliau. quòd illa regula l.
ab eo. procedat, quando ſi grauatus in ne
ceſſarium antecedens cenſeretur honora-
tus, non conſequeretur aliquid vtilitatis:
ſed quando aliquid commodi, vel vtilita-
tis conſequitur, tunc bene in neceſſarium
antecedens admittitur, vt honoratus dica
tur, vti verba importare videntur: & facit.
l. denique. §. interdum. de pecul. lega. &
ita procedat caſus noſter: nam apud iſtos
filios erit commodum: donec enim viuēt,
bonis fruentur, & poſtea etiam detrahent
ex propria perſona Trebellianicā, ex per-
ſona verò patris inſtituti legitimam: & ſe-
cundum ipſum videtur rationabilis ſolu-
tio; Ipſam tamen reprobat Socin. iun. an-
te numerum 302. verſic. Iſta ratio, dicens
verbalem videri, quia ſi honor cenſetur
datus in neceſſarium antecedens, hoc de-
bet ſemper habere locum, ſiue ex illo ho-
nore quid remaneat, ſiue non: & contra
iſtam rationem vrgere dictam l. hæreditas
ad Statium. nam cum illo tempore à lega
tario legari non poſſet, ſed tantum ab hæ-
rede, in neceſſarium antecedens legati fa-
cti à Statio erat, quòd eſſet hæres: & eo po
ſito, plurimum vtilitatis remaneret apud
eum, tamen hæres inſtitutus non dicitur.
Idemq́ue ſenſit conſ. 90. Viſo teſtamento.
col. antepen. nu. 23. verſic. Et licet, lib. 1. &
cum Soc. iun. tranſit D. Odd. in ſuo tracta.
compend. ſubſtit. partic. 5. ex dicta l. hære-
ditas ad Statiū. ſubdens eſſe diuinare, pro-
ut Galiau. interpretatur, intelligere. Lan-
cellotus Polit. approbans Franciſ. Aretini
diſtinctionem, maxima dexteritate, & in-
duſtria ſcopulum effugit, Iaſonem mor-
dens Franciſci Are. diſtinctionem non in-
telligentē, nihil tamen noui afferens. Ean-
dem etiam diſtinctionem Hieronym. Zan
ch. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 644. ff.
ad Trebellian. plurimum extollit. & licet
impugnetur à Carolo Ruino, Socino iu-
niore, & Aymo. Crauetta in l. cum filiofa
milias. dicit ſibi ſemper multum placuiſſe
& ipſam fuiſſe Pauli Caſtrenſ. conſ. 264.
Circa primum. col. 3. lib. 2. & in l. ſi fundū
ſub conditione, §. ſi libertus. ff. de legat. 1.
quam etiam idem Ruin. ſibi contrarius cō
probat, conſ. 98. Viſo themate. col. penul.
nu. 32. & expreſſius conſ. 111. Viſo ac per-
lecto, col. 3. nu. 9. lib. 2. noui tamen nihil
tradit, eandemq́ue diſtinctionem nouiſſi-
mè Franciſc. Mant. in tracta. de coniectu.
vlt. volunt. lib. 8. tit. 1. nu. 33. & lib. 11. tit. 3.
col. 3. verſi. Verum plene, admittere viſus
eſt. Cumq́ue tex. iſte multū vrgeat in pro-
poſito, non poteſt abſque aliqua congruē
ti reſponſione relinqui, Socinus iun. ergo
defendendo Bart. opinionem, dicebat, re-
gulam dictæ l. ab eo. procedere, quando
vltra grauamen non concurrit alia conie-
ctura ex voluntate teſtantis: ſed in caſu no
ſtro iam adeſt præſumptio voluntatis, ex
eo, quòd iſti filij ſint poſiti in conditione,
meritò ceſſare debet regula, quæ ſatis con
trariatur Bart. Idem credo dicere Vldari-
cum Zaſium, virum grauiſſimum, & elo-
quentiſſimum, in tracta. ſubſtitu. titu. de
compend. in fi. verſic. Nam non obſtat. dū
inquit, hic ex præſumptione legis teſtato
rem liberos honoraſſe. hæc autem ſolutio
non videtur tuta, cum præſumptio quam
affert Socin. ſit inefficax, & magis contra-
ria, ſi admittimus ex ea ius legitimarum
hæreditatum tantum filijs reſeruari, vt ad-
mittendum eſt, nam aliter diſceptatione
careremus: inducit itaque alium finem vo
luntatis, vt non poſſit poſtmodum coniun
gi, & ſic operari vocationem, nec ex ea ho
nor ex perſona aui inducitur, ſed legis: &
ſi Zaſius iſto modo honorem conſidera-
uit, ipſum vti mancum, atque indignum
reijciemus. dicebat etiam Odd. Peruſi. ad
reſponſionem Socini, quòd ex ea reincidi
mus in eandem diſputationem, vt non ſit
admittenda. Proinde Sfort. ipſe, omiſſis a-
lijs, reſpondebat quòd procedet illa lex re
gulariter, vbicunque ille qui in conditio-
ne poſitus & grauatus eſt, etiam ſi in con-
ditione poſitus non fuiſſet, lex illum non
honoraſſet, non autem vbi lex illum nihi-
lominus vocaſſet; Et ratio differentiæ eſt;
quia quando alias lex illum vocaſſet, etiā
contra diſpoſitionem teſtatoris, ex l. cum
auus. ti. de conditio. & demonſtratio. præ-
ſumitur, quòd teſtator illum qui à lege vo
catus eſt, ad infringendam diſpoſitionem
ſuam, ſi naſcatur, & vocatus ab eo non re-
periatur, vocauerit, & hæredem fecerit
excluſo fideicommiſſario, quem lex à ſe
ipſa nihilominus excluſiſſet; Et ſic iſte
ſolus,

ſolus, ſed frequentiſſimus caſus (inquit)
filiorum naſciturorum, limitabit regu-
lam dictæ l. ab eo. quæ aliàs regulariter
procedere poterit. Subtilis quidem tan-
ti viri eſt reſponſio, ſed non videtur dif-
ficultatem omninò tollere: tacita enim
vocatio legis, liberos non ponit in di-
ſpoſitione ex communi ſententia, de
qua in ſuperioribus diximus, quæ nego-
cium non facit in propoſito, cum homi-
nis prouiſio faciat legis ceſſare prouiſio-
nem. Expreſſa autem poſitio in conditio-
ne ſecundum glo. dictæ l. Lucius, minimè
in teſtamentaria diſpoſitione conſtituat,
imò ex dicta Oddi reſponſione, grauamen
non videtnr eſſe conſiderabile: vis enim fit
in tacita tantum legis conditione, & à te-
ſtatore expreſſa, vt aliquid addat, quæ non
videtur aliquid addere, vt vidimus in re-
ſponſione ad ſecundum argumentum opi
nionis affirmatiuæ contra glo. d. l. Lucius.
licet aliquid operetur. Aliud quoque in
dicta reſponſione præſupponitur, liberos
ſcilicet in tacita conditione, ad diſpoſitio-
nem teſtatoris infringendam, ex l. cũ auus.
intelligi, vt videatur argumentum deſumi
poſſe, quòd proinde vocauerit, & hæredẽ
fecerit ſuo facto, excluſo fideicommiſſa-
rio, quem lex ex ſe nihilominus excluſiſ-
ſet; Verùm tacitè liberi ex dicta l. cũ auus,
in conditione ponuntur, non contra, ſed
ſecundum defuncti voluntatẽ, non ad in-
fringendam diſpoſitionem, ſed ad mentẽ,
& diſpoſitionem conſeruandam, tanquã
plus dictum, & minus ſcriptum, pietatis
coniectura. hæcque ratio ſi vera eſſet, cir-
cumſcripto grauamine, omniq; alia men
tis coniectura, ob expreſſam tantum poſi-
tionem in conditione, liberi ex teſtamen-
to vocati cenſerentur, ipſam ad aliam ex
lege tacitam referendo, ſi expreſſa defice-
ret, quod non eſt præſupponendum.

4 Denique poſſet fortaſſe dici, † non ob-
ſtare dictam l. ab eo. nam præmiſſo, filios
in conditione poſitos, ſaltem ab inteſtato
vocatos cenſeri, ſecundum Gloſ. & Doct.
in d. l. Lucius. Alex. in l. Gallus. in princ.
nu. 6. vt habeant vehementem coniecturã,
bona ad ipſos velle deueniri, ſecundum
Oldrad. ac Salyc. & inferius dicam, vide-
mur eſſe extra ſimplicem caſum dictæ le-
gis. idcirco cum fuerint vltra poſitionem
expreſſam in conditione, quæ tacitam (vt
dixi) vocationem operatur, etiam in teſta
mento grauati, quod grauamen priuatio
quædam eſt, ne melioris conditionis ſit
priuatio quàm habitus, rationeq; vnifor-
mitatis, ſequltur quòd ſicut teſtator, ip-
ſos ex teſtamento priuare voluit grauan-
do, ita ex eodem teſtõ, eoſdem vocare vo-
luerit, nõ ab inteſtato, quod eueniebat ob
ſimplicẽ (vt repetitione vtar) in conditio-
ne poſitionem, & tunc ſola qualitas muta
5 tur, quæ † mutatio faciliter admittitur. l.
in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxal. l. 3.
quod vi, aut clam. Bart. in l. de pupillo. §.
ſeruo. ff. de oper. noui nuncia. cum ſimil. &
ſic cõſiderando priuationem habitum præ
ſupponere, vulg. l. decem. de verb. obliga.
ac aliter grauamen inutile, & infirmũ red
di, eſt dicendum, præſumptionem, ſiue cõ
6 iecturam pro actus validitate, † cæteris for
tiorem eſſe. l. quotiens. ff. de reb. dub. Pau.
de Caſt. & Alex. in l. ex imperfecto. C. de
teſtam. Dec. in capi. quoniam Abbas. nu.
16. de offic. deleg. in l. ſi donatione, nu. 12.
C. de collat. Soc. in d. l. centurio. nu. 5. An
dre. Alcia. in tract. de præſumptio. regu. 3.
7 præſumptio. 34. Vnde licèt † ponderetur,
an nomen proprium præcedat, vel appel-
latiuum: hæc differentia non attenditur,
vt actus valeat. Ang. in l. ſi vnus. §. fi. ff. de
pact. referens Gulielm. de Cun. ita dicen-
tem. Bal. in l. 1. in 2. quæſtio. in fi. C. de lib.
præter. Ioan. de Imo. in l. quod dicitur, co
8 lum. 9. de verb. oblig. Princeps etiam, † li-
cet poteſtatis plenitudine vti non præſu-
matur. Innocen. in cap. innotuit. de elect.
ſi tamen aliter actus non valeret, plenitũ-
dine vti præſumitur. Pau. de Caſtr. in d. l.
ex imperfecto. & alibi conſulendo. Alex.
in l. quanquam, nu. 5. verſic. Iuxta prædi-
cta etiam. C. de teſtam. milita. vbi conſiliũ
Caſtrenſis allegat.

Secundò inducitur breue Iaboleni re-
ſponſum libro ſecundo Epiſtolarum, in
l. hæreditas ad Statium Primum. ff. de hæ-
redib. inſtituen. quod Bald. & Raph. pon-
derauerunt aduerſus Barto. Imo. & alios,
videturq; fortis tex. ut Iaſ. in d. l. centurio.
ante nu. 59. verſic. ſi tamen velles. aduer-
tit, cui ipſe hoc modo nititur primo re-
ſpondere.

Quòd propter particulare legatum, ve-
rum eſt, teſtatorem non intelligi hæredita
tem relinquere, & iſte propriè eſt caſus di
cti reſponſi: nos vero loquimur, cum quis
onere vniuerſalis fideicommiſſi grauatur:
ratio autem diuerſitatis in promptu eſt,
9 quia qui vult conſequens † intelligitur vel-
le antecedens, Barto. in l. veteres. de itin.
actuq; priu. Oldr. conſ. 126. Natura. niſi
antecedens illud ſit longè maius, ut dixit
Lud. Rom. in d. l. illud. per tex. in l. pen. §.

illo. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtituen. in l. fin. C. de hæred. inſtituen. Matth. de Affl. deciſ. 393. Rex. col. 3. nu. 11. Iaco. Menoc. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 2. caſ. 112. nu.
19. Sed ibi longè maius, ac melius antecedens conſequenti videtur, nempe hæreditas particulari legato, nimirum ſi ex vno, aliud maius non infertur. Huic tamen ſolutioni duo aduerſari videntur, quorum primum Iaſ. præſenſit, ſed reliquit cogitandum, ſcilicet dictæ l. denique. §. interdum. ff. de pecul. legat. & l. 2. C. de dotis promiſſio. vbi ex ſolutione vſurarum quæ ſunt quid minus, ad ſortem quæ eſt quid maius infertur: ex quibus Lancellot. Galiau. in d. l. centurio. ab iſta ſolutione diuertit. Pro Iaſ. vero dicebat Socin. iunior, ibi ante nu. 302. verſic. Sed fortè. replicando, quòd §. interdum. non procedit ſolùm in neceſſarium antecedens, ſed ex alijs quæ inſpeximus, & quantum attinet ad d. l. 2. poſſet dici, ſpeciale ibi eſſe in dote. Vel quòd ibi non dicitur, ex promiſſione vſurarum, promiſſionem ſortis induci, ſed præſumi eius obligationem præceſſiſſe.
10 Vel aliter, † ibi non dici vſurarum promiſſionem, ſortis promiſſionem inducere, ſed promiſſionis factæ claritatem, & certitudinem; Non enim competit actio quaſi promiſſa dos ſit, nec tibi præſtita, cum ſpecies vlla, neque quantitas promiſſa eſt ob incertitudinem. l. prima. C. eodem. Quòd ſi dos ſit promiſſa incerta, re, & genere, certæ tamen vſuræ promiſſæ ſint, debetur dos, nec incertitudine vitiatur: cum ex vſuris declaretur, vitiumq́ue incertitudinis tollatur; & hic eſt verus dictæ l. ſecundæ. ſenſus. Omiſſa igitur reſponſione ad dict. §. interdum. cum in ſuperioribus nõnulla circa eius intelligẽtiam dixerimus,
11 ſuccedit nunc † Bal. dictum in l. id quod pauperibus. in 14. quęſtio. C. de epiſcop. & cleric. negari non poſſe, antecedens maius inferri, cum à poteſtate, ac voluntate diſponentis pendet: & propterea ex legato inſtitutionem, Ludou. Roman. conſil. 71. Viſis dubijs. col. 2. Alexan. conſ. 45. col. prima. li. 4. Inſtitutio autem caput eſt teſtamenti. §. ante hæredis. Inſtitut. de le-
12 gat. Vnde per inueſtituram, † ac miſſionem in poſſeſſionem ab eo factam, qui cõferendi retinet poteſtatem, videtur per eandem regulam facta collatio, Compoſtell. & Ioan. Andr. in cap. tranſmiſſa. de elect. latè Roman. conſ. 337. Quoad primum. Hinc alibi dicunt Doctores, quòd
13 ſi præbenda † iuncta canonicatui ſit, collata præbenda, etiam ſit collatus canonicatus. idem Compoſtel. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & cæteri in cap. cum M. de conſtitut. Feder. de Sen. conſ. 29. Quia in præſenti. col. 6. Archid. & Domin. in cap. ſi clericus. de præbend. in 6. Sed retenta doctrina Ludou. Roma. in d. l. illud. quòd antecedens maius ex conſequenti non inferatur, poſſet aliter reſponderi, vt non
14 procedat, † cum actus nullus redderetur, eſt tex. in l. Diuus. ff. de vſu & hab. quem ad hoc pro ſingulari allegat Franciſ. Aret. in l. quod in rerum. de legat. 1. quemadmodum ita eſſet in propoſito, vt in præcedentibus diximus. Quamuis ex Mario Salamon. in l. Gallus. in princ. poſt nu. 25. ff. de lib. & poſthu. Ludou. Roman. declarationem iſtam indiſtinctè reſpuere poſſemus, per tex. in d. l. denique. §. interdum. & quia qui vult hominem, vult neceſſario animal quod maius eſt: item qui vult eſſe ctum ſine cauſa, nihil agit, quæ maior, & potentior eſt ſuo effectu.

Secundò reſpondebat Galiau. quòd in d. l. hæreditas ad Statium, ſumus in hære-
15 dis inſtitutione, † quę induci non poteſt tacita teſtantis voluntate: requiritur enim quòd expreſsè & nominatim inſtituatur hæres, l. quoties. §. ſi quis nomen. & §. ſeq. ff. de hæred. inſtit. l. iubemus. C. de teſtam. l. prima, ff. ſi tab. teſtam. nul. extab. Nos vero loquimur in fideicommiſſo, quod poteſt tacita induci voluntate. Bal. poſt Dyn. in l. vnica, §. pro ſecundo. col. 3. poſt nu. 8. verſic. Dynus dicit. C. de caduc. tollend. vbi inter ſubſtitutionem, & inſtitutionem directam ex vna, & fideicommiſſum ex altera, diſcrimen in propoſito conſtituit, allegat d. l. iubemus. l. vel ſingulis. ff. de vulgar. & ſubſtit. & l. nutu. ff. de legat. tertio. & cum hac reſponſione videtur pertranſire Socinus iunior, ibi verſic. Reſpondent tamen Moderniſſimi. Quę autem huc pertinent, ad elidendam differentiam prædictam, alibi dixi, vt ab re ſit repetere, cum fideicommiſſa mentem etiam in diſpoſitionem deductam expoſcere, paſſim circumferatur: & conditionalia verba non diſponere, d. l. ſi quis ſub conditione.

Tertiò itaque addebat Socin. quòd ibi non concurrebat alia coniectura, ex qua voluntas argui poſſet, quemadmodum iuxta regulam dictæ l. ab eo. pariter dixerat, & cum hac reſponſione pertranſeunt alibi Corn. & Dominus meus Thob. Nonius Peruſi. in l. 1. in 3. limit. in quarto caſu, verſic. Et ita loquitur. C. de pact. ſed

tuta

tuta non videtur, ex ijſdem quę ad dictam
l.ab eo. dicta ſunt.
Quartò Lancel. Polit. in tracta. ſubſti-
tut. tit. de compend. hanc intelligentiam
aſſerebat: ſubtilius enim illum textum pō
derando, potius pro opin. Barto. innuere
credidit, pro qua ponderatione ſciendū
16 eſt, quòd ex ſola † commendatione, non
inducitur fideicommiſſaria libertas. l. ex
verbo. C. de fideicommiſ. liber. quo præ-
ſuppoſito, dicitur in illo tex. quòd ſi quis
ita alicui dixerit, cui nihil relictum ſit,
commendo tibi ſeruum meum Sthicum:
non ſequitur propterea, quòd illi libertas
relicta dicatur, quę res non poteſt ibi eſſe;
illa ratione, quia ſcilicet rogatus fuerat il
le, qui non fuit honoratus: nam etiam ſi
honoratus fuiſſet, per illud verbum, com-
mendo, non intelligeretur ei relicta liber-
tas. Ratio ergo ibi eſt, cur illa libertas non
valeat, quia teſtator vſus eſt verbo, com-
mendo: ergo à contrario ſenſu, ſi non fuiſ
ſet vſus tali verbo, ſed alio importante da
tionem libertatis, valuiſſet illud fideicom
miſſum, quod eſſe non poſſet, niſi ille gra
uatus in libertate danda videretur honora
tus in ipſo ſeruo; quæ ponderatio ſubti-
lis eſt, & congrua pro intellectu d. l. hære-
17 ditas. Cæterum † etſi negari nequeat Po-
liti ponderationem per acutam eſſe, ac val
dè pulchram, omnino concludentem at-
que tutam ipſam non exiſtimo; Hæredita
tem enim Iabolenus inquit, ad Statium
nullo iure pertinere, cum inſtitutus hæres
non ſit, nec quicquam prodeſſe, non ſo-
lùm quòd libertus ei defuncti teſtamento
cōmendatus ſit, ſeruusvè, ſed etiam quòd
ab eo aliquid legatum ſit: eſto igitur fidei-
commiſſariam libertatem, ex verbo, com-
mendare, non videri relictam, d. l. ex ver-
bo. & eſt tex. in l. fideicommiſſa. §. 1. ff. de
legatis, tertio. tamen quàmuis à Statio le-
gatum ſit factum, adhuc hæredem non
eſſe concludit: non fundat itaque textus
deciſionem in commendatione, quæ vt
Polit. dicit, inefficax eſt, ſed in valido le-
gato, vt verba ſunt clara. Et poſſet fortaſ-
ſe dici, quòd cum Iuriſconſultus ex actu
validò legati, vellt non inferri ad hæredis
inſtitutionem, ita commendationem non
vti ſimplicem, ſeu generalem non obligan
tem, vt Alciat. in l. commendare. ff. de
verbor. ſignif. admonet, ſed vti aptam ad
obligandum intellexerit, commendatio-
nem ipſam ex legato valido interpretan-
do: vel dixerim, commendationem ibi ex-
primi, ad augendam mentem Iuriſconſul-
ti, vt non ſolùm hæres non ſit ab eo legan-
do, ſed etiam commendando; vt ſiue le-
getur, ſiue commendetur aliquid, inſtitu
tio recedat: ſitq; modus quidam loquen-
di Iuriſconſultorum, adeo quòd ex ineffi-
cacia ampliationis verborum, non dero-
getur efficaciæ, & validitati principalis, ex
quo illa deciſio pendet, mentique legiſla-
toris, vtrunque ad exaggerandum comple
ctentis. Quicquid tamen ſit, egregiè Poli-
tus commendandus eſt, vt eius pondera-
tionis metaphoram retineā, qui omnem
penè ſubſtitutionū materiā mirificè per-
tractauit. Sed quid mirificè, aut eleganter,
18 Senensium ingenia † non elaborant? tan
ta enim ſunt fęlicitate, vt perdifficiles ſu-
ſceptas prouincias, cœlorum fauore, ani-
morumq; nobilitate, magnanimiter aſſe-
quantur: exemplo ſit Bartholomæus So-
cinus, cuius admirabile ingenium, admi-
rabilia eius circa res perdifficiles monu-
menta, toto orbi terrarum ſtuporem incu
tiunt: vterque Marianus, qui velut duo
fulmina iuris ciuilis cenſentur. Quid me-
morem Federicum Petrutium, non tantū
Senarum, ſed Italiæ antiquū ſplendorem?
19 Quid D. † illum Bernardinum, eminen-
tiſſimū ciuitatis Aqvilae Patronū, ſancti-
tatis ac religionis ſpecimen, Theologicæ
veritatis, & doctrinę tubā canoram, noſtrū
decus, & gloriam? Quid nobiliſſimā illam
Intronatorum Achademiam? & vt penè
innumeros taceam, quid Alexandrum Pic
colomineum, omnium ſcientiarum gene-
re ex aſſe eruditum, naturæ, atque artis or
namentum? plura dicerem, niſi verba de-
ficerent; illa tamen magnis Homeris, ac
Virgilijs commemoranda relinquo.
Quintò & vltimò, ſecundum Marium
Salamon. in d. l. Gallus. in prin. verſic. non
obſtat. nu. 25. ita poteſt reſponderi, quòd
Statius, nomen ſeruile eſt, vt Herotes, Pā-
philus, Stichus, & alia multa, quæ in Iure
non niſi in perſonis ſeruorum, liberto-
rumq; leguntur: ex contrario autem Ca-
ius, Seius, Mœuius, Sempronius, Titius,
nomina ſunt liberorum: authores ſunt, la-
tinarum vocum obſeruatores, quamuis
Statius Cęcilius Comicus, & Statius, Pa-
pinius Heroicus, poetę celebres fuerint,
nihilominus alter ſeruilis, alter libertinę
conditionis memoratur: Statius à ſtatio-
ne, vn̄ ſtationarij. Hinc apertus ex Salamo
nio, & ſine lite, ſenſus, ꝙ Statius ſeruus po
tuit iuberi, vt de peculio, vel aliquid hęre-
ditariū, extraneo daret, abſque eo, ꝙ hęres
exiſtat: exemplū, lego Titio centum, quę à

Statio dari volo, legando à debitore, hæ-
res grauatus, intelligitur. l. ſi ſeruus lega-
tus. §. qui margaritam. & l. ſi pecunia, de
lega. 1. cur non idem legando à ſeruo Sta-
tio, & alium ſeruum eidem commendan-
do, hæres, & liber relictus non intelliga-
tur? Item commendando ſeruum ſub li-
bertini nomine, an liber eſſe iuſſus ſit? &
Iuriſcõſultus definit, non magis ille hæres
erit, quàm iſte liber futurus: facit l. ex ver-
bis. C. de mil. teſtam. & l. 2. C. de neceſſ.
ſeru. hær. inſt. nimirum, duo etenim hic cõ
currerent ſpecialia tacitè, & data libertas,
& hæreditas, contra Glo. in l. prima, C. de
dot. promiſſ.

Tertiò allegatur l. ſed & ſi ſic. ff. de leg.
3. ex qua, coniuncta ſuperiori l. in fi. duæ
concluſiones colliguntur. Prima ex d. l. ſu
periori, quòd hæres hæredis, ita ſimplici-
ter, & appellatiuo nomine grauatus, gra-
uari poteſt: ſecunda ex d. l. ſed & ſi ſic. in fi.
quòd hæres hæredis, appellatus certo no-
mine, vel ita vt de certa hæredis perſona
ſentiatur, grauari non poteſt. ex qua con-
cluſione illud etiam ſequi videtur in ter-
minis propoſitis, quòd filij filiorum, qui
honorati non fuerunt, tanquam hære-
des heredis grauari non poſſunt, quia vide
licet nominatim grauati, & nihil eis teſtan
tis iudicio relictum eſt, & per hanc l. præci
puè contra Barto. plerique mouentur, vt
Lancel. Polit. meminit.

Vdalric. Zaſ. lib. 2. intellect. ſingu. fol.
294. circa hunc tex. dixit, expreſſionem no
minis proprij, vel appellatiui ibidem, non
diuerſificare caſum, vt Barto. credidit, ſed
20 hoc ſolum, quòd qui fortuito, † non iudi
cio teſtatoris capit, non poteſt grauari, ſi-
ue vtamur proprio, ſiue appellatiuo nomi
ne; Vnde ſi teſtator ita hæredi diceret, Pe-
to à te Luci Titi, vt petas ab illo, qui tibi
ſuccedet, decem dari Seio: eccè hic nõ eſt
nomen appellatiuum, quia pronomina
ſcilicet, ille, iſte, habent vim nominis: ſunt
enim termini ſingulares, & tamen valet fi-
deicommiſſum: ediuerſo ſi teſtator ita di-
ceret, ſi aliquis hæres Titio factus, hæredi
tatem adierit, rogo det &c. Ecce ibi ſunt
nomina appellatiua, & ſine dubio non va
let. Proinde ſic diſtinguendum eſſe arbi-
tratur. Aut teſtator grauando, talibus ver
bis vtitur, per quæ certum eſt, bona ſua ad
grauatum peruenire, & tunc grauari po-
teſt quiſquis ille ſit, ita procedit dicta l. ſed
& ſi ſic. in princip. quia ibi grauauit hære-
dem hæredis, quo caſu neceſſe erat bona
ad eum peruenire, iuxta communes regu
21 las, & dato quòd hæres † ſit nomen appel
latiuum, tamen eſt reſpectiuum: reſpicit
enim bona hæreditaria teſtatoris. Aut te-
ſtator huiuſmodi verbis nõ vtitur, quibus
certum ſit perueniri, & non poteſt, per di-
ctum tex. in l. ſed & ſi ſic. & facit iuxta ve-
rum intellectum l. prim. §. penultimo, ſu-
pra eodem tit. de leg. 3. Quare contra Bar
tol. cõcludit, quòd filij filiorum iuxta eius
intelligentiam, grauari non poſſunt. hacte
nus Zaſius.
22 Aliter Pet. de Bexut. † ſubtilis Doctor
Mediolanenſis diſtinguebat, quòd aliquã
do iudicium teſtatoris eſt certũ, per quod
grauatus eſt honoratus: & tunc clara iuris
adeſt diſpoſitio; Aliquando, & ſecundò,
omnino iudicium certum non eſt, ſed veri
ſimile, puta quando hæredis fratrem gra-
uaſſet, vel filios, ſi filios haberet, nomine
proprio, ſi hæredis eſſent hæredes, quia ve
riſimile eſt, quòd proximiores ſuccedant,
ex his, quæ traduntur in l. cum acutiſſimi,
C. de fideicommiſ. in l. pen. C. de impub.
& alijs ſubſtitu.

Aliquando & tertiò, eſt grauatus peni-
tus extraneus nomine proprio, ſi ſuccedat
hæredi, & tunc procedit tex. in d. l. ſed &
ſi ſic. non enim eſt veriſimile, extraneum
ſucceſſurum: ex quo infert, quòd ille pro-
pter non ademptionẽ cenſetur date, quan
do non adimitur ab illo, ad quem hæredi-
tas veriſimiliter eſt peruentura: quãdo au-
tem veriſimiliter non eſt peruentura, ma-
gis dicitur non adimere ab hærede hære-
dis, nomine proprio, quàm appellatiuo.
Hanc tamen diſtinctionem, cum Bartho-
lomeus Socinus in dicta l. cum filiofami-
lias. ſubuertat, non eſt circa eam inſi-
ſtendum, & ſi Bexutium aduerſus eius
patruum, latè tueatur Socinus iunior, vt
ibi per eum.

Sed idem Vdalric. Zaſ. in d. tracta. ſub-
ſtit. dicebat, d. l. ſed & ſi ſic. in fine; nihil om
ninò contra Bar. vrgere, quinimò ſalua re-
uerentia, Doctores eam non intellexiſſe.
Lancel. Polit. etiam in eo. tract. communẽ
concluſionem, ibidem nullo modo proba
ri affirmat, & d. tex. ad hunc diem, intelle-
ctum non fuiſſe, remittens ſe ad tradita in
d. l. cum filiofamilias, & vtrobique nihil a-
liud dicunt. Franc. Aretin. in 2. no. & ante
fin. verſic. & ad id quod diximus, ac Socin.
col. 5. in 5. concluſ. in eadem l. cum filiofa
mil. aliqua, ſed implicitè afferunt, ad in-
tellectum magis reſponſi Papiniani lib. 9.
quæſtionum ibi, quàm Pauli lib. 1. fidei-
commiſſorũ hic, ideo illa referre opportu-
num

num non duxi. Vnde Lancel. Galiau. in di
cta l. centurio, col. 63. verſic. 2. non obſtat.
ex mente Aret. ſed clarius, ita cōcludebat;
23 Quòd ibi † nec tacitè, nec expreſsè poterat
grauatus cēſeri honoratus, ex quo expreſsè
teſtōr dixerat, ſi Stichus Seij hæres factus,
iuſſu eius adierit hęreditatem, & ſic expreſ
sè teſtator ponebat in voluntate hæredis,
an Stichum inſtitueret, quem ipſe graua-
uerat, vel ne. cùm ergo non conſequatur
hæreditatem neceſſariò ex diſpoſitione te
ſtatoris, igitur grauari non potuit: hoc au-
tem dicendum non eſt in propoſito, quia
ex verbis teſtatoris non conſtat, quòd po-
ſuerit in voluntate inſtituti hęreditatē ip-
ſius teſtatoris, peruenturam, vel non, ad
eius inſtituti liberos. Vnde vt iniunctum
valeat liberis grauamē, eſt dicēdum, quòd
voluerit, inſtitutum fore grauatum, ipſis
liberis reſtituere. pendebat igitur honor
ibi, ex alieno arbitrio, & ſic Paulus non ab
re tanquam quid fortuitum, inſtitutionē
illam hæredis conſiderat, rebus ſtantibus,
prout tempore teſtamenti ſtabant, recedē
te iudicio teſtatoris, ob dubium, ac fortui
tum euentum, non poterat grauamen im
ponere, nec eum obligare, cui nihil dede
rat: imò duo in illo futuro euentu concur-
rebant, vt Seij hæres factus eſſet, & iuſſu
eius adiuiſſet hæreditatem.
24 Quartò mouentur Doct. nam † inducta
ad diminutionem, non debent effectum
contrarium, & ſic augmentum operari. l.
legata inutiliter. ff. de lega. 1. l. Titia. in fi-
ne. ff. de manumiſ. teſtamen. cum vul. pro-
inde cum hoc fideicommiſſum à filijs filio
rum tendat ad diminutionem bonorum,
eo ipſo non poteſt operari augmentum.
Verùm ratio hæc in d. l. centurio, ex Bart.
conuellitur, nā tunc ad diminutionem in-
ducta, augmentum operari non debent, cū
poſſunt illud operari, & ſine augmento e-
xitum conſequi, aliàs ſecus; & in neceſſa-
rium antecedens augmentum cenſetur a-
diectum, dicta l. denique. §. interdum. ff.
de pecul. leg. l. Proculus. ff. de vſufruc. vbi,
ſi lego vſumfructum ædium, cum hoc, ne
legatarius altius tollat, videor legaſſe pro-
prietatem: ex quo aliter illud onus locum
habere non poſſet; prout propriè hic eſſet,
ſi enim filij iſti non cenſerentur vocati, fru
ſtra grauati dicerentur, & cum hac reſpon
ſione tranſeunt, Iaſ. ibi, poſt nu. 57. col. 26.
verſic. 3. quod teſtator. Galia. col. 64. ver-
ſic. non obſtat quartò, Soc. iun. nu. 302. in
d. l. centurio. Zaſ. in d. tract. ſubſt. tit. de cō
pend. in fi. verſic. nec obſtat, & Bar. in d. l.
denique. §. interdum. per illum tex. Et ſi
diceretur ſolutionem iſtam videri contra
d. l. legata inutiliter: nam nec ibi adēptio
valere poteſt, niſi pręſupponatur legatum:
reſpondet Socin. iun. effectum ademptio-
nis ſatis cōſtare, cum remaneat res penes
hęredem, tacito tamen Galia. ibi, nu. 400.
25 Secundò † ita poſſet dici, quòd in di-
ctis legibus ideo ademptio non facit, vt da
tum valeat, quod fuit inutiliter datum,
quia datio in eū caſum, quo adimitur fru-
ſtra fieret, cum omnino poſtea adimere-
tur: in alium verò caſum ideo datum non
præſumitur, quia non fuit ademptum, ad-
emptio autem præſupponit tanquam ſuū
antecedens, dationem eſſe in eadem re, &
in eodem caſu.
26 Vel tertiò, † tunc ad diminutionem in-
ducta, contrarium augmenti effectum nō
operari, cum ſumus in ſenſu directo di-
ſpoſitionis; ſecus verò eſt in ſenſu contra-
rio, vt eſt text. in l. ſi inter te & me. ff. de ex-
cep. rei iud. ſed in propoſito à directo ſen-
ſu recedimus, & contrarium recipimus
pro contrario effectu inducendo, meritò
d. l. legata inutiliter, non aduerſatur.
Quintò contra Bart. allegant Alex. poſt
nu. 94. & Iaſ. col. 26. in prin. l. cum quaſi.
§. ſi plures. ff. de fideico. libert. vbi ſi vnus
ex hæredibus grauatur in re tota hæreditā
ria, non videtur proinde alias res ſibi præ
legate: ſed debet à cohæredibus, illorum
partem emere: non ergo eſt verum, quòd
grauando relinquere intelligitur. Sed ex
intentione Socin. iun. reſpondetur, poſt
Moderniores quos refert, quod ibi non e-
rat antecedens neceſſarium, cum ille iuri-
dicè grauari potuiſſet, abſque eo, quòd
pro parte eſſet hæres. Vel dicendum eſt,
huiuſmodi legatum manumittendi, etſi
grauamen contineat, tamen duo alia com
moda includit, fauorem ſcilicet libertatis
& vt infans libertos habeat, vt in ea l. cum
quaſi. §. ſi verò pupillus. vbi in defectum
tutoris recuſantis authoritatem libertati
præſtare, Diui fratres reſcripſerunt, ex cau
ſa fideicommiſſi, libertatem præſtari debe
re ſeruo, perinde atque ſi ab ipſo pupillo
tutore authore manumiſſus eſſet: adeo vt
non ſit impedimento pupillo, vt libertos
non habeat, neque libertati. ſuper quo tū
27 cogita, nam manumittendo, † quis locu-
pletior non efficitur. l. nemo, verſic. locu-
pletior, iuncta gl. ff. de reg. iur. & l. planè ſi
filium. §. fi. & l. ſeq. ff. de lega. 1. l. aſſignare.
ff. de aſſig. liber. vt grauari non poſſit. d. l.
planè. §. fin.

Omiſſis

Omiſſis aliquibus fundamentis, pro hac poſteriori opinione contra Bart. principalem quæſtionem, Glo. in d. l. Lucius, reſpicientibus, quæ latè fuerunt diſcuſſa, apparet vtranque ſententiam diſputando tueri poſſe.

28 Ego tamen † vt meum quoque calculum addã, non putarem ab opinione Bar. iudicando, & conſulendo fore recedendũ tanquam veriori, probabiliori, æquiori, ac denique vti canonizata per Doctores Peruſinos, quorum quanta fuerit, ſitq; authoritas, omnibus innoteſcit: cum in illa Auguſta, atque Illuſtriſſima Peruſina ciuitate, cum militari dignitate, leges ſemper cõiunctim floruerint: & ſi veritati obſequendum eſt, Peruſini viri fortiſſimi, liberalibusq; ſtudijs addicti, ingentem gloriam, maximosq; triumphos, rerum bene geſtarum, armorum peritia, & indefeſſa exercitatione, ac etiam iuriſprudentiæ ornamento, longa temporum ſerie ſunt adepti, vt verè PERVSIAM, bonarum artium generoſam cultricem, atque altricem, antiquiſſimæ etiam nobilitatis culmen dixerim: dũque eius ſummum ſplendorem contemplor, vereor ne his, quæ breuiter tractanda aſſumpſi, penitus prætermiſſis, illuc animi vim in totum vertam, vt ijs verbis, ne dicã laudibus, quæ effundere poſſem, eius maieſtatem, ac decus exprimam, quod cum maius tempus, & longè aptius exigat, reticere expedit: id tantùm explicauerim, antiquorum Peruſinorum venuſtati, atque fulgori, Modernorum Iuriſconſultorũ celeberrimam doctrinam, maximam partem contuliſſe.

Plura ſiquidem poſſem ad veritatem iſtius ſententiæ probandam, in medium afferre: ſed aliqua compreſſius tradita ſufficiant.

Primò igitur induco text. in l. qui liberis. ff. de vulgar. & pupil. quem Iaſ. ibi poſt nu. 2. verſic. ſub conditione, nihil ſubau-
29 diendò ad id adnotauit, in teſtamẽtis † ex verbis affirmatiuis conditionaliter prolatis, diſpoſitionẽ, & ſic inſtitutionem ipſam induci: ſcilicet ex verbis, ſi hæres erit, licèt ſecus videatur in verbis negatiuis, cum diſpoſitionem (vt ipſe inquit) non inducãt. l. ex facto etiam. ff. de hær. inſt. & licèt Iaſ. ſubdat, contra iſtud notabile tritam illam regulam vrgere, quòd quæ in conditione ſunt, in diſpoſitione non cenſeantur: cùm conditio nihil ponat in eſſe. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. relinquit cogitandũ, ſi poſ-

ſet dici, iſtud eſſe quaſi in neceſſarium antecedens ſubſtitutionis: ex quo enim teſtator dicit, ſi Titius mihi hæres erit, cum pupillo ſubſtituo, veluti neceſſarium antecedens: ex iſtis verbis quamuis conditionalibus, videtur eum inſtituere: ſi igitur inſtitutio inducitur, quæ directa eſt, in neceſſarium antecedens, debet etiam ſi fideicommiſſum induci. Et ſi diceretur, difficilius negatiua verba cõditionaliter prolata diſponere, quàm affirmatiua: Reſpondetur, difficilius intelligi directam inſtitutionem, quàm fideicommiſſariam ſubſtitutionem. & ex ijs, quæ dicit Iaſ. non videtur poſtmodum ipſe diſtinguere inter verba affirmatiua, vel negatiua conditionalia, dum tex. obijcit in d. l. ſi quis ſub conditione. Vis igitur in eo verſatur, quia ſubſtitutio aliàs inefficax redderetur, niſi illud antecedens validum eſſet, quod vti neceſſarium conſideratur: quemadmodum pariformiter iſto caſu, ad validitatem grauaminis, eſt antecedens neceſſarium poſitorum in conditione vocatio. Vnde Fran. Rip. in rub. ff. ſol. mat. nu. 34. dicebat, con-
30 ditionẽ † ponere ea, quæ neceſſariò ſequũtur, vel neceſſariò præcedunt ad implemẽtũ, per d. l. qui liberis, poſt Iaſ. de quo meminit. Et iſte fortaſſe clarior eſt tex. quàm d. l. ſi ita quis hęres inſtituatur. ff. de hęr. inſtit. quem ad idem allegat D. Sfor. Odd. Peruſ. in eius ſolẽmni tract. de compend. ſubſtit. part. 5. Sceuolę enim dictum illud lib. 15. quæſtionum, maxima ſpatitur difficultates, ut in præcedẽtibus viſum extitit.

31 Secundò, quia ſi fideicommiſſum † relinquatur à venientibus ab inteſtato, etiã ſi non inſtituantur expreſsè, valet. §. præterea. Inſtit. de fideicommiſ. hæredi. & ratio eſt, quia creditur teſtator ab illis fideicommittendo ſponte ſua relinquere illis hæreditatem. l. conficiuntur. in princ. ff. de iure codicil. ergò multo magis ſi relinquatur à filijs filiorum, qui non ſolùm grauati ſunt, ſed etiam in conditione poſiti: dicunturq; ſaltem ſuccedere ab inteſtato, voluntate tamen teſtatoris, ſecundùm vnam opinionem, ex gloſ. in d. l. Lucius. iuncto tex. & huic rationi Franciſcus Gratianus in tract. de vulg. & fideicommiſ. ſubſtit. in fin. verſic. ſed quid verbis opus eſt. reſponſum dari non poſſe dicebat, cùm eſſet omnimodò regula d. l. ab eo. C. de fideicom.

Sed tamen ſi diceretur, quòd ad illos ipſo iure pertinebat hæreditas: Reſpondet Odd. quòd ad hos nepotes quoque, d. l. cùm auus, & d. l. cum acutiſſimi. Nec refert,

refert, quod illos priuare poterat, vnde nō
auferens hæreditatem cenſetur confirma-
re; Cùm & nepotes etiam ſtantibus filijs
primi gradus, & præſertim in portione ex-
cedente legitimam, qua etiam filium pri-
mi gradus, priuare poterat. §. igitur. Inſtit.
de inoffic. teſtam.

Tertiò moueor ratione, quam Vldari-
cus Zaſius ad mentem Doctorum Peruſi-
norum in d. eius tract. ſubſtit. tit. de com-
pend. perpulchrè, maximaq; cum clarita-
32 te aſſerebat: certum (inquit) eſt, † quòd
pater quamuis filios filiorum ſub condi-
tione nominauerit, tamen cogitauit, &
præſuppoſuit, imò intentio ſua indubita-
ta fuit, quòd bona ſua peruenirent ad fi-
lios filiorum, quos poſuit in conditione:
voluit enim eis proſpicere prudenti ſuo
conſilio, d. l. Lucius, in fi. ibi, Prudens conſi
lium teſtantis animaduertitur &c. Hinc er
go ſuccedit ratio Peruſinorum, quam reci
tat Corneus in d. l. ab eo, cùm teſtator cre
datur indubitatè filiorum habuiſſe ratio-
nem, & grauauerit eos fideicommiſſo, iſtis
duobus ſimul coniunctis, neceſſariò præſu
mitur anteceſſiſſe prouiſio filiorum. Nam
quamuis iſta verba, ſi filij deceſſerint ſine
liberis, & ſine filijs filiorum, per ſe in con-
ditionem ſonent, d. l. Lucius. tamen graua
men fideicommiſſi eis adiectum, prouiſio
nem eorum facit præſumi: Nec enim fru-
ſtra in d. l. Lucius. mentio fit de prudenti
conſilio patris. Vnde eſt dicendum, quòd
pater voluerit etiam proſpicere filijs filio-
rum, quos aliàs non potuiſſet grauaſſe: er-
go grauamen filijs iniunctum nihil diſpo-
nit ex ſe abſolutè poſitum, ſed duo iſta cō-
iuncta operantur. hactenus Zaſius. eſt cer-
tè veriſſima, & conſtans ratio, ſic iuridi-
33 cè deducta: prudentis enim, † non tan-
tùm principium, ſed medium, ac finem
eſt reſpicere: vnde ſi teſtator ponendo li-
beros in conditione, primum Scæuolæ aſ-
ſertione prudens creditur, inefficaciter
poſtmodū grauando imprudens reddere-
34 tur: & ideo non eſt credendum, † viam ad
ſuum iudiciū impugnandum elegiſſe. l. 3.
ff. de milit. teſta. l. ſi quis locuples. in prin-
cipio, & ibi Glo. ff. de manumiſ. teſtamen.
Maximè cum non minori ardore amoris
nepotes, quàm filios, imò maiori diligat.
Bart. in l. liberorum. in 5. not. ff. de verbo.
35 ſignific. quamuis ordinis † quadam obſer
uatione, filios vocare prius voluerit, dein-
dè nepotes, iuxta l. Gallus. §. 1. ff. de libe-
ris, & poſthu. & quis dubitat teſtatorem
de hoc interrogatum veriſimiliter ita re-
ſponſurum? arg. l. tale pactum. §. fin. ff. de
pact. voluntatis denique dixerim quæſtio
nem eſſe, vt verba non ſpectentur, ſed ſen-
tentia, quibuſcunque verbis, dum teſtator
ſenſerit, vt hæreditas ſua reſtituatur, quē-
admodum eleganter inquit Paulus lib. 3.
ad Sabinum in l. vbi purè. §. fin. ff. ad Tre-
bel. qui textus aureus in propoſito eſt, ſi di
ligenter ponderetur.

Quartò idem Do. Sfortia Oddus ſubti
liter inducit tex. in dicta l. cùm auus, & l.
cum acutiſſimi, coniungendo reſponſio-
nem, quam in ſuperioribus ad textum in
dicta l. ſi quis ſub conditione, attulit, ut
per eum. Ego eadem iura ſic aliter indu-
36 co: † vult enim Papinianus in dicta l. cùm
auus, fideicommiſſi conditionem, conie-
ctura pietatis defeciſſe, quòd minus ſcri-
ptum quàm dictum fuerit, inueniretur. ex
quo eſt dicendum, dum expreſsè pater ne
potes in conditione poſuit, pietatis affe-
ctum erga liberos exercuiſſe: vnde ſi illos
grauando, nō ſenſiſſet ēt inſtituere, impie-
tate quadā potius vteretur, ac irrationabi-
li modo, & vndique imperfecto: quod non
eſt coniecturandum, in dedecus, ac grauē
notam paternæ pietatis, vt inquam animi
quadam dira feracitate, atque ineffrenato
appetitu, nepotes grauare ſenſerit, abſque
beneficij collatione, naturalem pietatem
reſtringendo. Cæterùm Papiniani illud
pium reſponſum ſi optimo intellectu Im-
per. in d. l. generaliter. §. cùm autem. non
inutili repetitione ampliare pergit, veriſi-
militudine inſpecta: cur nos diſpoſitionē
iſtam teſtantis optimo, ac veriſimili intel
lectu, ampliare non debemus, eadem pie-
tate, ac fauore, vocationem coniecturan-
do? Siq; idem Imper. in d. l. cum acutiſſi-
mi. teſtantis ſenſum, ad commodum libe
rorum, tam prouide reducere conatur, cur
nos à via, quam ius ipſum oſtendit, in ia-
cturam liberorum, actus inualiditatem,
voluntatis denique fruſtrationem defle-
ctere intendimus?

Nullus certè tā duro, & agreſti animo,
vel Bœotico ingenio erit, qui non videat
Bartoli ſumma æquitate ſuffultam opinio
nem, fortiſſimis atque viuaciſſimis ratio-
nibus eſſe compoſitam? Etſi Bald. in l.
vnica. §. pro ſecundo. ante num. 9. C. de
caduc. tollen. dixerit, iſtam opinionis Bar-
toli æquitatem, non ſcriptam eſſe à lege,
neque à teſtatore, ſed ſolùm in capite di-
ſcretorum virorum conceptam: prout vl-
timū fateor, ſic primum reijcio, cum viri,
ratione non imbecilles, æquitatem iſtam

ex legis prouidentia haurient, & ſatis tena
citer conſcriptam inuenient. Volui hæc
adnotaſſe, cum aſſiduitate quotidiana, ut
lib. ſecundo, de Natu. Deor. inquit Cice-
ro, & conſuetudine oculorum aſſueſcant
animi, neque admirantur, neque requi-
runt rationes earum rerum, quas ſemper
vident: perindè quaſi nouitas nos magis,
37 quàm † magnitudo rerum, debeat ad ex-
quirendas cauſas agitarę. Diuus Auguſti-
nus tractatu in Ioannem. 24. Illud miran
tur homines, non quia maius eſt, ſed quia
rarum eſt.

Non putarem ego à Bartoli ſententia indiſtinctè, iudicando, & conſulendo recedēdum fore, tũ quia eſt verior, benignior, humanior, ac æquior, mentique teſtantiũ valdè conformis: tùm quia eſt magis communis, & magis concelebrata, antiquorũ, & recentium deciſione recepta, ponderatis authoritatibus, ac ſcribentium nominibus, & quicquid in cõtrarium de magis communi aliqui teſtentur, ita eſt re ipſa, vt omnis iudex veritatem, & iuſtitiam prę oculis habens, ipſam intrepidè approbare, & amplecti debeat, tanquam lucidam, & iuris ſinceritate conſpicuam: Vt rectè admodum Ioan. Cæph. d. conſ. 93. cum in teſtamento, nu. 2. & 3. authoritates vtrinque adductas ponderare, ac conferre videatur, ad opinionis Bartoli efficaciam, & confirmationem.

SVMMARIVM.

1 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, latius vocatos cenſeri, alia coniectura concurrente.*

2 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, magis dici vocatos, concurrente etiam alienationis prohibitione, eorum patri facta, filiorum fauore.*

3 *Liberos maſculos, in conditione poſitos, & grauatos, facilius in diſpoſitione, his tribus concurrentibus, credi.*

4 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, potius intelligi vocatos, ſi teſtator fœminas excluſiſſet.*

5 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, fauore pia cauſa, vt onus eis nominatim iniunctum teneat, vocatos cenſeri.*

6 *Liberos grauatos, & poſitos in conditione, clarius vocatos eſſe, cùm vltimo poſitorum in conditione, & grauatorum in tota, ſubſtitutio facta eſt: ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, ad l. Titia Seio, §. Seia libertis, de leg. 2.*

7 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, magis intelligi vocatos, ſi eſſet dictum, vel hæredes filiorum deceſſerint.*

8 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, efficacius eſſe vocatos, cùm eſſet dubium, nunquid ſubſtitutio de filijs, eſſet vulgaris, vel compendioſa.*

9 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, liberius eſſe vocatos, omni caſu, quo teſtator in agnatione bona conſeruari voluit.*

10 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, liberius eſſe vocatos, cùm teſtator proximiores etiam agnatos vocaſſet, ne hæreditas ad extraneos perueniret.*

11 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, magis vocatos cenſeri, ſi teſtator Trebellianica detractionem prohibuiſſet.*

12 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, facilius vocatos intelligi, ſi teſtator digrederetur ad plures gradus ſubſtitutionum.*

13 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, cenſeri vocatos, omni alia concurrente coniectura, quæ ex ſe principaliter, & ſimpliciter conſiderata, vocationem induceret.*

14 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, non ſolum dici vocatos, ex concurſu alterius efficacis coniectura, de per ſe ad vocationẽ ſufficientis, ſed etiam ſi de per ſe potens nõ dijudicaretur.*

15 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, facilius vocatos eſſe, cùm per ablatiuos abſolutos in ipſa conditione reperirentur.*

16 *Bar. opinionem, circa vocationem poſitorum in conditione, & grauatorum, explicitè procedere in deſcendentibus teſtatoris.*

CAP. III.

VT QVÆ Doctorũ dicta, iſtã
materiã concernentia, mi-
nimè pręteream, & ſi pręce
dens concluſio abſolutè in
tellecta, nullam patiatur
veram, aut concludentem difficultatem,
adeo quòd ſit intrepidè attendenda: di-
1 cunt † ipſam magis procedere, alia conie-
ctura vlterius concurrente, Cur. ſen. conſ.
51. ſuper teſtamentis Alberti. col. 8. in fi.
poſt nu. 23. verſic. & inclinare videtur Ale-
xan. vbi de magis communi opinione atte
ſtatur. Carol. Ruinus conſ. 108. viſa, ac be-
nè intellecta, col. 6. nu. 16. in fi. conſ. 111. vi
ſo ac perlecto, col. 5. nu. 14. conſ. 122. de
duobus principaliter. col. 3. nu. 4. in fi. lib.
2. conſ. 142. viſo ac perlecto, col. 4. nu. 10.
& 11. conſ. 167. prima videtur conſidera-
tione, col. 3. ante nu. 6. verſic. ſed etiam da

to,

to,lib.3.Pariſ.conſ.37.ſi bona. col.3. nu. 21.lib.2.conſ.42.ad reſolutionem. col.2. nu.12.lib.3.& vtrobique allegat Corn.& Socin.conſilia, vt per eum, & idem Curt. ſen.conſ.42.quia inquit Baldus. col.4. in prin.nu.7.verſic. ſed vbi vltra grauamen, & cōſ.45. ſępè reuoluta.col.4.nu.5. idem Ruin.conſ.198.ponderatis diligenter,nu. 7.lib.2.Thob.Nonius,conſ.31.viſis, in fi. Io.Cęph. conſ.426. in facto præſupponitur.nu.27.li.3.Celſ.Hugo conſ.20.in pręſenti conſultatione. nu.23.24.30.& 47. Hieron.Gabriel. conſ.93. Bartolomæus. nu.37.lib.2 Io.Maria Rimin.conſ.189.In hac difficultate. nu.8. lib.1. Iacob. de Puteo deciſ.215.Nicolaus de Paſijs,nu.1.vbi quòd aliqua leuis coniectura ſufficiat.lib. 3.Paul.de monte pico,conſ.96.In hac graui cauſa,nu.80.in fin.verſic.Sed quicquid ſit.Vbertin.Zuccard.conſ.71.Viſa ac benè intellecta,nu.36.in fin.

2 Et prima quidem † coniectura eſt,quādo vltra poſitionem in conditione, & grauamen, adeſſet etiam alienationis prohibitio, eorum patri facta,filiorum fauore. Socin.conſ.250.in cauſa Bononienſi,col. pen.ante nu.6.lib.2.Curtius ſenior d.cōſi.45.ſæpè reuoluta,col.4.nu.5.verſic.fortius, & ſucceſsiuo ordine.Carol. Ruin. d. conſ.122.de duobus, col.3.nu.4. dicens neminem ſani capitis aliud poſſe dicere, lib.2.& conſ.124. viſo teſtamento, nu.4. col.3.in princ.verſic. & quamuis ex hoc. eodem vol.Pariſ.d.cōſ.37.ſi bona, nu.21. cum ſequen.lib.2.Hieronym.Zanch.in dicta l.hæredes mei.§.cum ita.nu.749.ff.ad Trebel.qui dicit eſſe videndum Socin. cōſi.216.in cauſa.col.3.ante nu.5.verſic.quę omnino, lib.3. ſed non refragatur ſi rectè ponderetur, Auguſtin. Bero. conſ.82.circa id.col.penultima, nu.7. lib.2. & quando grauamen eſt in rem ſcriptum, ex alienationis prohibitione imperſonali, Franc. Marzar.conſ.10.memini aliàs,fol.128.verſic.dico,quòd fumus.Iacob.Menoch.cōſ. 613.Reſpondendum videbatur,nu.10.verſic.Hanc coniecturam,lib.7.

3 Secunda eſt coniectura, † quando maſculi eſſent in cōditione poſiti,& grauati: idem Hieron.Zanc.in d.§.cū ita, nu.747. in 2.limita.Carol.Ruin.conſ.111.viſo ac perlecto.nu.15.lib.2.conſ.167. prima videtur conſideratione,col.tertia,nu.6.li.3. conſ.139.viſo ac perlecto,col.5.nu.17.verſic. & ſic iſto caſu ad minus. eodem lib.3. & conſuluit Dec.conſ.270.D.Raynaldus col.1.verſic.ſecūda concluſio,nu.3.& col. fin.verſic.ſecundo non obſtat, poſt nu.7. & his tribus concurrentibus,ex mente Decij, ita concludit Matth. Iuriſconſ. in ſuis commu.opin.in verb.liberi.verſic.limitatur.Pariſ.d.conſ.37.ſi bona, nu.35. conſ. 41.viſa.nu.71. lib.2. Auguſtinus Berous conſ. 109. viſis, col. antepenultima,poſt nu.9. lib.ſecundo.

Licet contrarium ſenſerit idem Pariſ. conſ.31.conſiderato primo capite, nu. 21. conſ.44.ſubſtitutio,nu.15. cum ſeq. li.2. volens, quòd ex grauamine vocatio non inducatur, etiā facta adiectione maſculinitatis: ſed eius opin.non eſt vera,vt à priori non ſit recedendum, & vltra Pariſium idem tenet Bertran.conſ.136.eo caſu, nu. 4.& 5.lib.6.

4 Tertia eſt † coniectura, ſi vltra poſitionem in conditione, & grauamen, teſtator fœminas excluſiſſet.Pariſ.d.conſ.37. ſi bona,nu.32.lib.2. Lud. Gozad. conſ.26. in cauſa,nu.23.Ruin.d.conſ.111. viſo ac perlecto,nu.16.lib.2.

5 Quarta coniectura eſt, † ſi piæ cauſæ fauor adeſſet, nam cenſerentur poſiti in conditione, & grauati, ad fideicommiſſum vocari,ad hoc,vt onus eis nominatim iniunctum teneret,vt per Hieronym. Zanch. in d.§.cum ita.nu.746.Carol.Ruin. d. conſ. 139.col.4.nu 12.verſic & vbi etiā opi. Bartol.non eſſet vera, lib.3. Anton. Gabriel. tit.de fideicommiſ.in 4.conclu.nu.23.Ludouic. Gozad. & Nouiſ. Bonon. ante nu. 48. in d.l.1. C.de pactis, allegant conſilium Pet.de Anchar. & Iaſ. de quibus ſupra meminimus.

6 Quintam coniecturam addunt, † ſi teſtator vltimo poſitorum in conditione, & grauatorum in tota, ſubſtitutionem feciſſet, ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, in terminis l.Titia Seio,§.Seia libertis.tanquam factàm vltimo tunc vocatorum.Pariſ.conſ.42.ad reſolutionē, col. 3.nu.16.verſic.eo etiam.lib.3.Carol.Rui. conſ.142.viſo & perlecto. col.5. poſt nu. 11.lib.3.Socin.iunior conſ.145.viſo teſtamento,col.6.nu.36.lib.3.Hieronym.Zanch.in d.§.cum ita,nu.730.verſic.& ſignanter in terminis noſtris,idem Rui. conſ.115. caſus iſte.col.5.nu.8. in fin. verſic. præterea opin.Bar.d.li.3. Thob. Non. in d.l.1. C.de pact.in 3.lim.verſic.tertius eſt caſus. Celſus Hugo conſ.20.in præſenti conſultatione, col.17. in principio, ante nu.36, verſic.ſed vbi concurrit.

Licèt videatur diſcrepare Alex.cōſ.202. viſo themate,& dubijs,col.2.n.1.& 2.li.7.

Sexta

7 Sexta coniectura tradirur, † quando teſtator diceret, vel hæredes filiorum deceſſerint, vt per Hieron. Zanch. remiſsiuè in d.§.cum ita,nu.786.

8 Septima eſt coniectura, † quando aliàs eſſet dubium, an ſubſtitutio de filijs, eſſet vulgaris,vel compendioſa:tunc enim ſtante, quòd poſiti ſint in conditione, & grauati,cenſeretur compendioſa, ſecundum Corn. conſ.226. quamquam, poſt nu.3. col.3.in princip.lib.4.Zanch.in dicto §.cũ ita,nu.750.verſic.limitatur quinto.

9 Octaua eſt coniectura,† omni caſu,quo teſtator voluit,bona in agnatione conſeruari,Carol.Ruin.d.conſ.111.viſo ac perlecto,nu.14.cum ſeq.lib.2.Thob.Non.in d.l.1.in 3.lim.verſic.2.caſus eſt.

10 Nona,† quando teſtator vocaſſet etiam proximiores agnatos, ne hæreditas ad extraneos perueniret. Ioan. Cæphal. conſi. 426. in facto præſupponitur, nu.25. cum ſequen.lib.3.

11 Decima eſt coniectura, † quando teſtator prohibuiſſet Trebellianicæ detractionem.Ioann.Maria Riminaldus,conſ.243. in cauſa,nu.90.verſic.& maximè, lib.2.

12 Vndecima,† quando teſtator digredetetur ad plures gradus ſubſtitutionum, in terminis Pet.de Anchar. conſ.74. contra Philippum.Aug.Bero. conſ.62.ſuper teſtamento,nu.6. verſic.& præſertim, conſ. 109.viſis.col.pen.in princ.ante nu.10. ver ſic.ſecundò liberi,lib.2.

13 Et† denique magis procederet vera Barto.opinio, omni alia concurrente coniectura, ex ijs quæ ex ſe, & ſimpliciter conſiderata ſubſiſtunt, ad vocationem inducendam,vt non ſit hæſitandum, cum duo vincula magis ligent, adeo quòd ſi quælibet de per ſe vocationem efficaciter operatur, ſimul iunctę efficaciſſimè proderunt, & operabuntur,vt ſuo loco animaduertetur, in vniuerſalibus regulis pręſętis materię, & tradit Hieronymus Gratus conſ.106.in

14 cauſa,nu.18.& 19.lib.2.Imò † ſi de per ſe potentes non reputarentur, ſimul iunctę ſufficiunt,& ſine ſcrupulo,vt dicit Gratus cum,quæ non proſunt ſingula, multa iuuant,in pręſumenda,& coniecturanda teſtantis voluntate, ad fideicommiſſum inducendum, prout ita paſſim in his terminis Doctores argumentantur. Auguſt. Bero.conſ.109.viſis,col.antepenultima,poſt nu.9.lib.2.

Magiſque dicta coniectura adiecti gra-

15 uaminis procederet,† quãdo eſſent poſiti in conditione,per ablatiuos abſolutos, vt dixit Ioan.Mar.Riminal. conſ.189.in hac difficultate,nu.9.lib.1.

16 Barto.etiam ſententiam† in deſcendentibus explicitè procedere dixit Iulius Clarus,titu.de teſtamen.queſt.78. verſic.quid ergo, dum in iſta quęſtione diſtinguere ſed verius vno collyrio mederi omnia nititur. & Clarum referendo, idem ſibi voluit Petrus Gregor. Tholoſanus in Syntagm.iuris, parte tertia,lib.42.cap.28.ante nu.32.verſic.cęterum Iulius Clarus tandem fatetur.fol.987.

SVMMARIVM.

1 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, non cenſeri vocatos, ſi ſub nomine appellatiuo hæredũ, grauati fuerint in genere: opus eſt enim,vt grauamen ſub nomine filiorum adijciatur.*

2 *Liberos grauatos,in conditione poſitos, non cenſeri vocatos,cum eſſent in alia teſtamẽti parte expreſſe vocati.*

3 *Liberos grauatos,in conditione poſitos, non cenſeri vocatos, cum eſſent in alia parte teſtamenti expreſſe vocati, etiam ſi eſſent ſolum expreſsè in caſu alienationis vocati; Quod declaratur ex mente Caroli Ruini,nu.4.*

5 *Liberos grauatos,in conditione poſitos,vocatos non cenſeri, cum eſſent non ſolum expreſſe in alia parte teſtamenti vocati,ſed etiam tacitè, & ſolùm vulgariter: vt quã do nepotes, filiorum appellatione vocati cenſentur.*

6 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, non cenſeri vocatos,cum in alia parte teſtamẽti expreſſe vocati eſſent, tripliciter limita ri,& nu.7.ac 8.*

9 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, cenſeri vocatos, cũ nominatim ſunt grauati, alias ſecus: et quòd ſufficiat grauamen neceſſario ex verbis colligi, nu. 10. & ſufficiat dicere, eiſdem ſubſtituo, n.11.& 13. & quòd realis alienationis prohibitio ſit ſufficiens,nu.12.*

14 *Liberos grauatos nominatim, in conditione poſitos, cenſeri vocatos,cum deſcendentes grauantur.*

15 *Liberos grauatos, in conditione poſitos, non cenſeri vocatos,ſi teſtator mandaſſet ſuum teſtamentum, vt iacet, de verbo ad verbum ſeruari, ſine aliqua interpretatione, vel intelligentia.*

16 *Concordiam inter partes conſulendam eſſe. Stephani Bertrandi ſententia, cum de veritate opinionis Bart. in d.l.centurio.circa illam*

*illam quæſtionem, nunquid filij in condi-
tione poſiti, & nominatim grauati, ſint di
ſpoſitiuè vocati diſceptatur.*

CAP. IIII.

NVNC vero dicta conſtans,
ac tenax Barto. in l. centu-
rio. opinio, limitatur. Pri-
1 mo, † quando in conditio
ne poſiti, eſsēt grauati ſub
nomine appellatiuo hæredum in genere,
dicendo ſimpliciter, hæredes: tunc enim
grauamen tenet, abſque eo, quòd cenſean
tur vocati immediatè à teſtatore: opus nā-
que eſt, vt tanquam filij grauentur, ad in-
ducendam vocationem, ſecundum doctri
nam Barto. in l. ſed & ſi ſic, per illum text.
ff. de leg. 3. & ita conſuluit Car. Rui. conſi.
113. Quia deciſio, col. 2. nu. 4. verſic. Et i-
deo quamuis. li. 2. Soc. d. conſ. 116. In cau
ſa. poſt nu. 4 col. 3. in prin. li. 3. allegat tex.
in d. l. ſed & ſi ſic. & in l. ſi fuerit. d. tit. de le
ga. 3. dicens ſe iſtud late dicere in l. cum fi
lioſamilias. in 1. not.

2 Secundò Bar. opi. limitatur, † cum iſti
poſiti in conditione, eſſent aliquo caſu ex
preſſe vocati, in alia parte teſtamenti: tunc
enim licet poſiti reperiantur in conditio-
ne, & ſimpliciter grauati, non tamen ſim-
pliciter vocati dicentur, ſed illo tantum ca
ſu, quo expreſſe vocabantur, & propterea
onus eis impoſitum reſtringitur: vt ita de-
mum cenſeantur grauati, ſi caſus ille eue-
niat, in quo fuerunt expreſsè vocati, &
non aliter. Carol. Ruin. conſ. 96. Quia de
ſubſtitutionibus. col. 3. nu. 8. cum ſeq. lib.
2. allegat Franc. Aret. cōſ. 156. Diligenter
viſis. col. 4. verſic. Non obſtat quòd ſi ſub-
ſtitutio. per tex. in l. Gallus. §. quidam re-
ctè. ſecundum intellectum Iac. de Are. ff.
de li. & poſth. & l. epiſtola. §. fi. ff. ad Treb.
Pet. de Anch. conſ. 137. Principaliter pon
derandum eſt. cir. fi. & iſtud conſilium in-
ducit Carol. Ruin. d. conſ. & meminit de
Alexan. conſ. 24. Attentis his quæ in the-
mate. col. 3. nu. 7. verſic. Quia reſpondeo.
lib. 3. idem Ruin. conſ. 100. Viſo teſtamē-
to. col. pe. poſt nu. 7. verſic. Et dato. conſ.
101. Super his, col. 3. nu. 7. verſic. Et vbi e-
tiam. conſ. 171. Caſus iſte. col. 2. nu. 2. cōſ.
104. Poſtquam Robertus. col. 5. nu. 13. cōſ.
114. Viſo teſtamento Bernardini. col. 2. nu.
4. verſic. Quoniam dato. conſ. 121. Viſo te
ſtamento Dom. Angeli. col. 3. ante nu. 8.
conſ. 160. Viſo, & perlecto. ante nu. 25.
conſ. 175. Poſtquam Angelus, col. 4. in
prin. ante nu. 3. conſ. 180. Quamuis. col. 3.
nu. 7. lib. 2. & conſ. 128. Viſo teſtō, nu. 2.
lib. 3. Soc. d. conſ. 116. In cauſa, col. 1. ver-
ſic. Addo etiam. & col. 2. nu. 2. verſic. & in
terminis. allegans tria Alexandri conſilia,
& alibi. lib. 3. Dec. conſ. 384. In caſu pro-
poſito, col. 3. in princ. verſic. Secundò non
obſtat. conſ. 465. Perſcrutatis. col. pen. ver
ſic. Quinto non obſtat. poſt nu. 16. Corn.
conſ. 186. Quanquam. col. pen. nu. 10. &
11. lib. 3. Pariſ. conſ. 44. Subſtitutio fidei-
commiſſaria, col. 2. nu. 9. verſi. Licet enim.
lib. 2. vbi allegat Alexan. in conſ. citato per
Socin. & etiam Bened. Capr. idem Pariſ.
conſ. 86. Ad veram reſol. col. 7. in fine. nu.
40. verſic. Prout etiam allegans eadem A-
lex. & Cap. conſilia, d. lib. 2. eandem opi-
nionem ſequuntur Nouiſ. Pariſi. in addit.
ad Alex. d. conſ. 24. Attentis his. ante nu.
6. li. 3. dicentes eſſe ſubtiliſſimam, & vtiliſ-
ſimam ſententiam, atque veram: nec repe-
riri alibi, licet caſus ſit quotidianus, nec re
cordari alibi legiſſe, niſi apud Rapha. Cu-
ma. conſ. 119 teſtator, col. fi. ante nu. 3. vſ-
que ad fi. conſ. verſic. Nec rurſum, & Dec.
in d. conſ. 384. in caſu propoſito. in 3. col.
hancque opi. tenet etiam Hieronym. Zan-
ch. in d. §. cum ita, nu. 732. vbi dicit, nu-
per ſe reperiſſe idem conſulere Riminald.
conſ. 142. & ſimilibus ipſam comprobat,
vt per eum, allegantem etiam Alex. conſ.
55. Proſpectis his. in 6. col. lib. 4. & tra-
dit Ruin. conſ. 134. Circa caſum. nu. 14.
& 15. lib. 3.

Addo tamen, quòd Hippo. Rimi. conſ.
20. Illuſtris & generoſus. nu. 40. cum ſeq.
per l. planè, la 2. in fi. ff. de leg. 1. dicit, quòd
ad hoc vt quis fideicommiſſo grauari poſ-
ſit, non eſt neceſſe in eadem re eum hono-
rari, ſed ſufficere in alia re diuerſi generis,
vel ſimilis, vt per eum, quem vide.

Hæc ſecunda limitatio, ex mente An-
cha. Are. Alex. ac aliorum firmata, duplici-
3 ter ampliatur. Primo vt ſit vera, † etiam ſi
iſti poſiti in conditione, eſſent ſolùm ex-
preſsè vocati in caſu alienationis: tunc e-
nim licet in conditione ponantur, & gra-
uentur, attamen non cenſebuntur vocati,
neque grauati, niſi eueniente caſu illo alie-
nationis, in quem expreſsè vocati fuerūt.
Carol. Ruin. conſ. 108. Viſa ac bene intel
lecta. col. 1. lib. 2. conſ. 117. Viſo teſtamen
to. col. 2. nu. 4. conſ. 130. Viſo teſtamen-
to Nicolai. col. 3. nu. 6. cum ſeq. conſ. 131.
Quia iampridem. col. 3. nu. 6. cum ſeq. eo.
vol. idem Rui. in l. filiusfam. §. Diui. fol. an
tepen. colum. 1. poſt prin. ff. de leg. 1. Dec.

conſ. 182. In caſu occurrenti. col. 1. circa med. verſic. Secundò principaliter.

4 Ipſam tamen ampliationem † declara, vt per Ruin. d. conſ. 108. Viſa ac bene intellecta. ante nu. 15. verſic. Pręterea quamuis. d. lib. 2. ſi ante prohibitionem alienationis, fideicommiſſum ſimpliciter factum fuiſſet inter tranſuerſales de domo, & ordine ſucceſſiuo, vt eodem modo ſimplex dici debeat fideicommiſſum, & ſecundum ordinem prædictum, inter deſcendentes teſtatoris in conditione poſitos, ex tacita mente: concurrentibus ſcilicet quòd ſint in conditione poſiti, & quòd inter tranſuerſales minus dilectos, facta fuerit ſubſtitutio fideicommiſſaria ordine ſucceſſiuo, fauore agnationis conſeruandæ. quæ ratio militat etiam inter deſcendentes magis dilectos, vt verba conditionalia ſubinde diſponere debeant; vt per eum in dicto ſolenni conſilio, alienationis prohibitione non obſtante.

5 Ampliatur ſecundò † dicta ſecunda limitatio, vt procedat etiam, caſu quo in alio capit. non eſſent expreſſe vocati, ſed tãtum tacitè, & ſolum vulgariter: vt quando nepotes cenſentur vocati filiorum appellatione: tunc enim nepotes non cenſebũtur alio caſu vocati, nec grauati, neque etiam onus cenſcbitur ſub duplici conditione impoſitum primis inſtitutis, ſed tantum nepotes illi, licet in alio cap. in conditione poſiti, & grauati, cenſebuntur grauati ſolùm eueniente caſu, quo filij ante aditam hæreditatem decedant, ſecundum Carol. Rui. conſ. 104. Poſtquam Robertus, col. 4. poſt nu. 12. conſ. 198. Ponderatis diligenter, nu. 2. li. 2. conſ. 128. Viſo teſtamento. nu. 20. lib. 3. Non obſtat ratio eiuſdem Ruin. conſ. 185. Imperitia Notarij. col. 4. poſt nu. 6. d. lib. 2. per quam videtur aduerſari huic ampliationi; Nam confunditur ex ijs, quę poſt Sal. tradit ipſemet Rui. conſ. 99. Viſo themate, & dubiis. col. antep. nu. 14. eo. lib. 2.

Prædicta ſecunda ad Bar. opinionem li-
6 mitatio tripliciter declaratur. Primo † vt non procedat, cum teſtator dixiſſet ipſis in conditione poſitis, omni caſu ſubſtituere, tunc enim dicta ſubſtitutio ad illum tantum caſum, quo ipſi eſſent vocati non reſtringeretur. Caro. Rui. in dicto §. Diui. fo. antepenult. col. 1. ante verſic. Secundo caſu. idem Rui. conſ. 169. Videndum eſt, col. 3. in princ. ante nu. 6. lib. 2. verſic. Nec obſtat, dum dicitur.

7 Secundò † cum iſti in conditione poſiti, ac certo caſu vocati, cum alijs inſimul qui nullo caſu vocati eſſent, grauarentur. Pariſ. conſ. 18. Conſideratis, & circumſpectis omnib. col. 8. nu. 55. lib. 2.

Vide tamen Caro. Rui. conſ. 115. Caſus iſte. col. 6. in prin. ante nu. 10. verſic. Et per prædicta colligitur reſponſio, lib. 3.

8 Tertiò † cum iſti in conditione poſiti, ſub nomine appellatiuo, hæredes grauarẽtur, quia tunc cum indiſtinctè poſſent grauari, licèt immediatè nihil conſequantur à teſtatore, vt per Rui. conſ. 124. Viſo teſtamento. nu. 3. verſic. Nam ad iſtud. lib. 2. putat Hier. Zanch. in d. §. cum ita. nu. 743. in 3. lim. quòd quomodocunque hæreditas ad eos perueniat, haberet locum ſubſtitutio, nec reſtringeretur ad caſum illum, quo fuiſſent expreſſe vocati: relinquẽs cogitandum, ſubdenſque ſe non reperiſſe apud aliquem omnium quos viderit, & interim veram eſſe declarationem ſe exiſtimare, quẽ ſequitur Anto. Gabriel. tit. de fideicom. in 4. concluſio. nu. 22.

Hanc tamen limitationem non recipio tanquam extra regulas deſuper propoſitas, ad vocationẽ poſitorum in conditione inducendã, vt alia confutatione nõ egeat.

9 Tertiò † Bart. in dicta l. centurio, opin. limitatur, vt ita demum procedat, cum iſti in cõditione poſiti, nominatim eſſent grauati, aliàs ſecus, ſecundum Alex. conſ. 105. Perſpectis verbis, col. fin. nu. 6. lib. 1. conſ. 202. Viſo themate & dubijs. col. 1. li. 7. Socin. in l. cum auus. col. fin. nu. 114. Expreſſius, conſ. 104. Quoniam præſens conſultatio. col. antep. poſt nu. 8. verſic. Sed ad hoc vt filij, lib. 3. vbi allegat conſilium Bart. & Io. de Imo. in d. l. centurio, & in cap. Raynutius. vt per eum, dicentem in caſibus non expreſsè, & nominatim grauatorum, fuiſſe ſequutum contrariam ſententiam. Idem Soc. conſ. 33. Viſo teſtamento, col. 2. ante nu. 3. verſic. Et eo maximè. aſſerens ita declarare Bal. & Salyc. in l. precibus. & Ioan. de Im. in citato loco, lib. 4. Dec. conſ. 182. In caſu occurrenti. col. 3. conſ. 422. Et pro tenui. col. 2. poſt nu. 2. verſi. Et maximè in caſu iſto. Socin. iun. conſ. 112. In caſu. col. pen. nu. 25. dicens poſt Alex. & Soc. indubitanter eſſe tenendam opinionem contra Bart. in alijs terminis, lib. 1. conſ. 176. Conſideratis his, nu. 20. col. 3. verſic. Verum quia multi, lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 141. Viſo teſtamento, col. penult. nu. 14. lib. 3. poſt Ioan. de Imol. Alexand. & Socin. vt ibi, Ioan. Cæphal. conſ. 17. Magnifica Domina Franciſchina. nu. 19. lib. primo. Pariſ.

conſ.

conſ.37.Si bona,nu.36.lib.2.Io. Mar. Ri-
minal.conſ.26.Occaſione teſtamenti .nu.
5.lib.primo.

Et ſecundum Socin.ſufficit, quòd gra-
10 uamen neceſſario ex verbis colligatur,
conſ.149.Materia,poſt nu.3.verſic.Sed ad
omnia,lib.2.& ita concludit Aymon Cra-
uetta, in dicta l. cum filiofamil. nu.71. &
pertranſit Hieronym. Zanch. in dicto §.
cum ita.nu.745.

11 Sufficeret † itaque dicere, eiſdem ſub-
ſtituo, vt ita indefinita poſita poſt omnes
deſuper relatos,ęquipolleat vniuerſali:ſtã
te maximè proximitate, ſecundum Corn.
conſ.97.Primo conſultus,col.2.verſi. Sed
poſſet quis. lib.1. conſ.22. In hac conſul-
tatione, col.4. ante nu.6.lib.2. Soc.conſ.
249.Materia. col.2.nu.3.lib.2. conſ.250.
In cauſa Bononienſi,nu.6.lib.2.Stephan.
Bertran.conſ.160.Ponitur in facto.col.1.
in fi.lib.quinto.

Et iſtud maximè procederet, ſi eſſet di-
ctum,eiſdem deſcendentibus ſubſtituo, ſi
in conditione diceretur,& ſi ſine liberis de
cederent: vt per eundem Soc. dicto conſ.
249.Materia,col 2.poſt nu.3. verſic.Con-
firmo.dicto lib.2.

12 Imò concedunt, † ſufficere realem alie
nationis prohibitionem,ſecundum Corn.
conſ.59.Diu,nu.20.lib.2.conſ.22. In hac
conſultatione,nu.6. eodem vol. & Socin.
dicto conſ.249.Materia.nu.4.lib.2.

13 Sed quòd non ſufficiat dicere, †eiſdem,
tradit Io.Mar.Riminal.d.conſ.26.Occaſio
ne teſtamenti,nu.5.lib.1. Sed prior opin.
Corn.eſt verior.

14 Quartò Barto.opinio declaratur,† cum
in conditione poſiti,& nominatim grauati,
ſunt de deſcendentibus teſtatoris, aliàs
ſecus. poſt Iul.Clar. tradit Ioan. Cæphal.
conſ.419. Clariſſimus. nu.72.lib.3.Augu
ſtin.Bero.conſ.104.In hac Lucenſi cauſa,
col.antepen.verſic. Præterea illa doctrina
Bartoli,lib.2.

15 Quinto limitatur,† ſi teſtator mandaſſet
ſuum teſtamentum, vt iacet, de verbo ad
verbum ſeruari, ſine aliqua interpretatio-
ne,vel intelligentia. Auguſtin. Bero. nun-
cupatim,conſ.57.In cauſis, nu.66. lib.3.
verſic.Tertiò reſpondeo. quod an verum
ſit,pendet ex finalibus ferè verbis præſen-
tis tractatus; & cum Beroo ſentit Simon
de Prætis,lib.1.interpret.vlt.volun.in 1.in
terpret.2.ſol.nu.20.fol.9.idem ſtante ſta-
tuto, vt teſtamenta ad literam intelligan-
tur,concludit Iacob.Berret.conſ.74. Hæc
cauſa.nu.22.& 23.

16 Non tamen omitto, † quòd Steph.Ber
trand.in caſu contradictionis Barto.& al-
terius opin.conſuluit, compoſitionem, &
concordiam inter partes, officio amicorũ
ineundam eſſe, conſ.94. Tota.col. fin.lib.
7.eſtq; bonum verbum ac optimum cõ-
ſilium, quod retuli,non vt recedam ab ijs
quæ hucuſque dixi, circa iſtam coniectu-
rã, ex veris opinionibus deſuper traditis,
ſed vt à litibus receſſum comprobem, in
omni dubio partium litigantium: quod ſi
Aduocati facerent, uttenentur,plurimum
animarum ſaluti conſulerent: non deſunt
qui & ſi partes uelint à litibus recedere,ad
litigandum illas inflamment, ſed veh Ad-
uocatis iſtis: in die enim tremendi Iudi-
cij, in exteriores tenebras æternè man-
cipabuntur.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos,& grauatos im
perſonaliter, vt quia dictum ſit, ſi filius
meus deceſſeris ſine liberis, vel eius libe-
ri ſine liberis,bona deueniant in Stichum,
non cenſeri vocatos, ſed hæreditatem iſto
caſu ſaltem dici grauatam,nũ.2.*

3 *Liberos grauatos impersonaliter in conditio
ne poſitos, multo minus dici vocatos, cum
expreſſè in alia teſtamenti parte vocati re
perirentur.*

4 *Liberi poſiti in conditione, fideicommiſſò co
pulatiuè inſtituto, ac filijs iniuncto, vtrum
dicantur vocati.*

5 *Copulam poſitam inter incompatibilia,in di
ſiunctam reſolui.*

6 *Fideicommiſſum ſub duabus copulatiuis con
ditionibus relictum, altera deficiente, pro
pter impoßibilitatem iuris, vel facti, ex al-
tera ſuſtineri.*

7 *Copulam, ex mente teſtantis, in diſiunctam
reſolui.*

8 *Oldr.conſ.177.Teſtator in ſuo vltimo teſta
mento.poſt prin.verſi.Supereſt ergo, vſque
ad fi.conſ.communiter reprobari.*

CAP. V.

1 TERTIVS † principalis eſt ca-
ſus, cum ſumus in dubio,
quia verba non magis indi
cant, iniunctum fuiſſe reſti
tuendi grauamen ipſis filijs
quàm inſtituto; & in hoc communis, & in
dubitata omnium eſt opinio, quòd graua-
men teneat, & cenſeatur iniunctũ inſtitu-
to, qui eſt honoratus, non autem filijs in

 con-

conditione poſitis, qui non dicentur voca
ti, vt puta quia imperſonaliter eſt dictũ, Si
filius meus deceſſerit ſine liberis, uel eius
liberi ſine liberis, bona mea deueniant in
talẽ, & hoc ut actus ipſe teneat. l. quoties.
ff. de reb. dub. ita tenent Bal. & Salycet. in
dicta l. precibus. Socin. conſ. 104. Quo-
niam præſens conſultatio, col. 2. in fi. ante
nu. 3. lib. 3. uerſic. Præterea confirmatur,
Alexan. conſ. 13. Viſis, & perlectis. col. pe.
nu. 11. lib. 4. Dec. conſ. 182. In caſu occur-
renti. col. 3. ante fi. & ſentit Barto. in l. codi
cillis. ff. de uſufruc. leg. Nicol. Bellon. d. cõ
ſi. 81. Superioribus diebus. nu. 5. uerſi. Ter
tius caſus. Andr. Alcia. conſ. 209. Talis eſt
caſus. nu. 8. uerſic. Tertius caſus. lib. 9. ubi
de communi opin. atteſtatur. Pariſ. conſ.
42. Ad reſolutionem. col. 2. nu. 11. uerſic.
Et ſuadetur iſtud. ubi de communi pari-
ter fidem facit, lib. 3. conſ. 18. Conſidera-
tis. nu. 52. de communi. lib. 2. Carol. Ruin.
conſ. 105. Viſo teſtamento Zenonis. nu. 2.
uerſic. Nec dici poteſt. lib. 2. dicens omnes
cum hac opinione pertranſire, Curt. iun.
conſ. 139. Præſupponitur in facto. col. 6.
nu. 2. in 3. caſu. Ioann. Cæphal. conſ. 419.
Clariſſimus. col. antep. nu. 71. lib. 3. Ioann.
Mar. Riminal. conſ. 326. Viſo themate, nu.
25. lib. 2. conſ. 135. Spectabilis. num. 11.
lib. 1. & conſ. 26. Viſa facti narratione.
nu. 23. eodem uolum. Stephan. Bertrand.
conſ. 22. Ex themate, nu. 55. in tertio caſu.
in 2. parte. vol. 1. conſ. 141. Viſo caſu. poſt
nu. 2. in 2. parte, lib. 3. conſ. 139. Viſo ca-
ſu. col. 1. poſt nu. 2. lib. 5. vbi allegat Phili.
Franc. in d. l. ab eo. ſed credo voluiſſe ci-
tare Phil. Cor. & conſ. 136. Eo caſu. nu. 5.
lib. 6. Iul. Clar. titu. de teſtamen. quęſt. 78.
verſic. Tertius autem eſt caſus. Et dice-
2 bat † Curt. d. conſ. 139. nu. 21. quòd iſto
caſu ſaltem dicendum eſt, quòd ipſa hære
ditas dicatur grauata, & affecta onere fi-
deicommiſſi, ad quemcunque vadat, poſt
Bal. quem ibi allegat.

3 Hæc concluſio † maximè procedit, vbi-
cunque iſti poſiti in conditione eſſent ex-
preſsè aliquo caſu vocati, Ruin. conſ. 89.
Caſus iſte. nu. 31. lib. 2. conſ. 114. Viſo te-
ſtamento Nicolai. nu. 8. conſ. 169. Viden-
dum eſt. nu. 2. eod. lib. 2. Hierony. Zanch.
in d. §. cum ita. nu. 736.

4 Quartus † principalis caſus eſt, qui vel
mixtus quodammodo ex tertio infertur,
cum fideicommiſſum vtriſque copulatiuè
iniunctum eſt, & iſto caſu, videlicet in ter
minis Ruin. ſi aliquis filiorum ſuorum de-
cederet ſine filijs, & ſi filij maſculi alicu-
ius, & is decederet, & decederent ſine fi-
lijs, cum vtraque conditio debeat imple-
ri. l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtit. vi-
detur iſtud eſſe impoſſibile. ſi enim prima
purificatur, vt quia filius teſtatoris ſine fi-
lijs decedat, non poteſt altera impleri, hoc
eſt, non poſſunt filij eius qui deceſſit ſine
filijs, decedere ſine filijs, cum non ſint na-
ti. l. qui duos. de manum. teſtam. & tradit
Oldr. conſ. 177. Teſtator in ſuo vltimo te
ſtamento. poſt princip. verſic. Supereſt er-
go. vſque ad finem conſilij, Alex. conſ. 1.
Teſtator inſtituit. num. 9. & 10. cum ſeq.
lib. 1. propterea dicta conditio vltima, tan
quam impoſſibilis, debet reijci. l. 1. de con
dit. inſti. & per conſequens, habetur pro
non appoſita, & eſt perinde ac ſi filij filio-
rum eſſent grauati, & non eſſent in condi-
tione poſiti, nec in diſpoſitione: quo caſu
dubio procul onus eis iniunctum non va-
leret, & propter illud non dicerentur vo-
cati. d. l. ab eo. C. de fideicommiſ. & iſto
caſu Barto. in dicta l. centurio. non loqui-
tur, qui videtur verba facere quando ſub-
ſtitutio eſt facta ſub duplici conditione al
ternatiuè, & non copulatiuè. Proinde Ca
ro. Ruin. conſ. 11. Viſo ac perlecto. col. 3.
nu. 8. lib. 2. prædicta attendens dicebat, ꝙ
5 quando copula † reperitur poſita inter in-
compatibilia, in diſiunctam reſoluitur. l. ſi
Titio fundus. ff. de vſufr. lega. & probatur
ex not. in l. fi. C. de codic. & per Bart. in l. ſi
is qui ducenta. §. vtrum, de reb. dub. & ſic
iſtum eſſe caſum Bar. in d. l. centurio. & ita
concludebat, inducendo l. denique. §. in-
terdum. de pecu. lega. & tradita per Aret.
in ea. l. centurio, vt per eum, & cum Rui. te
net Lancellot. Galiau. cogitandum de ra-
tione relinquens, nu. 110. verſic. Et intelli
go. in d. l. centurio. vbi etiam Fran. Rip. nu.
169. verſic. ſed quid ſi ſubſtitutio. & And.
Alc. nu. 106. & Ripa allegat Sal. in l. preci-
bus. in 6. q. & Cor. conſ. 226. Quanquam,
col. 4. poſt nu. 6. verſic. Nec obſtat ſi dica-
tur. lib. 4. dicens Salyc. allegare Iacob. &
Rayn. Soc. iun. conſ. 145. Viſo teſtamento,
col. 4. nu. 23. verſic. Et vltra, lib. 3. hancq;
opinionem contra Ruin. in conſilio infra
allegando, defendit Hierony. Zanch. in d.
§. cum ita. nu. 1304. Steph. Bertr. conſ. 82.
Viſa clauſula. col. fin. nu. 6. lib. 1.

Porro Andr. Alciat. conſ. 209. Talis eſt
caſus. poſt num. 8. verſic. Et ex hoc tertio.
lib. 9. idem aſſeruit: cum, vt eſt dictum, in
6 fideicommiſſis, † ſub copulatiuis duabus
conditionibus relictis, altera deficiente,
per impoſſibilitatem iuris, vel facti, actus

ex

ex altera ſiſtineatur.d.l.1.de condit.inſti.
Docto.in l.impoſsibilis. de verb. oblig. &
quia vtile, per inutile nõ debet vitiari.l.3.
§.ſi cui plusquam.ff.de adim.legat. l.duo-
bus.ff.de teſtam.tut. Vnde regula copula-
tiuorum in propoſito non militat, cum
7 inſuper ex mente † teſtantis in diſiunctam
reſoluatur.l.generaliter.in princ.C.de in-
ſtit.& ſubſtit. vt ſcribit Alex.conſ.130.At
tentis verbis. ad fin. lib.2. & Carol. Ruin.
conſ.20.Viſo teſtamento, nu.15.lib.2.

Et quamuis Caro.Ruin.contrarium te-
neat, conſ.175. Poſtquam Ang.col.pen.
nu.6.& col. fin. lib.2. dicens idem tenere
Caſtrenſ. in quodam conſ.14 quod in no
uis eſt conſ.219. Viſis, & conſideratis.col.
1.lib.1.& idem dicit ipſe Ruin. conſ.96.
Quia de ſubſtitutionibus factis. col. pen.
num.18.& col. fina. lib.2.inducens Ange.
conſ.265. Dictum legatum. arguendo à
ſenſu contrario, vt per eum.

Tamen non eſt recedendum ab opinio
ne Salyc.Iacob.& Rayn. quam ſequuntur
præcitati Doctores. Nam Oldr. (vt Ruin.
taceam) videtur magis philoſophari quã
voluntati teſtantis accedere: & ab ipſo cæ
teri emphaſim quandam aſſumunt, ſed cõ
8 muniter reprobatur, † & contrariũ tenent
expreſsè ipſam reprobando, Franc. Aret.
in l.quãdiu. la vlt. ff.de acq.hæred.& in l.
ſi mater.§.fin.ff.de vulg.& pup. Ang.conſ.
93. Viſis & inſpectis omnibus.4.& 5. col.
Dec.conſ.427.licet.nu.13.Soc.iun. conſ.
90. Viſo teſtamento. col. pen. nu.24. di-
cens Oldra. deciſionem non eſſe veram,&
iniquitatem ſapere, plurimumq; volunta-
ti teſtatoris aduerſari: & illam reprobat
Iaſ.in l.1.col.8. ff. de vulg. & pupil. dum
ſe remittit ad dicta per Aret. in d.l.quan-
diu. idem Soc.iun. conſ.94. Quia in præ-
ſenti. col.9. num.46. cum ſeq. d.lib.1.&
conſ.181. De duobus.nu.57.lib.2. Curt.
ſen. conſ.51. Super teſtamentis Alberti.
col.fin.nu.29.inquiens, dictam deciſionẽ
confundi apertiſſimè ex not.per Bar.Bald.
Angel.& Imo.in d.l.quamdiu.Anto.Rub.
Alexan. conſ.104. Viſo caſu. in fi. dicens
ita conſuluiſſe Illuſtrem eius præcepto-
rem D. Carol. Ruin. primarium inter Mo
dernos Italiæ, verſic. Pramiſsis tamen. Iaſ.
conſ.148. Aggredior primum dubium.
col.3.verſic.Septimo pro iſta parte,& col.
quarta.vbi de communi, imò magis com-
muni opin. contra Oldr. atteſtatur: vt te-
merarium ſit, ab opin. Bart.in d.l. quãdiu.
recedere, aſſerens conſulendo ſemper il-
lam ſequutum fuiſſe, & fundamenta Ol-
dradi non ſtringere, vbi conſulendo alle-
gat Caſtr: & vt dicit Rub. verè Ruin. con-
ſuluit, conſ.94. Pro clara, & plena cogni-
tione, col.fin. poſt nu.14.verſic. Item non
obſtant rationes. vbi de communi atteſta
tur, lib.2.& conſ.140. Viſo,& bene intel
lecto. nu.10. eod. vol. Franc.Rip.in d.l.1.
nu.92.verſic. Reperio tamen. de vulga. &
pup.allegans Cur.ſen. And.Alc. lib.3. de
verb.ſig.in fi.ſecundi Axiomat.fol.144. di
cens contra Oldr. reſpondiſſe Soc.Lance.
Polit.in tract.ſubſti.de vulg.ſubſt.nu.107.
Nouiſſ.Pariſiens.ad Alex.d.conſ.1.Teſta-
tor inſtituit.nu.10.in add.in verb.inutilis.
lib.2. remittens ſe ad notata in conſuetu.
Pariſ.§.120.& cõſ.136.Circa primum du
bium.nu.4.in verſic. Old.lib.6.

Et ſi rectè inſpiciantur verba Caſtr. d.
conſ.219.col.1.lib.1.nu.2.in verſi. Poſito
autem. videtur non ſe fundare in deſuper
traditis, imò de illis dubitare, & omnibus
reſpondet Zanch.in d.§.cum ita.nu.1304.
vt non putem inſiſtendum.

Quòd vero nullo modo Oldra. deciſio
aptari poſsit ad fideicommiſſariam ſubſti-
tutionem, Dec.d.conſ.427. Licet, nu.12.
poſt Socin.quem citat, vt alios taceam,

QVARTI LIBRI FINIS.

TRACTATVS
CELEBERRIMI
IVRISCONS.
D. IOSEPHI DE RVSTICIS,
PATRICII AQVILANI,
An, & quando liberi in conditione poſiti vocentur:
LIBER QVINTVS.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, cenſeri vocatos, quando inſtituti ſunt etiam reciprocè ſubſtituti, ſi ſine liberis &c. tunc. n. in alia ſequenti ſubſtitutione de ſupradictis ſubſtitutis facta, vocati cēſentur etiam poſiti in conditione, in præcedenti reciproca ſubſtitutione. Qui contradicant nu. 4. Sed à priori concluſione non diſceditur, nu. 5.*

2 *Liberos in conditione poſitos, cenſeri vocatos, cum ſubſtitutus eſt aliquis, & eius liberi: tunc enim filij etiam grauatorum in cōditione poſiti, vocati dicerentur.*

3 *Tranſmiſsionem coniecturari, aliquo ſubſtituto, & eius liberis.*

6 *Argumentari de tranſmiſsione ad vocationem, ad vtramque coniecturandam.*

CAP. I.

1 NONA † vocationis coniectura traditur, quando inſtituti ſunt etiam reciprocè ſubſtituti, ſi ſine liberis &cæt. tunc quidem in alia ſubſequenti ſubſtitutione facta, de ſupradictis ſubſtitutis, vocati cenſentur etiam poſiti in conditione, in præcedenti reciproca ſubſtitutione: maximè ſtante ratione agnationis conſeruandæ, vt ſubtiliter per Corn. conſ. 146. In hac conſultatione, col. 4. poſt nu. 13. li. 2. quem refert Hieronym. Zanch. in d. §. cum ita. nu. 779. allegans etiam Riminal. conſ. 78. col. 2. lib. 1. vbi quòd poſiti in conditione, continentur in ſubſtitutione facta de alijs ſuperſtitibus, vt per eum, Pariſ. conſ. 37. Si bona, nu. 38. lib. 2. Iacob. Menoch. conſ. 135. Reſpondendum, nu. 6. verſic. Atqui, lib. 2.

2 Decima eſt coniectura, † cum ſubſtitutus eſſet aliquis, & eius liberi: tunc enim filij etiam grauatorum poſiti in conditione, dicerentur vocati: nam ex quo magis inſtitutos ſubſtitutis dilexit, ita veriſimiliter inſtitutorum filios in conditione poſitos, liberis ſubſtituti prædilexiſſe intelligendum eſt, Ludou. Gozad. conſ. 64. in cauſa. col. 2. ante nu. 11. verſic. Quintò dico. Aymo Crauet. conſ. 62. Nobilis Vrbanus. col. 2. in fi. nu. 10. verſic. Secunda coniectura. poſt Curt. iun. conſ. 16. videtur prima facie. nu. 6. & 7. Caro. Ruin. conſ. 142. viſo, & perlecto. quod reddidit pro Illuſtriſsimo, & Excellētiſsimo Domino Proſpero Columna. col. 5. ante nu. 12. verſic.

Et

Et iſtud etiam ex alio comprobatur. lib. 3.
idem videtur velle Franc. Ripa in d.l.cen-
turio. num. 165 verſic. Quarta coniectura.
idem Rui. conſ. 140. viſa facti narratione.
col. 5. nu. 9. verſic. Nec obſtat. d. lib. 3. Io.
Cæph. conſ. 251. quoniam. nu. 76. lib. 2. &
conſ. 188. Dominus Ambroſius. nu. 15.
eod. vol. Auguſt. Bero. conſ. 57. in cauſis.
nu. 58. verſic. Et tanto magis. li. 3. Menoc.
d. conſ. 135. reſpondendum. poſt nu. 7. ver
ſic. Quartò confert. conſ. 549. De prima
illa, nu. 3. lib. 6.
3 Et in coniecturanda † transſmiſſione, So
cin. conſ. 6. in præſenti conſultatione. col.
4. nu. 16. verſic. Confirmatur. lib. 3. Curt.
iun. d. conſ. 16. vſ prima facie. col. 3. nu. 7.
verſi. Sed quid fortius adeſt. Rui. conſ. 79.
Primò videndũ eſt. col. pe. nu. 14. li. 3. cõſ.
130. Primò per ordinẽ. col. 2. nu. 3. eo. vol.
4 In contrarium allegatur † Socin. conſ.
104. Quoniam præſens conſultatio. col. 2.
poſt num. 2. in fi. lib. 3. conſ. 116. in cauſa.
col. 3. poſt nu. 4. verſic. Secundum colli-
gunt, iunc. verſic. Secundum verò tollitur,
poſt nu. 5. col. 4. ante medium, eod. vol.
Pariſ. conſ. 87. vidi, & legi. col. 4. ante fi.
nu. 25. lib. 2. Corn. conſ. 186. quanquam
præſens conſultatio. col. 3. in princ. ante
nu. 6. li. 3. Lancel. Galiau. in d.l. centurio.
ante num. 99. verſic. Amplia tertiò. rurſus
Socin. conſ. 69. viſo teſtamento Ioannis.
col. 2. in princ. d. lib. 3. Hieron. Zanch. in
d.l. hęredes mei. §. cum ita. nu. 781.
Sed quicquid eruditiſſimus Zanch. ni-
5 tatur dicere, † non eſt recedendum à dicta
coniectura vocationis, quæ eſt veriſſima,
tùm authoritate ſupraſcriptorum Docto-
rum, expreſsè in vocatione loquentium,
tùm etiam Cur. Soc. ac Caro. Ruini, in ter
minis transſmiſſionis conditionalis fidei-
6 commiſſi verba facientium, arguendo † de
vocatione, ad transſmiſſionem in his termi
nis, vt arguunt Aymo. d. conſ. 62. & Curt.
iun. d. conſ. 16. non ſolùm à paritate, ſed
maioritate rationis affirmatiuè, vt iſto ca-
ſu concludenter ſit vera argumentatio; nã
maioritas rationis, temperat difficultatem
vocationis, & parificat reſpectu facilitatis
transſmiſſionis, vnam ad aliam conferen-
do. Nec in contrariũ allegata vrgent, dùm
diſtinguunt de actiua, & paſsiua vocatio-
ne ad fideicommiſſum; nam actiuam tan
tùm vocationem præſupponendo, potius
iſtam opinionem confirmant, vt poſsimus
ad vocationem poſitorum in conditione
inferre, præſupponendo opinionem Glo.
limitari, non ſolùm ex cõiectura vocatio-
nis paſsiuæ, & grauaminis, verùm etiam
ex alijs coniecturis diſpoſitiuis, vt meritò
inferatur. Nec reſtrictio Hieronymi Zan-
chi in caſum vulgaris tantùm ſubſtitutio-
nis locum habet, vt ſubſtituti liberi intel-
ligantur vocati in iſtum caſum prædece-
dentiæ, ſiue impotentiæ, qui trahitur etiã
ad caſum voluntatis. l. Gallus. §. & quid ſi
tantùm. vbi Doct. de lib. & poſthum. non
autem per fideicommiſſum, & proinde e-
tiam poſiti in conditione in iſtum tantum
caſum cenſeantur vocati. Nam eſtò eius
aſſumptum verum eſſe, ad fundandam ma
iorem propoſitionem, reſpondeo, prædi-
lectionis exceſſum circa poſitos in condi-
tione, reſpuere huiuſmodi reſtrictionem:
ſat eſt, minus dilectos, vocatos eſſe in il-
lum caſum: ergo magis dilecti non in il-
lum caſum ſolum cenſebuntur vocati, ſed
ampliori voluntatis affectu, etiam in fidei-
commiſſariam ſubſtitutionem, militante
ratione prædilectionis, ad inducendum
maiorem affectionis & amoris conſen-
ſum, vt ſemper ratio l. Publius. de condit.
& demon. vrgere videatur, ad iſtam conie
cturam fundandam.

SVMMARIVM.

1 *Liberos bis poſitos in conditione, vocatos cẽ*
ſeri, & nu. 2.
3 *Liberos in conditione poſitos, cenſeri voca-*
tos, ſi teſtator in alio capitulo, ipſos in con
ditione poſitos, præſupponeret vocatos eſ
ſe: quia diceret, Si nollent etiam ipſi ac-
ceptare. Sed limitatur, nu. 6 limitatio ta-
men minimè comprobatur.
4 *Nolle eius eſſe, cuius eſt velle.*
5 *Declarationem ſequentem, nihil de nouo*
inducere.

CAP. II.

VNDECIMA circunfertur,
1 ſi † bis eſſent poſiti in con
ditione, ſecundùm Ludou.
Gozad. conſ. 64. in cauſa.
col. 2. num. 9. verſic. Tertiò
quoties filij, dicens ita in terminis conclu-
dere Corne. conſ. 74. uiſo prolixo. col. 1.
nu. 5. lib. 2. idemq́; uidetur tenere Io. Fran
ciſc. Purpur. inter conſ. Laurent. Syluan.
conſ. 53. poſt nu. 4. in 3. coniect. Aym. Cra
ue. conſ. fi. Dominus Iacobus. col. 4. nu. 6.
Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei. §.
cum ita. nu. 783. verſic. Nona coniectura.
Franc. Gratian. Vicent. in tract. de vulgar.

&

& fideicom. ſubſtitut. fol. 21. nu. 27. verſic.
Et his caſibus. Iacob. Menoch. conſ. 135.
Reſpondendum. nu. 7. verſic. Atqui. lib. 2.
Ioan. Cæphal. conſ. 476. inſignis Eques.
nu. 10. verſic. quibus accedat. lib. 4. rurſus
Menoch. conſ. 325. de prima propoſita du
bit. nu. 11. lib. 4. rurſus Iacob. Menochius
conſ. 613. Reſpōdendum uidebatur, nu. 6.
verſic. Tertiò accedit, lib. 7. conſ. 549. De
prima illa ſubſtitutione, nu. 2. lib. 6. Petr.
Anton. de Petr. in tract. de fideicom. pro-
hib. q. 9[illegible]u. 205. fol. 214. Franciſ. Burſat.
con. 310. Non leuis difficultas, nu. 23. ver-
ſic. Seruit quod dicunt, lib. 3. poſt Cor-
neum, Ludouicum Gozadinum, Lauren-
tium Syluanum, Io. Franciſcum Purpura-
tum, Hieronymum Zanchum, & Auguſti-
num Beroum, quos ibi citat, Syluester
Aldobrandin. conſ. 29. Hieronymus Gen-
tilis, nu. 49. verſic. Et quando.

Sed contrarium tenet Ant. Gabriel. in
tit. de fideicom. 4. conclu. nu. 32. dicens, q
ſi poſiti in vna, non cenſentur vocati, mi-
nus cenſentur uocati poſiti in duabus, tan
quam minus dilecti. Sed non eſt receden-
2 dum † ab opin. Corn. & aliorum; Nam ſi
poſitio in vna conditione eſt argumētum
prædilectionis, d. l. Lucius. ergo toties
liberi erunt prædilecti, quoties poſiti in
conditione reperientur, vt ex multiplici
argumento prælationis, enixa quædam vo
luntas non immeritò reſultet, ad vocatio-
nem, & diſpoſitionem inducendam; &
dum Anto. Gabr. dicit, in ſecunda minus
dilectos eſſe, non eſt audiendus, cùm in
prima ſit dilectus, ergo magis in ſecunda,
ex firmiori memoria teſtatoris preferendi,
vt facilè conijciendum ſit, ipſos vocaſſe:
nam fallacia eſt in eo, poſuit in conditio-
ne, ergo non dilexit: hoc enim eſt valde
abſurdum, & abſurdiſſimum, data gemina
tione, quæ (vt diximus) plurimùm opera-
tur, & deducit Corn. d. conſ. 74. nu. 5.
3 Duodecima † adnotatur, cùm teſtator
in alio capitulo hos in cōditione poſitos,
præſupponeret vocatos eſſe: puta ſi dice-
ret, Si nollent etiam ipſi acceptare hære-
ditatem. Aymo. Crauet. conſ. 62. Nobilis
Vrbanus. col. pen. nu. 11. verſic. Tertia con-
iectura. ne igitur fruſtrà dicta verba, ſi nol
lent, poſita videantur, ita debemus inter-
4 pretari, quia eius eſt nolle, † cuius eſt vel-
le, & è contra. l. 3. ff. de reg. iur. Vnde teſta-
tor prouidendo in caſum noluntatis, clarè
præſupponit caſum voluntatis, tanquam
antecedens neceſſarium: & ſic quòd po-
ſiti in conditione, poſſint hereditatem ac-
ceptare ſi velint; & circa extenſionem, &
relationem dictorum verborum, egregiè
loquitur Aym. in citato conſ. vt non ſit in-
ſiſtendum: & congruunt quæ in iſtis ter-
minis declarationis teſtatoris, ad vocatio-
nem poſitorum in conditione, tradit Soc.
conſ. 73. capiēdo primum. col. 8. ante nu.
31. verſic. Solum in hac difficultate. lib. 4.
& adduci poteſt Papiniani authoritas, li-
bro 15. quæſtion. in l. cum proponebatur.
vbi Gloſ. 1. de leg. 2.

Et quamuis Hieronym. Zanch. in d. §.
cum ita. nu. 784. aduerſus iſtam coniectu-
ram, communem ſententiam contra Bar.
in d. l. centurio. inducat, non videtur poſt-
modum ab ipſa recedere, cùm etſi pro Bar
to. ſit communis, imò receptior, & æquior
opinio, vt in præcedentibus viſum eſt, ſu-
mus etiam in terminis valde diuerſis; nam
in propoſito, pro neceſſario antecedenti
præſupponenda eſt vocatio, & ſubſequēs
5 hæc declaratio nihil de nouo † inducit. l.
hæredes palam. §. ſi quid poſt. in fi. ff. de te
ſtam. Dec. in mater. fideicommiſſaria, con
ſi. 287. in ciuitate Placentiæ. col. antepen.
ante nu. 12. verſic. Non obſtat quòd pro-
pter illam cauſam. Io. Cæph. conſ. 134. in
præſenti conſultatione. nu. 7. lib. 1.
6 Limitatur tamen in illum caſum, † quo
eſſent particulariter vocati ex aliqua cau-
ſa, vt tunc verba declaratoria, ad illum tan
tum caſum referantur, ſecundum Hieron.
Zanch. in d. §. cum ita. nu. 784. verſic. Cæ-
terùm ea retenta, ex traditis per Franciſc.
Aret. d. conſ. 156. col. 4. & Pet. de Ancha.
d. conſ. 136. col. fin. Alexan. Ruin. & alios,
quos deſuper congeſſimus. Hæc antem li
mitatio, videtur valdè incōgrua ad caſum,
ſiue exemplum propoſitum relata, nam ſi
ſequentia verba ad uniuerſum ius, & to-
tam hæreditatem, genuina ſignificatione,
& interpretatione poſſunt referri, abſur-
dum videtur, illa ad ſingularem, ſeu ſpe-
cialem vocationis caſum tantùm reſtrin-
gere. quemadmodum itaque coniecturā
prædictam uti veram recipimus, ſic limi-
tationem, ut ipſam Zāch. admittit, reſpui-
mus: & ſecundùm caſus contingentiam,
in terminis iuris, relinquimus applican-
dam, verbis inſpectis, & mente teſtantis
diligenter animaduerſa.

SVMMARIVM.

1 *Liberos poſitos in conditione cenſeri voca-*
tos, quando ſubſtitutus eſt aliquis, & eius
filij, tunc filij ex ſubſtituto, poſiti poſteà in
condi-

conditione, in ſubſtitutione eorum patri factа, vocati cenſentur, & nu. 2.

3 *Liberos poſitos in cõditione, cenſeri vocatos, quando aliàs ſequeretur, quòd remotior proximiorem excluderet: & minus dilectus, magis dilecto præferretur.*

4 *Transmiſſionem fideicommiſſi cõditionalis coniecturari, quando niſi fieret, minus dilectus, magis dilecto præferretur.*

5 *Subſtitutionem conceptam in vnum caſum, non trahi ad alium, ad quem aliàs traheretur, cùm ſequeretur, quòd minus dilectus, magis dilecto præferretur.*

6 *Extenſionem fieri, quæ aliàs non fieret, vbi minus dilectus, magis dilecto præferendus veniret.*

7 *Subſtitutionem fideicommiſſariam filiorum nominatorum, vel nepotum, nõ adiecto in capita, vel in ſtirpes, vno ex filijs præmortuo relictis pluribus nepotibus teſtatori, intelligi in ſtirpes, & non in capita.*

8 *Liberorum appellatione in contractibus, fœminæ licet non includantur, cùm ſequeretur, quòd minus dilectus, &c. fœminas ipſas includi.*

CAP. III.

1 DECIMAMTERTIAM † Io. Mar. Riminal. coniecturam excogitabat, conſ. 189. col. 3. poſt med. & col. 5. dicens, quòd quando ſubſtitutus eſt aliquis, & eius filij, tunc filij ex ſubſtituto, poſiti poſteà in conditione in ſubſtitutione eorum patri facta cenſentur vocati, ea ratione, quia ſi teſtator eos vocauit ad portionem alterius, multò magis cenſetur ad portionem eorum patris eoſdem vocare.

Sed Hierony. Zanch. contradicit, & to-
2 tum † oppoſitum conſuluiſſe Caro. Ruin.
conſil. 102. videtur prima conſideratione
dicendum. nu. 5. cum ſeq. & nu. 10. lib. 2. re
ſtringentem dictam filiorum ſubſtitutio-
nem ad vulgarem tantum, ordine ſucceſſi-
uo, ex traditis per Rapha. Cuma. in fortio-
ribus terminis, in d. l. Gallus. §. quidam re-
ctè. vbi concludit, quòd ſi plures ſint copu
latiuè ſubſtituti ordine ſucceſſiuo, & hoc
conſtet, puta ſi dicatur, quandocunque
deceſſerit filius meus ſine filijs, ſubſtituo
fratrem, & filios, videtur quòd dicti filij fra
tris, dicuntur inter ſe vulgariter tantũ ſub-
ſtituti, adeò quòd vno admiſſo, ceſſat ſub-
ſtitutio omnium: dicens ita conſuluiſſe cũ
Raph. Fulgoſ. per multas rationes, de qui-
bus ibi per eum; Sed Raph. per Socin. in d.
§. quidam rectè. redarguitur, nec Ruin. ex
eo pedem figit: ſed quia in caſu ſuo verſa-
batur in vulgari expreſſa. Argumentum igi
tur Riminal. non tendit ad inducendã eandem ſubſtitutionem, ſed ſimpliciter vocatiunem, vt dicebam, ex maioritate rationis vndecunque reſultet. Itaque ſi vocatur ad partem alterius etiam vulgariter tantum, multò magis ad portionem paternam, magis ſibi debitam. Et ſi diceretur, multò minus, cùm lex de patre confidat; Reſpõdeo, huiuſmodi obiectum tolli ex rationibus traditis per Socin. iun. conſ. 158. abundè. nu. 59. verſic. Et iſtud eo præcipuè. li. 2. vbi conſiderat tres caſus, ex quibus poſſet contingere eluſio teſtatoris, in damnum poſitorum in conditione, niſi ex teſtamento ipſos vocari dixerimus, imò in damnum ſubſtituti, puta per exhęredationem filiorum. Vlterius fiducia tollitur, cùm enim teſtator, inſtituto ademerit facultatem diſponendi fauore ſubſtituti, fortius dici debet idem feciſſe fauore poſitorum in conditione, quos magis dilexit quàm ſubſtitutum. Denique propter caſum futurum, vt dum pater moritur, etiam ipſo volente, non poſſet bona teſtatoris habere, puta ſi ipſe viuens alienaſſet: vel clarius ſi eius bona publicata fuiſſent; nam nequirent filij illa recuperare, niſi uocati eſſent, & tamen eis nõ exiſtentibus, poſſent per ſubſtitutum peti, atque obtineri, quod certe contra mentẽ teſtantis contingeret, cui ſemper eſt inſeruiendum: non igitur eſt tuta illa ratio, vt ideo non vocentur, propter fiduciam paternam, ex caſuum accidentibus, quibus mens iſta eluderetur, & proinde eſt dicendum, teſtatorem viam tutiorem elegiſſe, vt eius voluntas exitum conſequatur.

3 Decimaquarta eſt, † quando aliàs ſequeretur, quòd remotior proximiorem excluderet, & minus dilectus, magis dilecto præferretur, Carol. Ruin. conſ. 99. ſuper his. col. antepen. nu. 14. cum ſeq. lib. 1. Soc. iu. conſ. 141. Habita diligenti animaduerſione. nu. 17. verſic. Alioquin. lib. 2. vbi citat Corn. conſ. 74. viſo prolixo. col. 2. nu. 9. li. 2. Io. Cæph. conſ. 114. Magnificus D. Bartholomæus. nu. 31. lib. 1. idem Ruin. conſ. 140. viſa facti narratione. col. 5. nu. 9. verſic. Nec obſtat d. l. ab eo. & uerſi. Item ſi hæreditatem: lib. 3. Hieron. Grat. conſ. 48. ut ex literis. nu. 14. uerſic. Sed hic adeſt. li. 1, conſ. 32. uiſo teſtamento. nu. 15. poſt Cor. d. conſ. lib. 2. & conſ. 101. ex ſerie facti. nu. 19. uerſic. Secundò fallit. eo. uolum. rurſus

Ruin.

Ruin.conſ.108.uiſa,ac bene Intellecta.nu. 12.lib.2.conſ.111.uiſo, ac perlecto. col.fi. nu.16.eod.uol.& argumentatur Soc.conſ. 116.in cauſa.col.3.circa med.verſi.Secundum colligunt.d.lib.3.Aym.Crauet.conſ. 62.Nobilis Vrbanus.nu.8.adhuc Io. Cæphal.conſ.188.Do.Ambroſius.nu.11.lib. 2.conſ.383.uiſo,& perlecto.nu.13.lib.3. Celſ. Hugo conſ.20.in præſenti conſultatione.nu.44. uerſic. Corroboro etiam.& nu.35.uerſic.Vnde cum iſti filij. Ludouic. Gozadin.in repet.l.1.nu.9. uerſic. Quartò limito.C.de pact.Franciſ.Mant.in trac.de coniect.ult.uolun.lib.11.tit.3.ante nu.14. Iacob.Berre.conſ.78.licèt.nu.4.quicquid dixerit in contrarium, conſ.74. hæc cauſa. nu.14. Franc. Turturel. conſ.394. ſi cum textu.nu.6.inter conſ.Iacob.Menoc.lib.4. Decia.conſ.78. Dico ergo.nu.7.lib.2. Iac. Mandell. Albenſ. conſ.312. Intentio, nu. 12.libro ſecundo.

4 Hùc ſpectat † quòd de fideicommiſſi cõditionalis tranſmiſſione dicunt Doctores, quòd urgens tranſmiſſionis ſit coniectura, quando aliàs niſi tranſmiſſio fieret, ſequeretur quòd minus dilectus, magis dilecto præferretur,argumen.d.l.Publius. §.1. de cond.& demon.ita teſtantur Soc. conſ.6. in præſenti conſultatione.col.3.nu.13.lib. 3.Aym. Crauet. in l. cum filiofamil. in 2. parte.nu.349.allegat Iaſ.conſ.52.materia præſentis conſultationis.col.fi.verſi.Quarta coniectura.lib.3.Caro.Ruin.conſ.178. ſubtiliter,& abundè.col.3.nu.5. verſic. Et propterea.lib.2.vbi fieri etiam tranſmiſſionem concludit, cùm aliàs pariter dilectus excluderetur.

5 Item illud, † quòd ſubſtitutio concepta vno caſu, non trahitur ad alium, & ad quem traheretur, ſi prædictum abſurdum ceſſaret, vt probat Gloſ.ſecundùm Bartoli ſubtilem intelligentiam,in l.ſi mater. §. fi.ante nu.3.verſic.Mihi videtur.ff. de vul. & pup.& ſequuntur Imo.& cæteri,ac Rui. d.conſ.178.nu.5.

Vnde dicebat Socin.conſ.240.in cauſa Bononienſi. col.antepen.verſic. Primò vt

6 deueniamus, lib.3.vt idem † ſit è contra, quando caſus non deberet extendi, eadẽ ratione extendatur, quia quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito. l.ſi vt proponis. C. de nup.cum ſim.Faciunt tradita per eundem Bar.in l.Gallus,§.etiam ſi parente.nu.4.& 5.de lib.& poſthum.

7 Et quæ ipſe Bart.dixit † in l.quidam relegatus.§.fi.in fi. verſic.Et ex his poteſt inferri.ff.de reb.dub. pone dicit teſtator, ſi talis deceſſerit ſine liberis, veniat hæreditas mea in Caium, & Sempronium, vel eorum filios: nec dixit in ſtirpem, decedit vnus ex his, relictis pluribus filijs, vtrum omnes iſti filij admittantur in vnam portionem cum ſuperuiuente, an quilibet habebit tantum, quantum ſuperuiuens. & videbatur quòd ſic,per illum tex.tamen concludit, quòd omnes dicti filij,hoc caſu habebunt tantum dimidiam, & alius aliam dimidiam, hocque ex coniectura ta mente defuncti: quia ſi voluit, quòd pater dictorum filiorum haberet ſolum dimidiam, cenſendum non eſt, quod eius filij minus dilecti, vltrà eam aliquid conſequantur.

Propterea Alex.in l.ſed & ſi hac.§.liberos.nu.3.de in ius vocan.voluit etiã,quòd

8 licèt † in contractibus appellatione liberorum,non veniant fœminæ, quia in ijs maſculinum non concipit fœmininum:tamen continebuntur, quando aliter ſequeretur prædictum abſurdum, quòd minus dilectus,magis dilecto præferretur, ſimiliaque adducit,vt per eum.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos affirmatiuè,ad excluſionem aliorum qui ab inteſtato vocarentur,diſpoſitiuè vocatos intelligi.*

2 *Liberos in conditione, cenſeri vocatos, cùm per ipſos cenſentur tacitè excluſa alia perſona,quæ aliàs eſſent paris,vel melioris cõditionis: ac etiam vbi fauore poſitorum in conditione; ij excluduntur, qui in totum, vel in partem eoſdem excluderet.*

3 *Liberos in conditione poſitos,cenſeri vocatos eum diſpoſitiuè in aliqua teſtamenti, & hæreditatis parte ponerentur, vt in inſtitutione, vel ſubſtitutione.ſed nu.5. vocatos non cenſeri deciditur.*

4 *Subſtitutione reciproca inter plures ſubſtitutos pupillariter facta, præſumi in fideicommiſſo conditionali eiſdem facto,voluiſſe teſtatorem illos ad inuicem ſubſtituere.*

6 *Galli Aquilij formula, nunquid poſitorum in conditione vocationem operetur, & nu.7. vbi vocatos non eſſe concluditur, ex communi opinione.*

8 *Liberos in conditione poſitos,inter quos poſthumus eſſe poteſt,vocatos per fideicommiſſum intelligi.*

CAP.

CAP. IIII.

1 Decimamqvintam † cō iecturam inuenere, quando liberi ponūtur in conditione affirmatiuè, ad excluſionem aliorum, qui aliàs ab inteſtato vocarentur, iux. not. per Barto. in l. 2. §. videndum. nu. 2. ff. ad Tertul. cum ſimilibus deſuper traditis, in coniectura maſculinitatis, quæ in his terminis vera ſunt, non autem in poſitis in conditione negatiuè. Dec. conſ. 283. & diligenter, col. 4. nu. 5. verſic. Secundò reſpondetur. Paul. de Caſtr. conſ. 359. ſupraſcriptus D. Conſultor. col. 1. poſt nu. 1. verſic. Nec obſtant no. per Bar. lib. 2. Caro. Ruin. conſ. 181. viſis cō filijs. col. 5. nu. 10. verſic. Nec obſtat etiam, conſ. 201. viſo, ac perlecto. col. 3. nu. 4 verſic. Nec obſtat quod notatur. lib. 2. conſ. 134. circa caſum. col. 3. nu. 5. conſ. 141. viſo teſtamento. col. 5. nu. 12. verſic. Nec obſtant allegata, lib. 3. & poſt Albert. Brun. quem citat, tradit Anto. Gab. tit. de fideic. concl. 4. nu. 37. Io. Cæph. conſ. 419. Clariſſimus. nu. 50. lib. 3.

Et licèt Bartoli doctrinam, in diſpoſitione legis, non autem teſtatoris procedere, apud dictam maſculinitatis coniecturam enarrauerim, vt ſuperuacua repetitio videatur: tamen coniectura hæc reſpuenda non videtur.

2 Decimamſextam † formant coniecturam, quando per iſtos in conditione poſitos, cenſerentur tacitè excluſæ aliæ perſonæ, quæ aliàs eſſent paris, vel melioris conditionis, quàm ipſi in conditione poſiti: tunc enim ijdem in conditione poſiti, cenſerentur vocati, Carol. Ruin. conſil. 140. viſa facti narratione. num. 12. vſque ad num. 16. libro tertio. vbi num. 14. ex doctr. Bar. in d. l. 2. §. videndum. ad Tertul. vnam elicit concluſionem, quòd poſitus in conditione cenſetur vocatus, vbi eius fauore excluditur ille, qui eum, vel in totum, vel in partem excluſiſſet. d. nu. 16. ſubdens, quòd & ſi iſtam concluſionem non inueneritab alio tactam, putat tamen veram eſſe, & ex ea declarari no. in d. l. Lucius. & not. in d. §. videndum. quę videbantur contraria, vt per eum, à d. nu. 12. infrà, latè inſiſtentem. Hier. Zan. in d. §. cum ita. nu. 792. non diſcedit ab iſta coniectura, licèt ipſam magis referat ad vim excluſionis quàm poſitionis in conditione: quæ differentia ſubſtantialis non videtur, & idem tenet Hier. Grat. conſ. 32. viſo teſtamento. nu. 16. lib. 2. conſ. 101. ex ſerie facti. nu. 22. eod. uol. Franc. Marzar. poſt Cur. iun. Aym. & Corn. comprobans coniecturam iſtam ex doctrina Bar. in d. §. uidendum. elicita, conſ. 1. in 3. q. uerſic. Quarta coniectura eſt. cuius meminit in epitom. q. 20. Iacob. Menoch. conſ. 325. de prima propoſita dubit. nu. 16. lib. 4.

Decimaſeptima uidetur eſſe notabilis
3 coniectura, † ſi diſpoſitiuè in aliqua teſtamenti, & hæreditatis parte, liberi ponerentur: ut in inſtitutione, uel ſubſtitutione, eùm ex prima, ſecunda declaretur. l. cohæredi. §. qui diſcretas. ubi Alex. de Imol. de vulg. & pup. & l. 1. C. de impub. & al. ſubſtit. not. Bar. in l. Lucius. in fi. nu. 18. uerſic. Sed quæro. de vul. & pup. Alex. conſ. 66. uiſo teſtamento. col. 1. lib. 2. & probatur in d. l. cum proponebatur. de le. 2. iuxta intellectum Pau. de Caſ. ubi dicitur ſecundum
4 eum, quòd ex ſubſtitutione † reciproca, facta inter plures ſubſtitutos pupillariter, p̄ſumitur quòd in fideicommiſſo conditionali eiſdem facto, uoluerit etiam teſtator illos adinulcem ſubſtituere, & ſic habetur ſubſtitutio pro facta, quamuis non reperiatur expreſſa, nec ſcripta: & licet Accur. & Bar. aliter illum tex. intelligant, non tñ ſequitur, qu in Caſtrēſ. dictum ſit in ſe uerū: ſi igitur illo caſu, præſumitur facta ſubſtitutio reciproca in fideicommiſſo, de qua aliter non conſtat, ex hoc ſolùm, quia in hæreditate pupilli fuerunt illi adinuicem ſubſtituti: pari ratione in propoſito, ex inſtitutione, in qua ponuntur filij diſpoſitiuè ad vnam partem, præſumendum eſt, quòd etiam ad aliam partem vocentur diſpoſitiuè, licet quo ad illam in conditione reperiantur: & præcipuè cùm hoc ſit factū eorum fauore; & ita in his terminis argumentabatur Caro. Ruin. conſ. 160. viſo, & perlecto. col. 7. nu. 24. verſi. Secundò iſtud confirmatur. lib. 2. Aym. Craue. conſ. fin. D. Iacob. nu. 5. & 7. Hierony. Grat. conſ. 126. in præſenti cauſa. nu. 8. lib. 2. Franciſ. Gratia. in tract. de vulg. & fideicom. fo. 21. nu. 27. verſic. Et his caſibus. Ioan. Cęphal. conſ. 476. inſignis Eques. nu. 11. lib. 4. Iacob. Mandel. Albenſ. conſ. 456. Primus articulus. nu. 14. conſ. 511. Anno 1451. nu. 12. & 13. lib. 3. Marc. Anton. Eugen. conſ. 52. Vincentius Fulginas, nu. 25. uerſic. Et videtur veriſſima concluſio, & nu. 30. verſic. Hic autem. potentiſſimam coniecturā eſſe inquiens. Rot. Roman. in nouiſſimis deciſ. 322. nu. 5. lib. 1.

5 Sed contrarium † in inſtitutione, & ſubſtitu-

ſtitutione,tenet Soc.conſ. 1 t 6.in cauſa filiorum.nu.2.col.2. verſic. Et in terminis. col.3.num.6.verſic. Prætereà regula eſt.& col pen.ante nu,8.verſic. Prætereà ad omnia iſta. lib.3. & d.nu.2.allegat tria Alex. conſ. & hic repetenda ſunt ſcribentiũ nomina,quæ pro ſecunda limitatione,ad doctrinam Barto. in d.l.centurio.induxi.Expreſſum etenim, facit ceſſare tacitum,etiã circa diuerſa. l. maritus . vbi Alex. contra Saly.C.de procur.Bald.conſ.472. in cauſa prioris. col.2. conſ. 194. præmiſſis verbis.ad fi.lib.2.Carol.Rui.conſ.103. Quæſtio quę proponitur.ad fin.lib.2.Cur.iun. conſ.35.D.Benedictus Oliua.nu.5. Aym. Crauet.in eius reſpon. pro Genero,incip. Et ſi abũdè.nu. 242.l.cum ex filio. §.filio. de vulg.& pup.eſt itaque concludendum, dictam coniecturam veram non eſſe, & cũ Socin. & alijs tranſeundum . cum quibus etiam ſentiunt, Petr.Anton.de Petr.in d. tractat. de fideicom. prohib.q.9. nu.218. verſic.Sed hæc coniectura non eſt vera . & Paul.de Montepico conſ.99. Audita, nume.77. vbi puribus comprobat ac inſiſtit, Quòdq; in legato vocati, non vocentur in ſubſtitutione, ſi in ea poſiti in conditione fuerint, tradit Oſaſc.conſ.35. Viſa ſpecie facti, ante nu.8.verſic.Quia ad hęc reſpondetur.qui loquitur etiam qualitate maſculinitatis adiecta . Sed Socini opinionem non procedere,ſi vnum capitulum ad alterius declarationem factum fuiſſet, tradit Decian.conſ.44.Circa primum,num.40. lib.3.Vlterius,Socini dictam aſſertionem poſſe procedere,quando poſitus in conditione in ſequentibus verbis,eſſet in pręcedenti oratione vno tantum caſu vocatus, ſecus vbi eſſet in vniuerſum, vt per Rot. Rom.deciſ.326.Domini dixerunt, in fin. poſt nu.8.d.lib.1.

6 Decimamoctauam † coniecturam concelebrant, quando teſtator Galli Aquilij conſilio fuiſſet vſus: tunc enim filius in cõditione poſitus,diceretur vocatus, vt quia dixiſſet, ſi filius meus me viuo morietur, tunc ſi quis mihi nepos , neptisve natus, natave erit, hæredes ſunto: & quidem directè,& primo loco,ne teſtamentum rumpatur, in neceſſarium antecedens: vt cenſendum ſit, teſtatorem ſub illa conditione, & cautiſſima formula, filium hæredem inſtituere voluiſſe; quod in l. Gallus. in princ.aduertunt Fortu.Garz.col.28. ante nu.39. Lancel. Galiau. nu.24. & Marius Salamonius, nu.25.ex l.denique.§.interdum.ff.de pecul.lega.idem adnotauit Stephan.Furcatul. in Necyomant.dialog.46. & 47.an liberorum fauore, conditionaiia verba diſponunt.l.pater.§.auus.ff.de doli excep.id ipſum probatur in l.ſi mater.§.fi. ff.de vulg.& pup.vbi Iuriſconſ. Africanus ſenſit, ſub Galli formula filium fuiſſe inſtitutum. Item Vlpianus in l.cum in teſtamento. in princ.ff.de hæred.inſtit. ſcribit, duos hæredum gradus eſſe ibi, ſi filius meus me viuo moriatur, tunc nepos ex eo hæres eſto. Nec obſtat. §.item credẽdum. eiuſdem . l. Gallus. vbi nominatus nepos in conditione nõ cẽſetur inſtitutus: quia id negandum eſt, cùm in eo caſu, & in ea formula,etiam nepos ſit inſtitutus:& dum ſubdit Iuriſconſ. ne ſucceſſione teſtamentum rumperetur; ad pronepotis inſtitutionem eſt referendum,quia ea non facta, nec concepta, rumperetur teſtamentum, mortuis filio, & nepote, viuo teſtatore. Nec ibi quicquam intereſt prius mori nepotem, an filium, vt explicat Fortu.in d.l. Gallus.nu.37. & Didac.Tolet.in repet.c. Raynutius.§.3. nu.9. col.fin. qui eandem opinionem ex prædictis defendit. Corn. conſ.97.primò conſultus.col.2. ante nu. 2. verſic. Tamen inhærendo verbis. lib.1. allegans d.l.cum in teſtamento. non ſupplendo, prout ſupplet ibi gloſ. quæ diuinare videtur, & conſ.22. in hac conſultatione.col.3.poſt nu.5.lib.2. Ferdinan. de Loaz. ad Lancel.Galiaul. in d.l.centurio. col.113.nu.449.Hieronym.Zanch.in d.l. hæredes mei. §.cum ita. nu.793.in 19. limit.dicens,è contra,vt nepos potius in cõditione dicatur,mortuo filio, ante teſtatorem vocatus: vt teſtamentum ſuſtineatur, tenere nouiter Socin.iun.in 3.lib.conſ.in loco quem ibi citat,verſic.Et idem. Marc. Mant. in Gloſſ. iur. in dialog. denar. in 6. claſſ. cap.22. incip. quid ſibi voluit. nu.3. Aemil.Ferret.in d.l.Gallus. in princ. nu. 40. verſic.Quemadmodũ. vbi etiam Mar. Salamon.nu.19.cum ſeq.

7 Sed contrarium, † quòd ſub Galli formula filius non videatur inſtitutus, tenent Gloſ.Cyn.Rayner. Nicol.de Neap. Albe. de Roſate, Bald Ang.Raph. & Io. de Imo. in d.l.Gallus.in princ. Bal.in l.poſthumorum. in princ.verſic. Secunda, quòd ſubtuendo. ff.de iniuſto, rup.& irri. facto teſtamen.idem Bal. in l.humanitatis. col.3. nu.19. verſic. Tertiò oppono, & videtur quòd præterito.& in l.hæres inſtituta.nu. 1. verſic. Quid autem. C. de impub. & al. ſubſtit.in l.cohæredi.§.fin.in fi. verſic. Secunda ratio dubitandi.ff.de vulg.& pupil.

vbi

vbi refert hanc partẽ tenere Dyn. & And.
de Piſis, & idem ibi ſequitur Ang. Raph.
Cuman. in l. ſi filius qui in poteſtate. in 2.
oppoſ. de lib. & poſthum. Franciſc. Tigri-
ni in l. fi. C. de hæred. inſti. & hanc partem
dixit communem Alex. conſ. 185. viſo ti-
tulo quæſtionis. nu. 17. verſic. Nec obſtat
quod notatur. lib. 2. & de communi atte-
ſtatur Corn. quicquid ipſe dixerit, d. conſ.
97. primò conſultus. col. 2. ante nu. 2. li. 1.
verſic. Quàmuis Bart. & communiter Do-
ctores, Guliel. de Benedic. in d. c. Raynu-
tius. quem refert Didac. ibi, & quicquid
ipſe dicat, de eadem communi atteſtatur,
d. col. fi. verſic. Tametſi frequentius. Alex.
in d. l. Gallus. in princ. col. 4. verſic. Ex præ
dictis patet. de communi, vbi Iaſ. nu. 44.
communem etiam eſſe dicit, & nu. 48. in
fin. verſic. Et In iſtis terminis, ac num. 47.
verſic. Tenendo iſtam communem. Alex.
conſ. 108. viſo themate. col. 3. poſt nu. 3.
circa med. verſic. Prædictis etiam non ob-
ſtat. lib. 1. dicens communem opin. Gloſ-
ſarum, & Doctorum eſſe contra Bart. in d.
l. Gallus. videlicèt, quòd per illa verba nõ
uideatur Inſtitutus filius: ubi allegat Bald.
in quadam repet. l. in ſuis. col. 18. uerſic.
Quid ſi non facit. de lib. & poſthu. & conſ.
109. uidetur ptima fronte, col. 3. nu. 6. uer
ſic. Prædictis etiam non obſtat, vbi de cõ-
muni opin. lib. 2. dicens ab ipſa non eſſe iu
dicando recedendum, quanquàm paſſus
ſit diſputabilis, idem Alex. conſ. 199. Viſo
ptæſtanti conſilio. col. pen. nu. 12. verſic.
Secundò non obſtat, de communi ſenten
tia gloſſatorum, & Doctorum atteſtans. d.
lib. 2. & Lancel. Galiaul. in d. l. Gallus. in
princ. nu. 24. admonet, non eſſe receden-
dum iudicando ab iſta communi opi. quic
* quid ipſe diſputando tueatut; & ad ipſam
l. Gallus, longius dixi. iudicando igitur
hanc poſteriorem deſerere minimè expe-
diret, quam ſequitur Ant. Gomeſ. in com
ment. & var. reſolutionib. Iur. ciuil. tomo
ptimo. de vltima volunt. tit. de ſubſtit. vul
ga. cap. 3. col. 39. verſic. Nono facit. fo. 26.
pertranſeuntque Io. Marcus Aquilinus in
§. & quid ſi tantum, in 1. par. num. 269. ac
Hieronym. Torniel. in quæſtionib. in 1. q.
nu. 24.

8 Diuerſa ratione coniectura illa † niti-
tur, quam Franciſ. Mant. in tract. de con-
iect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 16. verſic.
Sed vltra ſcribentes. fol. 258. accuratè, &
ſubtiliter conſiderabat, vt liberi in condi-
tione poſiti, inter quos poſthumus eſſe po
teſt, per fideicommiſſum ſubſtituti intel-
ligantur, ex l. iubemus. §. ſin autem. C. ad
Trebel. deducta: cuius quidem textus in-
ductionem deſuper li. 1. cap. 1. par. 2. poſt
nu. 54. in 15. ratione partis affirmatiuæ, vo
cationem poſitotum in conditione conce
dentis, ad acutam mentem, fœcundumq;
ingenium dicti celeberrimi Doctoris latè
retuli, licèt ei diſputando reſpondere co-
natus fuerim, vt non ſit hic aliter repeten-
da: Franciſcumq; Manticam comprobat
Dom. Franciſcus Turturellus in quodam
eius pulcherrimo conſ. 394. Sicùm textu.
col. 2. nu. 4. inter conſ. Iacob. Menoch. Pa
pienſis, lib. 4. Quicquid itaque ego diſſe-
rendo ad illum tex. dixerim, non arbitror
tamen dictorum Clariſſimorum Iuriſcon
ſultorum opinionẽ in Iudicijs reſpuendã
fore: peregtina nanque eſt certè allegata
Manticæ concluſio.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, cenſeri voca-
tos, cum in fine omnium ſubſtitutorum,
fieret ſubſtitutio, & omnes de domo, vel
liberi remotiores teſtatoris, collectiuè vo-
carentur.*

2 *Liberos poſitos in conditione, vocatos cenſe-
ri, cùm filiæ fuiſſent per teſtatorem peni-
tus, vel ferè in totum excluſa, ſtantibus
agnatis maſculis: ſed limita, ſtante ſtatu-
to excluſiuo fœminarum, nu. 3. Item eate-
nus, quatenus teſtator diſpoſuit, & reſpe-
ctu tantum perſonarum ſpecificatarum,
num. 4.*

5 *Liberos poſitos in conditione, vocatos eſſe,
cùm deficiente linea maſculorũ, eſſet alius
ſubſtitutus, cum onere deferendi nomen,
& arma familiæ, ſiue domus ipſius teſta-
toris.*

6 *Armorum nominisq; aſſumptione, grauari
aſſumentem, ad propulſandam iniuriam
actiuè & paſſiuè domus teſtatoris: ad ſimi
liaq; honorem domus concernentia.*

7 *Commoda ſentire eum debere, qui incommo
da patitur.*

8 *Liberos poſitos in conditione, eſſe vocatos,
vbi hæreditas grauaretur onere reali, quod
ad omnes deſcendentes tranſiret: Maxi-
me ſi teſtator reſpexiſſet non ſolum natos,
ſed etiam naſcituros, nu. 9.*

10 *Liberos in conditione poſitos, cenſeri voca-
tos, ſi iuſſiſſet teſtator, per hæredes ſuos
perpetuum anniuerſarium fieri in aliqua
eccleſia. & nu. 13.*

11 *Hæredibus, verbum in teſtamento aſcenden
tis poſitum, pro deſcendentibus accipi.*

12 *In perpetuum, dictionem, pro ſemper exponi, temporis præfinitione excluſa, perpetuumq́; fideicommiſſum inter deſcendentes inducere.*

CAP. V.

1 DECIMANONA cõiectura † annectitur, cum in fine omnium ſubſtitutorum, ficret ſubſtitutio:& omnes de domo, vel liberi remotiores teſtatoris, collectiuè vocarentur, Carol. Ruin. conſ.158. Viſo teſtamento, col.6. nu.13.verſic.Supereſt, lib.2.conſ.169. Videndum eſt,col.2.nu.3.verſic. Sed iſtis nõ obſtantibus,eo.vol.Nouiſſ.Pariſien.conſ. 1.Analy. Franc.de Arynio, nu.21.fol.24. Franc.Gratian.Vincen.in tract. de vulg.& fideicommiſ.fol.22.poſt nu.27. verſ.Tertia,quia in hac ſecunda ſubſtitutione. Iac. Meno.conſ.549.De prima illa, nu.5.li.6.

ritum comparandus in eius deciſiua rela-
tione cauſæ vertentis inter Ioacchinum de
Roſellis de Aletio, & D. Alexandrum del
Bianco,incip. Viſo proceſſu cauſæ , verſic.
Præterea dici poteſt. Sylueſter Aldobran
din.conſ.113.Caſus talis eſt,nu.33. verſi.
Quæ ratio.Bertazzol. conſ.83.Pro D.An-
tonio,nu.38.lib.1.ciuil.
Inducunt ad hoc, doctrinam Bar. in l.ſi
mihi,& Titio,nu.4.verſi. & ideo prędicta.
ff.de verb.oblig. cum alijs adductis per A-
lex. conſ.204. conſideratis verbis . col. 1.
nu.3.verſic.ſed præmiſſis,lib.2.quos refe-
rendo ſequitur Caro.Ruin. in citatis conſ.
142.nu.5.134.nu.7.115.nu.12.lib.3.& Pa
riſ.d.conſ.18.nu.61.lib.2. quòd ſi duo in-
2 ueſtiantur † pro ſe,& filijs ſuis, filij cuiuſli-
bet intelliguntur vocati ad partem patris ,
& non ad partem patrui: & bene probatur
in cap.primo. de duobus fratribus à Cap.
inueſtit.

Ratioq́ue eſſe poteſt,nam dicti liberi in
conditione poſiti , non poſſunt dici liberi
ratione tranſuerſalium, & quia ſunt poſiti
in conditione reſpectu portionis patris,&
non poſſunt intelligi vocati, niſi quia ſunt
poſiti in conditione: ergo ſolùm vocantur
ad partem, cui conditio illa poteſt adapta-
3 ri,† & reſpectu illius partis,cui dicta condi
tio poteſt conuenire.l.4.§.toties.de dam.
infec.l.hos accuſare.§.his omnibus,de ac-
cuſ.l.ita autem. in prin. de adm. tu. & ita
per iſtam rationem concludebat Rui.d.cō
ſi.141.col.antepen. in fi. verſic. poſtremò.
lib.3.dicens, iſtud eſſe de intentione om-
nium Doctorum,tum in l. pen. C.de imp.
& al.ſubſtit. tum in d.l.hæredes mei. §.cū
4 ita, vbi concluditur, † quòd ſi duobus ex-
traneis inſtitutis ſubſtituatur , ſi vterq́ue
deceſſerit ſine liberis , & vnus moriatur cū
filijs , & alius deinde ſine filijs , quòd ad
portionem decedentis ſine liberis, admitti
tur ſubſtitutus, licèt ſuperſint filij ex alte-
ro præmortuo , per l.final. §.filium. de le-
gat.2. & l.Lucius. §.Caio, ad Trebellian.
quod non eſſet, ſi liberi vnius eſſent poſiti
in conditione , etiam reſpectu alterius .

5 Et quàmuis aliter dicant,† quando ſub
ſtitutio eſſet facta duobus filijs teſtatoris, ſi
ambo deceſſerint ſine filijs.vt ſcilicet tunc
vno mortuo ſine filijs, ſubſtitutus non ad-
mittatur ad portionem illius, ſi extent filij
ex altero : non tamen dicunt Doctores, quod
tunc excludatur ſubſtitutus ea ratione ,
quia filij vnius dicantur eſſe in conditione
reſpectu portionis alterius : ſed quia cum
ſit facta ſubſtitutio pluribus, ſi deceſſerint
ſine filijs , & ſuperſit perſona dicto caſu ,
quæ ex veriſimili mente defuncti excludat
ſubſtitutum,non ſufficit , quòd in perſona
vnius ſit impleta conditio,requiritur autē
implementum in perſona vtriusq́ue ratio-
ne portionis alterius,per d.l.pen.C.de im
pub.& ali.ſubſt.& l.ſi is qui ducenta. §.itē
ſi pater.ff.de rebus dub. & iſte tex. nedum
habet locum in directa ſubſtitutione , ſed
etiam in fideicommiſſaria, vt eſt de mente
Gloſ.ibi,ſecundum Soc.& idem vult Bar.
in d.§.cum ita,ac Rui.conſ.139.viſo ac per
lecto , num.20. verſic. & iſtud confirma-
tur, lib.tertio .

6 Ex prædictisq́ue infertur,† quòd minus
inuicem,& inter ſe ipſos dicentur vocati ,
ſecundum Rui. d.conſ.141.viſo teſtamen
to,col.antepen.in fi.lib.3. conſ.134. circa
caſum,col.4.nu.7.verſic.præterea vbi filij.
eo.vol.Hier.Zanc.in d.§.cum ita, nu.796.
vbi allegat Io.Mar.Rim.cōſ.326. poſt nu.
25.verſic.præterea.Franc.Burſat.conſ.64.
ex codicillo,nu.18.& ita Ferrariæ fuiſſe iu
dicatum, ſcripſit Socin.Sen.conſ.69.Viſo
teſtamento.col.pen.verſi.Pręterea poſito.
lib.3.vbi communem eſſe teſtatur , quam
tenent etiam Vbertin.Zucc.conſ.60. Cau
ſa hæc.nu.5.verſic.Poſito autem.& Decia.
conſ.26.Dubitatur ergò.nu.45.lib.2.cōſ.
28.& prima fronte, nu.12. conſ.78. Dico
ergò.nu.8.conſ.103.Quæritur ergò,nu.31.
eod. volum.

7 Sed tamen, † quòd concurrentibus ali-
quibus coniecturis , poſiti in conditione
caſu quo vocarentur, dicantur non ſolùm
patruo,ſed ad inuicem ſubſtituti, eſt vide-
re apud Aym.Crau.d.conſ.130.col.2.nu.
6.& conſ.fi.nu.3.& Rui.d.conſ.142.col.7.
lib.3.pertranſitq́ue Hier.Zanc.in d.§.cùm
ita.nu.790. qui dum allegat aliquos Do-
ctores, contra prædictam opinionem Soc.
& aliorum præcitatorū, videtur quòd ma-
gis poſsint infraſcriptis limitationibus in-
duci,vt per eos.Idemq́ue vt ex coniecturis
inter in conditione poſitos dato caſu vo-
cationis reciprocum paſſiuum fideicom-

miſſum inducatur, tenent, Hieronym. Her cul. in eius reſpon. pro Alexandrijs & Macchiauellijs incip. In Auditorio Rotæ. nu. 132. fo. 54. verſic. Sed dicet aliquis. Franc. Burſa. conſ. 202. Verba teſtamenti, nu. 42. verſic. enimuero primò. lib. 2. Decian. conſi. 31. Arduo profecto. nu 123. lib. 1. conſ. 101. Non obſtantibus dubitationibus. nu. 4. lib. 3. & quòd ex coniecturis vocentur ad ſucceſſionem patrui, Rimin. Iun. conſ. 676. Magnificus. D. Camillus, nu. 12. lib. 6.

Prædicta concluſio Soc. in d. l. hæredes mei. §. cùm ita, in princ.

8 Primò declaratur, † & reſtringitur, vt nõ procedat, quoties iſti poſiti in conditione, & tacitè vocati, eſſent ex deſcendentibus teſtatoris: tunc enim dicerētur vocati etiã in portione patrui decedentis ſine filijs, Carol. Rui. conſ. 121. viſo teſtamento. col. 3. nu. 8. lib. 2. colligiturque ex ratione eiuſdem Ruin. tradita d. conſ. 141. col. antepe. in fi. lib. 3. Franc. Burſ. d. conſ. 202. ſub nu. 42. verſic. Secundò declaratur. lib. 2.

9 Et ad cauſandum † inter ipſos poſitos in conditione reciprocum fideicommiſſum tanquam extantibus ijs, qui ex veriſimili mente teſtatoris ſubſtitutum excluderent, Corn. conſ. 306. videtur prima facie. ante nu. 6. lib. 4. Ruin. conſ. 139. viſo, ac per lecto, nu. 19. & 20. lib. 3. vbi allegat Ancharan. conſ. 74. contra Philippum, de quo diximus in præcedentibus, circa coiecturam digreſſionis ad plures gradus ſubſtitutionum, & quòd opin. Ancharani ſit communis, & recepta ad inducendum inter deſcẽdentes reciprocum fideicommiſſum, ad finem ne vlteriores ſubſtituti admittantur, ipſis deſcẽdentibus excluſis, teſtatur Cur. iun. conſ. 43. habita diligenti conſideratione. nu. 9. verſic. præterea ad cauſandum, quicquid ſit de huiuſmodi conſilio, ad inducendam limitationem opinionis Gloſ. d. l. Lucius, vt per eum, dicentẽ poſitos deſcendentes in conditione, facilius dici alteri ſubſtitutos, quàm eorum patri, poſt Socin. in citatis ibi locis.

10 Secundò declaratur, † vt non procedat, ſi diceretur bona inter maſculos debere conſeruari: tunc enim in patrui portione, & inter ſe vocati cenſerentur. Aym. Crau. d. conſ. 130. de anno. col. 2. nu. 6. verſic. ad iſtud reſpondetur: nam aliter filiæ admitti poſſent, contra verba teſtamenti, & d. conſ. fi. col. 1. & 2. ſicut in ſimili dicitur, q filij cenſentur inuicẽ ſubſtituti, qñ ſit ſubſtitutio vltimo morienti, & in tota hæreditate aliàs etenim ſubſtitutus vltimo loco ĩ tota hæreditate ſuccedere non poſſet, niſi per prius intelligatur facta reciproca, ſubſtitutio, vt habetur per Doct. in l. poteſt. ff. de. vulg. & pupil. & in d. l. hæredes mei. §. cum ita. Hier. Gabriel. conſ. 121. Ludouicus, nu. 37. cum ſequen.

11 Tertiò declaratur, † cum deſcendentes in conditione poſiti, per collectiuam dictionem nominarentur, tunc ẽt inter ſe dicerentur vocati, Caro. Rui. conſ. 167. prima videtur conſideratione. col. pen. in princ. poſt nu. 10. verſic. nam quolibet moriente. lib. 3. conſ. 139. viſo, ac perlecto. col. pen. nu. 20. conſ. 140. viſa facti narratione, nu. 8. eo. lib. 3. Pau. de Caſt. in l. pen. C. de impub. & alijs ſubſt. in l. poteſt. ff. de vulg. & pup. & conſ. 404. duo uidenda ſunt, nu. 2. lib. 1. verſic. tertiò probatur ſic. vbi reſpondet l. vel ſingulis. de uulg. & pup.

12 Sed contrarium in collectiua † oratione in indiuiduo, tenet Iaſ. conſ. 41. in hac ardua, col. 8. uerſic. non obſtat quartum, & vltimũ fundamentũ, li. 1. dicens iſtam opi. contra Caſt. fulciri maioribus, & illuſtrioribus authoritatibus, videlicet, Ang. Io. de Imo. & Anch. in locis ibi allegatis. adeo vt collatis Docto. nemo ſani capitis opinionem Caſtr. ſequeretur præcitatis relictis: imò Caſtrenſ. fundamenta eſſe falſa, reſpõſumque affert. ad l. codicillis. ff. de uſuf. legat. differentiamque inter directã ſubſtitutionem, & fideicommiſſariam in iſtis terminis conſideratam per eundem Caſtren. confundens, eandemque ſententiam comprobat Soc. conſ. 104. quoniam præſens conſultatio, col. 6. nu. 7. cum ſeq. lib. 3. & prædictos ſequitur Soc. iun. conſ. 176. conſideratis his. col. 3. nu. 19. uerſic. licet ſuper hoc ultimo, lib. 2. & nu. 13. dat reſponſum ad d. l. codicillis. & in effectu eſt uerior opinio, & etiam aduertit Hieron. Zanch. in d. l. hęredes mei. §. cum ita, nu. 799. dicens ſẽ per ferè deſcendentes nominari in conditione per collectiuam, verſic. & certè, ac in pręfatione aliquid tetigi, vt non ſit à poſteriori opinione iſta recedẽdum, addo Cur. ſen. conſ. 42. quia inquit Bal. nu. 26. Hier. Gab. conſ. 121. Ludouicus, nu. 33.

13 Secunda † declaratio eſt prædictarum coniecturarum, vt non procedant ceſſante ratione poſitionis in cõditione: tunc enim ceſſaret etiam vocatio, ſecundum Socin. ſubtiliter declarantem, conſ. 73. capiendo primum. col. pen. nu. 31. & 32. lib. quarto. dicentem, eandem rationem conſideraſſe D. Anto. conſ. 27. incip. iam ſicut, ſoluto primo dubio.

Ter-

14 Tertia † eſt declaratio, vt coniecturæ vocationis non procedant, cùm vltra conditionem, ſi ſine filijs, eſſet etiam copulatiuè alia adiecta conditio, vr puta, ſine reſtamentò, ſine bonorum alienatione, vel alia ſimili: nam tunc dicti filij, etiam ſtantibus coniecturis vocationis, non poſſent venire tanquàm ſubſtituti, ſi pater in teſtamento, vel inter viuos de bonis illis diſpoſuiſſet: attento quòd omnes conditiones verificatæ non eſſent, cum vtriuſque concurſus requiratur. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſtit. l. ſi quis ita ſtipulatus. de verb. oblig. §. pen. Inſt. de hær. inſtit. & hoc etiam procedit in materia pœnali. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in princ. ff. de his, qui not. infa. in ſubſtitutioneq́ue tradunt Petr. de Anchar. conſ. 266. iſte magiſter Gerardus. col. fi. verſic. item copulatiuè. vbi loquitur in conditione, ſi viueret, & filios non haberet: in aliaq́ue conditione ſubſtitutionis, Lud. Rom. conſ. 131. prima dubitatio, in prin. in eodemq́ue themate, conſ. 137. noua ſuperuenit. col. 1. verſic. prima quia. Io. de Ana. conſ. 66. viſis his, poſt nu. 3. verſic. ſed contrarium puto, & ibi in add. Bolog. in prin. Dec. conſ. 89. viſo puncto, col. 3. ante nu. 3. & conſ. 417. viſis conſilijs, col. 2. nu. 1. Curt. iun. conſ. 89. præſupponitur in facto, col. 2. nu. 5. Pariſ. conſ. 14. cum in facto, col. 3. nu. 17. lib. 2.

15 Cenſetur itaque † per dictam conditionē, ſi ſine reſtamento, vel alienatione, per reſtatorem data facultas alienandi, & teſtandi. l. generalirer. in prin. C. de inſtit. & ſubſt. pugnant enim inuicem ſemper teſtati, & inteſtati cauſa. l. ius noſtrum. de regu. iur. & tradit Socin. conſ. 150. dominus labia mea aperiat. col. 12. poſt princip. ante nu. quintũ, verſic. nono, & verſic. decimò, libro primo.

16 Et in ſpecie † in iſtis conditionibus copulatiuis, ſine filijs, & ſine teſtamento, vel ſine alienatione, vt concurſus vtriuſque requiratur, concludit Alex. conſ. 59. attentis verbis teſtamenti, col. 3. nu. 7. verſic. prætera, & ſecundò, lib. 3. & conſ. 202. viſo themate, & dubijs. col. 2. ante & poſt nu. 6. & nu. 4. lib. 7. Pariſ. conſ. 72. pro reſolutione. col. 8. nu. 56. li. 3. idem dicit Alex. de Imo. conſ. 88. omiſſis tribus. col. 1. ante fi. verſic. & ſi requiritur. d. lib. 7.

17 Iſtudq́ue ampliatur per ſcribentes, † vt procedat etiam in dictis conditionibus alrernatiuè conceptis: nam conditio hæc, ſi ſine liberis, facit vt aliæ adiectæ conditiones alternatiuè, in coniunctam reſoluantur, Bart. Alex. & Dec. in l. generaliter. in prin. C. de inſt. & ſubſt. Alex. d. conſ. 88. omiſſis tribus. col. 1. ante fi. lib. 7. & cõſ. 202. viſo rhemate, & dubijs, col. 2. ante & poſt nu. 6. & nu. 4. eo. vol. conſ. 59. attenris verbis teſtamenti. nu. 7. lib. 3. Ant. Rub. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. fol. 6. col. 2. in fi. Bened. Cap. conſ. 44. etſi viſo. col. 3. nu. 8. verſic. vnde quando apponitur, & nu. 9. & eſt breue conſilium Old. 189. de inſtitutionibus. Carol. Rui. conſ. 139. viſo, ac perlecto. nu. 20. lib. 3. conſ. 6. quæſtio, quę proponitur. nu. 1. verſic. facit etiam l. Lucius, eod. lib. 3. conſ. 140. viſo, & bene intellecto. nu. 15. lib. 2. Et quamuis Saly. voluerit in d. l. generaliter. id non induci filiorum fauore, ſed ex natura illarum conditionum negatiuè conceptarum, reprehenditur, & in contrarium eſt communis opi. de qua atteſtatur Dec. ibi poſt nu. 2.

18 In conditionibusq́ue prædictis, † ſine filijs, vel ſine teſtamento, vr alternatiua reſoluatur in coniunctam, expreſsè Carolus Ruinus conſ. 113. copioſè adeo, col. 2. in princ. nu. 2. lib. 3.

19 Quicquid etiam dixerit † contra hanc declarationem And. Barbat. non eſt ab ipſa recedendum, cum qua tranſit Hierony. Zanch. in dicta l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 803. vſque ad nu. 808. motiuis And. licèt leuibus reſpondens; ac ēt conſ. Ang. 159. ex hoc igitur themate, col. 2. poſt princip. verſic. in contrarium videtur, & alij conſ. Socin. 251. quoniam in præſenti conſultatione, col. 2. ante nu. 2. verſic. ex quibus vltimo loco, libro ſecundo. dicens Socin. opin. non eſſe bonam, vt tradit Pariſ. d. conſ. 72. pro reſolutione, nu. 64. libro tertio. & in effectu conceſſio in themate Socin. non erat libera, ſed limitata, vt ipſe etiam Pariſ. aduertir, & adeſt conſ. Iaſ. 232. ſuper teſtamento, col. ſecunda, in tertio dub. libro ſecundo. in libera licentia alienandi, vt reſtrictio Angel. ad deſcendentes tantum, facultatis teſtandi, ſit nimis aſpera, ac rigida, & contra tex. in dicta l. generaliter, in princ. nam ſi teſtator voluiſſet, vtique expreſſiſſet, quemadmodum in caſu ſuo deducir Socin. & propterea non exprimendo, ac limitando generalem alienationem, vel teſtamenti factionem, conceſſiſſe credendum eſt. Et ſicut cum Hieronym. Zancho in prædictis tranſire æquum viderur, ſic duas declarationes quas affert, nu. 805. ad opin. Barbatiæ, reſpuere optimum eſt; in quarum reprobatione non inſiſtam, cùm nec ipſe vir oculatiſſi-

mus, & clariſſimus Iuriſcõſultus, pedem figere audeat: declarationes autem quæ ſint, ibi videas.

20 Declarantur denique coniecturæ, † ſtante diſpoſitione teſtatoris, quòd teſtamentum ſeruetur, intelligatur, ſiue interpretetur, vt iacet, & de verbo ad verbum, ita August. Bero. conſ. 57. in cauſis, nu. 63. lib. 3. ſed an vera ſit declaratio, vide infra in illa quæſtione, an data vocatione poſitorum in conditione, dicantur hæredes ſcripti; ad quam aliàs me in ſimili retuli, coniecturam maſculorum ex d. conſ. Beroi explicãs: idem etiam poſt Bero. quem ſequitur, concludit Rolan. de Valle, conſ. 51. viſo, nu. 13. cum pluribus ſeq. lib. 3. loquens in conſuetudine Aragoniæ, qua cauetur, q̃ iudex debeat ſtare chartæ, ſeu inſtrumento, eiq́ue tenaciter inhærere, & ſecundùm q̃ in ea ſcriptum eſt, indicare: nec ſubauditiones, vel coniecturales intellectus, aut extẽſiones, ſiue interpretationes ſequi debeat: ex qua uult, poſitos in conditione, etiam ſtantibus coniecturis non cenſeri in diſpoſitione, ut per eum, latiſſimè declarationem iſtam comprobantem. Petr. Anto. Placen. in tract. de fideic. proh. q. 9. ſub nu. 189. ver. Septimo probabilior vr̃, fol. 207.

LIBRI QVINTI FINIS.

TRACTATVS
CELEBERRIMI
IVRISCONS.
D. IOSEPHI DE RVSTICIS,
PATRICII AQVILANI,
An, & quando liberi in conditione poſiti vocentur:
LIBER SEXTVS.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiuos abſolutos, conditionem importare ex communi: ſed diſcutitur, & nu.25. reſolutio affertur.*

2 *Vt dictio, modum: ſi, conditionem: quia, cauſam ſignificare.*

3 *Modum potius præſumi in dubio, quàm conditionem.*

4 *L. à teſtatore.ff.de conditio.& demonſtrat. declarari.*

5 *Scæuolam næuis à Claudio Saturnino minimè notatum.*

6 *Iuriſconſultorum exempla, ipſorum intentionem declarare.*

7 *Voluntatem extinctiuam, ex Baldo, ſat eſſe, ſubſtantia initium habuiſſe, potentia reſoluendum.*

8 *L. fideicommiſſa.§.cum eſſet, de legat.3.interpretari.*

9 *Ablatiuos abſolutos, ex Baldo aliquando in vim cauſæ finalis, aliquando in vim conditionis, aliquando in vim ſuppoſitionis terminorum poni.*

10 *Ablatiuos abſolutos, ex eodem Baldo, quandoque conditionem, quandoque priuationem, quandoque limitationem ſignificare, & nu.11. aliam diſtinctionem afferri.*

12 *Ablatiuos abſolutos, in contractibus conditionem importare, & nu.21. idem in ſtatutis: ibidem.*

13 *Ablatiui abſoluti, nunquid aliquando modum ſignificent.*

14 *Ablatiui abſoluti, an ſtent aliquando admonitiuè.*

15 *Ablatiuos, cùm facti narrant contingentiam, non reſolui.*

16 *Ablatiuorum abſolutorum, ex Signorolo diſtinctio.*

17 *Ablatiuorum abſolutorum, ſententia aliquorum, regulam non dari.*

18 *Ablatiuos abſolutos, ſi ex communi dixerimus conditionem ſignificare, nõ tacitam, ſed expreſſam conditionem inducere.*

19 *Datiuos abſolutè poſitos, in conditionem reſolui.*

20 *Ablatiuos abſolutos, reſolui in conditionem, etiamſi ipſis modalis dictio coniungatur.*

22 *Ablatiuos abſolutos, in conditionem non reſolui, cum ad leuem conditionem referuntur.*

23 *Ablatiuos abſolutos, non reſolui in conditionẽ, cum reſultaret in ſubiecto repugnãtia.*

col. 4. nu. 21. conſ. 59. conſiderata diſpoſitione ſtatutorum, col. 5. nu. 30. conſ. 92. Angelus, col. 2. nu. 12. lib. 3. conſ. 5. vnio, col. 11. nu. 96. conſ. 11. iuſtiſſimam, col. fin. nu. 13. conſ. 94. beneficium litigioſum, col. 1. nu. 7. cōſ. 164. illuſtriſſima Dominatio tua, col. 4. nu. 19. lib. 4. Matth. de Aſſli. deciſ. 188. ſi præſtitus, nu. 5. Anton. Capic. deciſ. 182. in cauſa. nu. 17. Octauian. Cacheran. deciſ. 145. nu. 6. & 7. Rolan. de Val. conſ. 82. prima facie. nu. 4. lib. 1. Albert. Brun. in d. tract. quòd ſtant. maſcu. in 10. artic. nu. 75. Ioan. Cæph. conſ. 118. contractus venditionis. nu. 27. lib. 1. Iaſ. in §. rurſus. nu. 83. de actio. Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 790. Curt. ſen. conſ. 63. antiquiſſima, & nobiliſſima familia. col. 4. nu. 2. vbi de communi atteſtatur, conſ. 49. memoriæ recolendæ, nu. 83. verſic. Et melius ſuadetur. Hieron. Grat. conſ. 6. viſis. col. 2. nu. 11. conſ. 18. poſtquā Illuſtriſſimus Gubernator. col. 3. nu. 17. cōſi. 26. videtur. col. 5. nu. 38. conſ. 127. & ſi hic caſus. col. 2. nu. 16. lib. 1. Franc. Burſat. conſ. 11. ſpecies facti. nu. 20. Dec. conſ. 63. & pro tenui. col. 1. in fi. verſic. Nam iſta verba. & conſ. 89. viſo pūcto. col. 2. poſt nu. 2. verſic. Nam verba illa. idem Io. Cæph. conſi. 169. ſubſtitutionum. nu. 4. conſ. 292. teſtator. nu. 6. conſ. 296. primo quæritur. nu. 20. li. 2. Proſper Paſeth. conſ. 129. in cauſa. nu. 5. Sim. de Prę t. conſ. 94. quæſtio eſt. nu. 19. conſ. 108. Retroactis diebus. nu. 7. Io. Mar. Riminal. conſ. 83. viſa. nu. 17. lib. 1. conſ. 190. eiuſdem initij. ante nu. 25. conſ. 189. in hac difficultate. in princip. eo. li. 1. Ioan. de Neuiz. conſ. 87. ſi priſci oratores, nu. 6. verſic. Item illi ablatiui. Celſ. Hugo conſ. 5. in caſu. in 2. addit. ante nu. 8. conſ. 36. cum ex facto. nu. 76. conſ. 34. quamuis nu. 6. Marin. Freccia in tract. de præſen. inſtrumen. in 7. par. q. 9. nu. 8. & 9. Franciſc. Bec. conſ. 39. ſi per reſponſum. nu. 18. cōſ. 58. videtur. nu. 17. Steph. Bertrand. conſ. 83. ſuper iſto articulo. nu. 8. in 1. par. lib. 2. conſil. 348. viſo proceſſu. nu. 8. ead. par. & vol. conſ. 38. exiſtimo. nu. 7. in 1. par. lib. 1. conſ. 279. exiſtimo. nu. 3. in 1. par. eo. vol. conſ. 2. viſo proceſſu. nu. 46. conſ. 51. ſcripſeras. nu. 1. conſ. 327. viſo. nu. 10. omnia in 1. par. lib. 3.

Ex d. l. à teſtatore, potiſſimum. Nec refert dicere, ibi non conditionem, ſed mo-
2 dum deſignari: quod ex illa dictione, † vt,
modum indicante colligitur, quemadmo
dum, ſi, conditionem, quia, cauſam. Glo. in
3 l. 1. C. de his quæ ſub modo. & in † dubio
etiam modum potius eſſe, quàm conditio
nem, præſumendum videtur. l. cum ab eo.
ff. de contrahen. empt. Nam dictio, vt, ali-
quid ad modum, vel conditionem indu-
cendam ibi, non operatur: ſi illa non abſo-
lutis ablatiuis, ſed verbo, reſtitueret, iu-
re coniungantur. Vnde ſic reſponſum i-
ſtud euitari poteſt, quòd attentis vltimis
verbis text. non videtur verum, ablatiuos
abſolutos conditionem neceſſariò induce
re, ſi poterat dubitari, an illo caſu conditio
eſſet, ad ipſumque Soc. iun. in rubr. ff. ſol.
matr. ante nu. 17. animaduertebat. Niſi di-
4 xeris, † dubitationem ibi, non ex ablatiuis
abſolutis, ſed ex alijs generib. cauſarum o-
riri: proinde cauſas ipſas dubitandi, Clau-
dius de iure magno ingenio apertè ſubmo
uens, naturam ablatiuorum abſolutorum
potius confirmat: vt remaneant in genui-
na, ac propria ipſorum conditionali ſigni
5 ficatione. Et quamuis † Andr. Alciat. vir
grauiſſimus, & ſingulari eruditione Iuriſ-
conſultus, lib. 4. Parerg. iur. cap. 1. Scæuolę
authoritatem plurimis veterum teſtimo-
nijs comprobans, vtq; eum in conſilio M.
Antoninus Imp. habuerit, vt Commodo fi
lio præceptorem dederit, vt deinde is &
Septimium Seuerum docuerit, velit ipsū
(quamuis excellenti doctrina) euadere nō
potuiſſe, quin ſi non grauibus notis, ſaltē
aliquibus næuis inſigniretur: quodque in
primis Claudius Saturninus [illegible] cum
diſtrinxerit: cùm enim ille reſpondiſſet,
conditionem quæ ablatiuis abſolutis con
cipitur, tranſmiſſioni fideicommiſſi repu-
gnare: magno (inquit) Claudius ingenio
de iure aperto reſpondit, cùm poſſit dubi-
tari, an conditio eſſet; non video cur Ser-
bidius Scæuola, vel ex Alciato Seruilius,
ex Duareno autē Ceruidius, in dicto text.
redargui, uel næuis inſigniri potuerit, ſi
eius reſponſum non claudicat, quamuis
circa idem Claudius qui in Scæuolam no
tas ſcripſit, de iure aperto, magno quoque
ingenio reſpondiſſet: poterat enim fortaſ-
ſis, ut Franc. Duaren. aduertit, Ceruidius
uideri ad quæſtionem facti contra morem
ſuum reſpondere: quæſtio nanque facti eſt
an teſtator ablatiuis abſolutis uſus, condi-
tionem adſcribere uoluerit, ſed cum aliter
ſenſiſſe Claudius ait, & oſtendit, Scæuolā
magno uirum ingenio fuiſſe, nec tam ſtupi
dum, ut de facto quod incertum erat reſpō
deret, ſed de iure tantùm aperto: nā ius a-
pertum eſt, legata, aut fideicommiſſa con-
ditionalia, ad hæredem non tranſire.

Secundò ex Scęuolę uerbis li. 3. Reſpō-
ſorum,

ſorum, in l.euictis agris. ff. de uſur. Sed ſi conſtans eſſet ablatiuos illos cōditionem importare, præteriti temporis participiū conditionem inducere fateremur: quod in abſurdum ſonat. l.cum ad præſens. ff.ſi cer.pet. Verius igitur eſt dicere, verba illa, non ad contrahentes, ſed ad Iureconſultū referri, qui huiuſmodi loquendi modo vtitur. ita etiam Pomponius lib.19.ad Sabinum, in l.euicta re vendita. Pau.lib.11.ad edictum ędilium curulium, in l.ſi ei.§.ſi is. Papinianus, lib.28.quæſtionum, in l.ſi cū venditor. §.fi. at ipſe idem Scæuola li.11. Reſponſorum, in l.quidam ex parte dimidia.ff.de euict.& alibi paſſim alij.

Tertiò Vlpiani ad Sabinum in l. ſi ſtatu libera. §.fin.ff.de ſtatulıber. authoritatem afferunt, quæ minimè refragatur, cùm non ſimus ibi in ſimplicibus abſolutis ablatiuis, ſed cum monoſyllabæ, ſi, adiectione. Si quis non dare (inquit) decem, ſed rationibus redditis liber eſſe iuſſus ſit: an ad emptorem hæc conditio tranſeat videamus. non igitur ex ablatiuis conditio ibi inducitur, ſed ex, ſi, dictione in ablatiuis repetenda. Solutio hęc ex ijs, quæ inferius leguntur cōfirmatur, vt deſuper dictionem, ſi, intellexerit. Et aliàs (inquit) ſciendum eſt, eas demum cōditiones ad emptorem tranſire, quæ ſunt in dando: cæterum quę ſunt in faciendo, non tranſeunt, ut puta, ſi filium eius literas edocuerit, argu.l.qui fi-
6 liabus. de leg.2. Exemplaque † Iuriſconſultorum, eorundem intentionem declarant. l.damni infecti ſtipulatio. ff.de damno infec.

His itaque oppoſitionibus compreſſis, altera nonnullorum contraria inſurrexit opinio, quæ primum textu in l. fideicommiſſa.§.cum eſſet.ff.de le.3.extollitur; Sed quamuis in pręcedentibus huius legis rationem, ac geminas reſponſiones attulerim, non ab re hic dixerim, id contingere, cùm verba executiua in agentem dirigantur: & ex verbo, accepta, liquet. nimirum igitur ſi agere poteſt, cùm propria ſit deliberationis, voluntatemq́; iſtam extinctiuā
7 Bald.†ibi, non inductiuam dixit, l.2. l.q ſi nolit.§.fi. de in diē addict. vel de ædil.edi. ad actusq́; validitatem ſufficit, ꝙ ſubſtantiæ initium conſequatur, potentia tamen reſoluendum.l.vnum ex familia.§.ſed & ſi fundum. de leg.2.l.ſi pater.de leg.3.l.3.locati.l.cum precario. de precar. ſic etiam hunc tex. intellexit idem Bald. in rubr. C. de inſtit. & ſubſtit. in fi.ante nu.5.Nec diſcrepant Alex. conſ.199. viſo titulo quæſtionis.nu.6.lib.2.& Caro.Ruin.conſ.141. viſo teſtamento.nu.12.lib.3.

Quinimò non aliud ex Ioan.Coraſ.dici poteſt, cum in d.l.à teſtatore. cōditionem ſignificare ablatiuos abſolutos non ſit ambigendum, & tamen ille caſus non abſimilis ab iſto videtur: verba enim Vlpiani hęc ſunt. Cū eſſet quis rogatus reſtituere portionem, accepta certa quantitate: reſponſum eſt, vltrò petere fideicommiſſum ab hęrede poſſe: Scęuolæ autem, A teſtatore rogatus, vt acceptis centum nummis reſtitueret hęreditatē Titiæ coheredi ſuæ. Sed
8 Coraſ.† vir excelſus, horum iurium noluit animaduerſam diſſimilitudinem confiteri: conditioni etenim tunc ablatiui abſoluti apud Scęuolām incaleſcunt, cùm de trāſmiſſione agitur: vt nō immeritò ex ipſis impediatur, & ſi in diſpoſitionem etiam declinent. Quid modò erit, ſi iſtos ablatiuos hermaphroditos appellauerim? mixtam igitur ipſorum naturam Claudius expendens, in tranſmiſſione fideicommiſſi cōditionalem obſtare, magno ingenio de iure aperto reſpondit, tranſmiſſionis limites, atque regulas conſiderans.

Alium tex. Vlpiani ad Sabinū addunt, in l.2.§.videndum.ibi, matre prohibita.ff. ad S.C.Tertul.& Orfic.Sed ſi ex rei natura, abſolutos ablatiuos diſpoſitionem ibi afferre breuiter dixerimus, qualitatiſque adiectione ipſorum naturam alterari. l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal. l.vbi ita donatur. ff.de donat. cau. mor. nulla contrarietas aderit; Vel vt diſponant, nec conditionis vice vtantur, de Iuriſconſulti mēte, ibi conſtare, argum.l.in conditionibus. ff.de cond.& demonſt.l.proſpexit.in prin. ff.qui, & à quibus.

Tertiò ipſorum ſententiam ex l.facta. §.reſcripto.ibi, accepta pecunia.ff.ad S.C. Trebel.corroborant.rectè tamen animaduertendo, magis ibi conditio, quàm implementum, ſeu modus ſignificatur: aliàs enim fideicommiſſum, medijq́; temporis commodum, rogatus reſtituere, minimè conſequeretur: quod in fi. Iuriſconſultus oſtendit; Idem (inquit) iuris eſt, ſi quis ita hęredis fidei commiſerit, rogo ſi Titius tibi centum dederit, reſtituas ei hęreditatē meam. ęquipollet itaque ſimplex poſterior conditionalis verborum conceptio, ex, ſi, adiectione, priori ex abſolutis ablatiuis verborum formulæ, arg.l.1. de leg.1. Nec à l.à teſtatore, Diui Antonini reſcriptum diſtare videtur, vbi ſecundùm communem intelligentiam, conditio ex abla-

tiuis

tiuis iſtis inducitur: licèt aliter ſit reſtituẽda, vt ſtatim indicaui.

Cęterùm complura Iuriſconſultorum reſponſa afferuntur, in l. creditor. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab. l. qui fidem. ff. de tranſact. l. cum ſtipulatus ſim. ff. de verb. oblig. l. 1. in fin. ff. de leg. 2. l. de ſubmerſis. C. de naufra. lib. 11. l. 3. §. deinde. ff. de incen. rui. & naufr. l. ſi mandato. ij. §. final. ff. mand. l. nam quod liquidę. §. fin. ff. de penu leg. l. diuortio. in princ. ff. ſol. matr. l. 2. §. exactis regib. ff. de orig. iur. l. 2. §. ſed ſi extraneum. ff. de vul. & pup. cum mille ſimilib. quibus ſi reſpondere pergerem, longa admodum eſſet hiſtoria.

9 Bald. autem † in l. vnica, in 1. oppo. C. quando non pet. par. dicebat, quòd iſti ablatiui, aliquando ponuntur in vim cauſæ finalis, aliquando in vim cõditionis, & argumenti à contrario ſenſu, aliquando in vim ſuppoſitionis terminorũ: & de hac triplici acceptione ablatiuorum abſolutorum, Soc. iun. in d. rub. ſolut. matr. nu. 16. ad finalem verò cauſam inducendam, Marin. Frec. in tract. de pręſen. inſtru. in 7. par. q. 9. nu. 9.

10 Alibi † idem Bald. in l. 1. col. 2. nu. 10. verſic. Quintò quęro. C. de lib. pręter. voluit iſtos ablatiuos abſolutos, quandoque conditionem importare, d. l. à teſtatore. ff. de condit. & demonſt. Quandoque priuationem, vt in d. l. 1. Quandoque dilationẽ, ut in l. talis ſcriptura, ff. de leg. 1. Quandoque limitationem, l. fin. §. cui dulcia. ff. de triti. vino & ol. leg. l. nam quod liquidę. §. ſi cui penus. ff. de penu lega. quòd autem ablatiui abſoluti in dilatione, & certi temporis demonſtratione, in conditionem minimè reſoluantur, dicit Rip. in d. rubr. nu. 33. in 3. limit. certitudo enim temporum, abnegat conditionem. l. ex his. C. quando dies leg. ced.

11 Alibi quoque † Bald. in repet. l. 1. col. 3. in 11. oppo. ff. de leg. 2. inquit, quòd aut ablatiuus cadit ſuper certo, eſtq; ſui natura illud iuris intellectu certum, & non facit conditionem: Aut ſuper incerto, & facit conditionem, d. l. à teſtatore. Addit Iaſ. in in l. ab emptione. col. 2. poſt princip. ff. de pact. quòd aliquándo abſoluti ablatiui nihil important. l. 2. in princ. verſic. Sed & ſi extraneum. de vulg. & pup. ibi, filio præcedente. vbi Gl. iunc. l. adoptare. ff. de adop. ſubdens, quòd cùm ablatiui abſoluti gratia frequentioris vſus ponuntur, nihil tũo important, in verſic. Et iungendo illam Glo. cum textu. dictamq; differentiam certi, & incerti, ponit idẽ Iaſ. in rubr. in prin. verſic. Vnde Bald. ſolu. matr. vbi Franciſc. Rip. num. 33. in 1. limit. & Roland. de Val. conſ. 82. prima facie. nu. 16. lib. 1. & contra Iaſ. in eo quod dicit, ablatiuos gratia frequentioris vſus, nihil diſponere, tenent in d. rubr. Tho. Parpal. col. 2. in prin. & Fran. Rip. nu. 33. in 2. limit.

12 Alibi adhuc † Bald. in l. 1. col. 2. num. 6. verſic. Quæro nunquid. C. quan. lic. ab emptio. diſc. in contractibus conditionẽ importare concludit; & ſequitur Iaſ. in d. l. ab emptione. idem dicens in vltimis volũtatibus, d. l. à teſtatore. Niſi verba referantur ad eum, qui poteſt grauare. l. fideicommiſſa. §. cum eſſet. vbi Bar. de leg. 3. ſtatimque dicemus: & in contractibus, Thom. Parpal. in d. rub. in princ. ac Franciſc. Rip. nu. 31. in 1. ampl.

13 Dixere etiam † Alber. de Roſat. & Ioan. de Imo. in l. facta. §. reſcripto. ff. ad Trebel. ablatiuos abſolutos, aliquando modum importare, per illum tex. ibi, accepta à Titio pecunia, iuncto fi. illius §. Iaſ. in d. rubri. nu. 3. licèt contradicat Socin. iun. ibidem. nu. 17.

14 Bar. etiam † in l. cum ſtipulatus. in prin. de verb. obli. ablatiuũ ibi, arbitratu meo, admonitiuè ſtare admonuit, quem refert Thom. Parpal. in d. rubr. ante num. 3. ubi Bened. de Vad. in 3. limit.

15 Item ablatiui abſoluti, † aliquando contingentiam facti enarrant; quo caſu non reſoluuntur, nec aliquid important, ſecũdùm eundem Parpal. in citato loco; ſic d. l. 2. §. ſed & ſi extraneum. aduerſus Iaſ. intelligentem, vbi allegat Gloſ. ſing. in d. l. vnica. in verb. Quoties. in fi. ibi, Vel dic tertiò. C. quan. non pet. par. Neapod. in conſuetu. Inclytæ, atque ſemper Illuſtriſſimæ & Supremę ciuitatis Na⁊ρ6ιιs; inci. filiò ducente. tit. de patr. recip. dot. nu. 3.

16 Signòrol. autem † d. conſ. 69. in quæſt. col. fin. dicebat, quòd abſoluti ablatiui interdum ab homine proferuntur, & tunc in conditionem reſoluuntur, d. l. à teſtatore. & § libertatem. interdum à lege, & tunc aut per modum narrationis facti, quam ſequitur diſpoſitio iuris, aut poſt diſpoſitionem iuris. Primo caſu, in vim conditionis reſoluuntur. l. ſecunda. in prin. ff. ſolut. matr. d. l. euictis agris. ff. de uſur. Secundo caſu, in uim conditionis non reſoluuntur, nec per modũ conditionis habentur, imò per modum aſſertionis, & efficacis diſpoſitionis iuris, ut in auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legitimis. authent. poſt fratres.

tres. C. de legit. hæred. authent. matri & auiæ. C. quan. mul. tut. offic. fungi pot.

Ablatiuos inſuper, temporis extremitatem importare non ambigitur. l. qui hoc anno. de verb. obli. quod limitatur in pijs cauſis, vbi iſtud legatum in principio anni debetur, Ludou. Rom. in repet. auth. ſimiliter. C. ad l. Falc.

17 Vt mirum non ſit, † ſi in d. rub. ſol. mat. col. 2. ante nu. 3. verſic. Ideo breuiter dicatis. Thom. Parpal. in his abſolutis ablatiuis, certam regulam non dari autumauerit; & Hieronym. Grat. conſ. 103. viſo teſtamento. nu. 5. lib. 2. abſolutos ablatiuos, neceſſariò conditionem non importare, idemq; in ead. Rub. nu. 16. dixerit Soc. iu. atque ipſos capi, vt ſubiectus ſermo expoſtulat. Nat. conſ. 404. Examinato aliàs tenore. nu. 9. lib. 2.

Sat eſt, ex ipſis vt dicebam, conditionem præciſè neceſſarioque non inferri. Quod maximè ex d. l. à teſtatore. in fi. deducitur: dum dicitur, poſſe dubitari an ſit conditio, quemadmodum Soc. idem aduertit.

Sed retinendo communes traditiones, præſuppoſitaq; regula, ablatiuos abſolutos conditionem importare: quam multis Doctorum nominibus comprobatam reddidi, vt negocium iſtud in ordinem reducamus.

18 Ampliatur primò, † quòd iſti ablatiui, in conditionem non tacitam, ſed expreſſam reſoluantur. Barto. in l. 1. in 7. q. ff. de condit. & demonſtr. Thom. Parpal. in d. rub. ante num. 2. in 1. ampl. & ibidem Rip. nu. 31. Dec. conſ. 63. & pro tenui. col. 1. in fi. verſic. Nam iſta verba ablatiui caſus. & conſ. 89. viſo puncto. col. 2. poſt num. 2. & conſ. 581. viſo puncto controuerſiæ. col. antepen. nu. 6. Cor. conſ. 216. multum, nu. 4. lib. 1. Ioan. de Neuiz. conſ. 87. ſi priſci Oratores. num. 6. verſic. Item illi ablatiui. poſt Dec. quem allegat, Bened. de Vad. in verſic. Ablatiui abſol. in 1. ampl.

19 Secundò ampliatur, † vt idem ſit in datiuo abſolutè prolato, qui in conditionē reſoluitur: putà ſi ſtatuto caueatur, confitenti delictum tertia pars pœnæ remittatur. Bald. in l. 1. in vlt. col. verſic. Quintus caſus. C. de furt. Parpal. in d. rub. nu. 2. vbi Franci. Rip. nu. 31. inferens quòd ſemel in iudicio neganti, & poſteà confitenti, non ſit remittenda pœna: faciens enim actum contrarium conditioni, facit conditionē perpetuò deficere. l. pen. C. de cond. inſer.

20 Tertiò ampliatur, † etiam ſi cum ablatiuis iungatur modalis dictio. l. ſi ego. §. 1. ff. de iure dot. per quam ita dicit Bar. in l. ſub conditione. col. 3. ff. de ſolut. Franc. Rip. in d. rub. ante nu. 33. Dec. d. conſ. 63. & pro tenui. col. 1. in fine. verſic. Et hoc procedit etiam. & conſ. 89. viſo puncto. col. 2. poſt nu. 2. Bened. de Vadis, in 3. ampl.

21 Quartò ampliatur † etiam in contractibus, vt ſupra dixi, adeò quòd fruſtra repeterem.

Quintò ampliatur etiam in ſtatutis, in quibus ablatiui faciunt propriam conditionem, Bal. in l. non ſine. circa prin. C. de bon. quæ lib. Bened. de Vad. in 3. ampl.

Limitationes ex præcedentibus expedit colligere, & alias tres addere. Prima
22 eſt, † vt non inducant conditionem ablatiui iſti, cùm ad leuem conditionem referrentur, ſecundùm Alex. in d. l. 2. §. prius. col. 2. ff. de vulg. & pup. Rolan. de Val. d. conſ. 82. nu. 15. lib. 2.

23 Secunda eſt, † quando reſultaret repugnantia in ſubiecto, ſi ablatiui reſoluerentur in conditionem. l. qui fidem. ff. de tranſac. cùm ad euitandam contrarietatem, à vera, & propria ſignificatione verbi recedamus, ſecundùm Bar. in l. fi. §. idem quęſijt. ff. de cond. indeb. ita tradit Fran. Rip. in d. rub. in pen. limit. ante nu. 34. ſol. matr.

Tertia aſſertur, cùm materia eſt diſpoſitiua, tunc conditionem minimè faciunt, l. qui fidem. ff. de tranſa. cum adductis per Bened. de Vad. in 2. limit.

24 Suntque abſoluti ablatiui, † qui per ſe ſtantes, ab alio non regunrur, Bald. in d. l. prima. col. 2. nu. 10. verſic. Quintò quæro. C. de lib. prętcr. Hieronym. Grat. conſ. 82. etſi ſatis. nu. 12. lib. 2.

25 Vnde ad veram reſolutionem † ſciendū eſt, ablatiuos quandoque in vim ſeptimi caſus, vt Diomedes, & Seruius docuerūt, enunciari: tuncq; dubium non eſt, ad conditionem non referri. inducitur autem huius caſus vis ſimpliciter in nominibus, vt cùm dicimus, te authore didici, arbitratu Seij ædificaui, ſaluo conſenſu domini alienaui, & ſi qua ſimilia: ſicque procedit tex. in d. l. 1. in fine. ff. de leg. 2. l. cum ſtipulatus ſim. ff. de verb. obliga. & ſic cùm ſumus in verbis non ad obligationem, ſed executionem prolatis, & ita eſt, & in l. ſi quis arbitratu. d. tit. de verb. ob. l. multa. ff. de cond. & demon. l. fin. C. de contrah. empt.

Quandoque per Participium proferuntur, tuncque naturam adiuncti participij debemus inſpicere, præſentis, præteriti, an futuri ſit temporis: quod præſentis temporis eſt, conditionem inducit, vt ſi

dixerim,

dixerim, rato manente pacto pœna ſoluatur: item filio præcedente, patri permittitur quemlibet in locum nepotis adoptare: hic enim non videtur ſubeſſe conditio. l. qui fidem. ff. de tranſac. l. 2. §. ſed ſi extraneum, ff de vulg. & pup. quod Andreas Alciatus, præclari nominis Iuriſcõſultus, diſciplinarumq; omnium theſaurus, non procedere dixit, cùm participium ipſum, licèt præſentis temporis, futuros tamen caſus reſpicit: vt ſi conſtitutum ſit, ſtantibus maſculis, fœminas à ſucceſſione exclu di: illa enim verba, ſtantibus maſculis, quoniam ab eo prolata cenſentur, qui ius de ea re ſtatuendi habet, & conditionem inducunt, & diſpoſitionem: non enim ſolùm fœminas ſub conditione excludunt, ſed ipſos maſculos admittunt. Bart. in l. 2. §. fin. ad Tertul.

Cùm participium præteriti eſt temporis, obſcurior (inquit Alciatus) eſt quæſtio: quoniam ex adiectione verbi, poteſt ad omnia tempora referri, vt in l. verbum erit. de verb. ſignif. ex P. Nigidij ſententia ipſe explicat. Proinde hæc verba, ſoluto matrimonio, generaliter accipi, ex materia ſubiecta poterunt: ſiue retro ſolutum ſit, ſiue in futurum ſoluetur, reſpectu futuri, cõ ditio eſt, non autem reſpectu præſentis præteritive. Nam & cum ſermo latinus præſens, à paſſiuo verbo participium nullum habeat, ſoliti ſunt veteres, in eum ſenſum præterito vti, vt apud Virg. Vimque addere victis; id eſt qui vincebantur; & in Georgicis: Quam quib. in patriam, ventoſa per æquora vectis: id eſt qui vehuntur; ſic & in ædicto Prætoris, in l. ſecunda. §. deinde. de incend. dum in eum qui rate, naue expugnata, quid rapuiſſe dicitur, actio conceditur: illa verba, naue expugnata, exponuntur, id eſt dum expugnatur, & præſens quoque tempus reſpiciunt. l. quarta. ff. de manumiſſ. l. fideicommiſſa. §. cum eſſet. de legat tertio.

Sumuntur & aliquando hæc participia in vim nominis, vt cum dicimus, velo leua to iudicauit, reſeruato domini conſenſu alienauit, penum excepto vino legauit: quo caſu anceps non eſt, diſpoſitionem inferri, non conditionem, idemque iuris eſt, quod de vi ſeptimi caſus dictum eſt: & ita procedit l. nam quod liquidę. ff. de penu legat. in §. fi. & l. fi. C. de naufrag. li. 11.

Cùm futuri temporis participium eſt, tempus potius quàm conditio inducitur, vt in illo Lucani: Venturo Cæſare Romã, Ignauæ liquere manus: id eſt cùm eſſet ven-

26 turus. Illud etiam conſtat, quę in, dus † participia terminantur, nullo modo ad conditionem, neque expreſſam, neque tacitã attinere: ſed id ſignificari, quod fieri oportet: vt in exemplo Iuſtiniani, poſterioribus ſecundò relinquendis; & rurſus, liberis inſtituendis, vel exhæredandis; & in l. pen. §. illo. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſti. illo vi delicet obſeruando.

Siquis inſpexerit hæc de ablatiuis abſolutis poſtremò tradita, ab Andrea Alciato, viro eminentiſſimo, atque venerando, paucis additis, me fuiſſe mutuatum nõ ignoret, ex profeſſoque me eius verba retuliſſe, tanquam Pauli, aut Pomponij: cũque ſententia delectarer, quæ & Ioanni Coraſio, egregio Iuriſconſulto mirè placuit, abſurdum videbatur, alienis verbis ip

27 ſam conſcribere: Alciatum enim † multis ego nominibus efferendum eſſe arbitror, primum quòd ad mentem Iuriſconſultorum ita intimè penetrauit, vt Iuriſconſulti ſe ipſos enodare videãtur: deinde quòd in eius libris, orationis candor, ac puritas adſit, cuius contemplatione, nullius expleri poteſt animus, orationis dulcedinem deguſtare cupientis: breuitatis ſpectaculo nihil põt admirabilius eſſe, nihil pulchrius: nã velut alter Euripides, vt multa pręclare ſic breuiter conſtrinxit: non vt obſcuritatẽ pariat, nõ vt aliquid neceſſariũ prætereat, cùm mirabiliter effecerit omnia, nedum in ſuo quoque genere pubeſcant, ſed floreant. Quid non definit? Quid non diſtinguit? Quid non elucidat? Quid non exornat? Quis rogo Alciato præſtantior, aut venuſtior? qui velut fulgidas vndique gẽmas, lucenti auro, Græcas literas, Latinis coniunxit: ampliſſimis itaque, ac ſempiternis monumentis, conſecrandam eſſe memoriam eius animi altitudinis, reconditæ eruditionis, ac eloquentiæ dixerim, vt nulla iniuria temporum, nulla vetuſtas, res eius præclariſsimas, ex animis hominum obliterare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Gerundia in ablatiuo, ſicut ex communi opi. participia, conditionem importare, cum inter participia numerentur.*

2 *Gerundium in caſu nominatiuo, addito verbo ſubſtantiuo, neceſſitatem ſignificare.*

3 *Gerundium in caſu genitiuo, neceſſitatem non inducere, ſed cauſam finalem, additis maximè dictionibus, animo, vel cauſa: vt percuſſi, animo occidendi.*

Gerun-

4 *Gerundium in accuſatiuo, cauſam finalem oſtendere, non neceſſitatem ſignificare: tuncq́; an & modum ſignificet, nu. 5.*

6 *Gerundium verbo futuri temporis adiectum conditionem oſtendere.*

7 *Gerundium formam afferre, futuri temporis verbo adiectum.*

8 *Gerundium, verbo, vel participio praſentis, vel prateriti temporis adiunctum, declarationem, determinationem, ſiue qualificationem importare.*

9 *Inſultum ſibi factum dicens vulnerando, vtrùm videatur de vulnere accuſare, vel de inſultu qualificato.*

10 *Gerundium cum, de, prapoſitione poſitum, materiam denotare, quidq́; fieri debet.*

C A P. II.

QVEMADMODVM participia ex
communi opi. in ablatiuo,
1 ſic gerundia † conditionem
ſignificant: cum & ipſa inter participia numerentur;
nam & caſus, & genera in vtroque numero habent: ex quo verba non ſunt, ſed participia, ſiue participalia: regunt præterea
caſum more verborum, participiorumq́ue
ex quo nomina non ſunt: poſt ſe inquam
regunt non ante ſe, vt Valla, lib. 1. Elegan.
cap. 17. admonet: caſus verò quatuor retinent, Nominatiuum, Genitiuum, Accuſatiuum, & Ablatiuum: & vnuſquiſque caſus diuerſam retinet naturam. Si enim ge
2 rundium † in caſu nominatiuo enūcietur,
cùm adiungitur verbo ſubſtantiuo, eſt, neceſſitatem tunc iure ſignificat: quia exponitur edendum eſt, neceſſe eſt edere; iurandum eſt, neceſſe eſt iurare, vt Grammatici tradunt, & ex noſtris Doctoribus Fel.
in c. exceptionem. col. 3. de excep. Marian.
Soc. in c. 1. in fi. ext. de mut. petit. Io. à Mōte Sperel. Corn. num. 4. Claud. de Seyſel.
Franc. Purpu. nu. 9. Andr. Alcia. in verſic.
Editio verò. in rubr. C. de eden. quo caſu
ſemper in paſſiua ſignificatione ſumitur,
vt Baldi ibi conſideratio tunc vera exiſtat,
dum vult gerundium duplicem habere
ſignificationem, actiuam ſcilicet & paſſiuam, in actiuaq́ue ſignificatione neceſſitatem non ſignificet: & ita procedant tituli, de in ius vocan. & de poſtulando: in paſſiua verò ſignificatione neceſſitatem importet, & ita accipiatur titulus, de edēdo,
quæ fuit originalis opinio Rayner. de Forliu. ibi, prout ipſum refert Nico. de Neap.
in rub. Inſtit. de actio. quem in d. rubr. de
eden. ſequuntur Salyc. Aret. & Io. à Vico
merc. num. 10. & Cardin. in c. 1. de poſtu.
prela. in 6. licèt dictam opinionem quo ad
Gloſ. reprobent Moder. Tollent. in d. rub.
nu. 77. verſic. Quare ego dicerem. concludentes, gerūdium indiſtinctè neceſſitatem
importare, vt per eos.

3 Si verò gerundium † in caſu Genitiuo
ponatur, neceſſitatem non ſignificat, vt in
notabili quæſtione conſuluit Alex. conſ.
28. ponderatis verbis. nu. 5. verſic. Quia illud gerundium. lib. 4. ſed cauſam finalem,
vel intentionem: præſertim ſi ijs dictionibus, animo, vel cauſa, coniungatur; vt
percuſſi animo occidendi, ideſt ad hunc
finem, vt occiderem. l. ſi is qui cum telo.
ff. de ſicar. Thom. ad Barto. in extrauag. ad
reprimen. in verſic. Ne ex eorum abſentia,
ante nu. 14. Angel. Aret. num. 5. & Iaſ. nu.
30. in d. rub. Inſtit. de act. Ioan. Bologn. in
rubr. de eden. nu. 41.

4 At ſi gerundium † in accuſatiuo caſu
ponatur, vt ad reprimendum, ad tollendum; & tunc neque neceſſitatem, ſed pariter cauſam finalem denotat, quaſi hoc
faciat ad illum finem, vt reprimat, vt tollat, probatur in d. Extrauag. ad reprim. verſic. Ne ex eorum. vbi Barto. notat ante nu.
14. quomo. in læſæ Maieſt. crim. proced.
Aret. & Iaſ. nu. 29. poſt Ioan. de Plat. in d.
rub. de actio. eſt tex. in l. 1. §. Labeo. ff. de
dolo. in definitione doli. in l. 1. in prin. in
definitione tutelæ. ff. de tut. & rat. diſtrah.
in l. quibus diebus. §. fin. de cond. & dem.
Hiero. Grat. conſ. 123. cum hæc cauſa. nu.
18. lib. 1. conſ. 35. diligenter conſideratis.
nu. 8. verſic. Tertiò conſidero. conſ. 52. in
cauſa. col. 4. num. 26. lib. 2. conſ. 91. in cauſa Marci. col. 2. num. 9. verſic. Et maximè,
eod. li. 2. Cel. Hug. conſ. 98. cùm ſit. col. 2.
poſt nu. 2. verſic. Iſta enim gerundia. Ioan.
Bologn. in d. rubr. de eden. nu. 41. & tali
5 caſu † gerundium poſſet etiam modum ſignificare, vt ex præcitatis aliqui tradiderunt.

Denique ſi in caſu ablatiuo ponatur,
tunc neceſſitatem minimè importat: aut
enim ponitur ſine præpoſitione, & tūc aut
6 verbo † futuri temporis adijcitur, vt moriendo habebit, & conditionem ſignificat.
l. ſi tu ex parte. in fi. & ibi Barto. per illum
tex. ff. de acquir. hæred. idem Bart. in d. l. 1.
in prin. ff. de cond. & demon Bal. in auth.
ingreſsi. C. de ſacroſan. eccleſ. Felyn. in c.
quæ in Eccleſiarum. col. 13. de conſt. Dec.
plures allegans, conſ. 433. viſa copia conſilij. col. 2. nu. 6. verſic. Non obſtat quòd ſecundò.

cundò. Corn. conſ. 90. in cauſa vertente. nu. 5. verſic. Quia gerundium. conſ. 143. licèt in hac conſultatione. col. 3. nu. 5. verſi. Illud enim gerundium. lib. 4. Pariſ. conſ. 19. ad reſolutionem. col. 2. nu. 4. verſic. Illud enim gerundium. lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 170. viſo teſtamento. col. 2. nu. 2. verſic. Sed demum. li. 3. Socin. iun. conſ. 122. nolebam. col. 5. nu. 20. lib. 2. conſ. 71. licèt in hac conſultatione. col. 1. in princ. lib. 3. Io. Crot. conſ. 4. caſus propoſiti tenor. nu. 23. Celſ. Hug. conſ. 58. ſuper. nu. 19. col. fi. verſi. Poſtremò. conſ. 111. omiſſum. col. 4. nu. 6. Io. Bolognet. in d. rubr. de eden. nu. 41. Steph. Bertrand. conſ. 82. adeo plenè. nu. 2. lib. 7. poſt Bal. conſ. 387. quæritur ſi creditores cum vſuris, verſic. Modò quæritur. lib. 3. & Ang. de Aret. in proœm. Inſti. de actio. verſi. Si verò gerundium ſit poſitum. idem Bertr. conſ. 99. vidi caſum. nu. 4. eod. lib. 7. Alex. de Neuo, conſ. 37. non figurabo. nu. 9. Io. Cæph. conſ. 462. quæro in primis. nu. 18. lib. 4. Ioan. Petrutius de Monteſperel. conſ. 281. Viſo ſupradicto teſtamento. nu. 6. quod eſt repetitum conſ. 225. nu. 4.

7 Proinde formam importare dicitur, † ſecundum Celſum, d. conſ. 58. nu. 19. verſic.

8 Ita quòd aut verbo † vel participio præſentis, vel præteriti temporis adiungitur, & tunc dicitur declarationem, determinationem, ſeu qualificationem ſignificare: vt Titius inſultauit Mæuium vulnerando, id eſt cum hac vulneris qualitate. Bar. in d. l. ſi tu ex parte. in fi. Alex. conſ. 1. viſo proceſſu. nu. 8. lib. 3. Corn. conſ. 105. viſis atteſtationibus. col. 4. nu. 11. verſic. Illa enim gerundia. conſ. 172. viſa copia. col. 3. num. 8. lib. 3. conſ. 224. conſiderata forma. col. 9. nu. 19. verſic. Quia natura gerundij. lib. 4. Soc. conſ. 91. viſa, & diligenter ponderata. col. 2. nu. 2. verſic. De cuius gerundij natura. poſt Iac. Butrig. Salyc. & alios, lib. 1. conſ. 93. circa primum. col. 2. in prin. nu. 2. verſi. Præterea dicta verba. co. li. 1. Pariſ. d. conſ. 19. ad reſolutionem. nu. 5. lib. 2. Iaſ. nu. 33. & Ludouic. Gomes. num. 8. verſic. Suadetur hoc, poſt Bald. ibi, in rubr. de actíon. l. vim facit. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. ſi argentum. ff. depoſi. l. 1. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. Celſ. Hug. cóſ. 111. omiſſa. col. 3. ſub nu. 6. verſic. Natura autem. Io. Bolognet. in rubr. de eden. nu. 41.

9 Hinc illa quæſtio † inter Iaco. Butrig. & Io. Andr. dirimitur, vt ſi quis dixerit, talem contra ſe inſultum feciſſe vulnerãdo: vtrũ videatur de vulnere accuſare, vel de inſultu qualificato. & Salyc. poſt Iac. Butrig. in l. 1. col. 1. C. de his qui latr. defen. in ea eſt ſententia, vt non de vulnere, ſed inſultu qualificato accuſare videatur. Contrarium decidit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de libel. concep. §. iam nunc videndum occurrit, in prin. vbi concludit, procedere accuſationem in qua aliquis dicat, accuſo Titium, quia fecit inſultum contra me, veniẽdo cum armis, & proijciendo lanceam contra me: nam ſecundum eũ, gerundium reſoluitur in verbum, vt perinde ſit, ac ſi dixiſſet, venit contra me, & proiecit: dicẽs tali modo accuſatum non eſſe abſoluendum, pro ut tenebant quidã antiqui, quos ibi refert.

Non eſt à Iacobi Butrig. opin. recedendum, quicquid Iaſ. dixerit, in rub. de eden. num. 8. verſic. Teneo contrarium per tria; nam contra eum eſt communis opin. vt ibi atteſtatur Dec. ante nu. 11. & plures iſtud tenentes allegat, pro qua facit Bart. conſ. 10. duo ſunt ſtatuta in Ciuitate. col. pen. verſic. E contra videtur. & col. fi. dirimens eandem quæſtionem inter Franc. Accurſ. Guid. de Suzza. & Dyn. de Mugel. veramque eſſe opinionem antiquorum tenet Io. Bolognet. in rub. de eden. num. 44. de ſermonis proprietate, allegando Corn. in citatis conſilijs.

Si verò cum, de, præpoſitione ponatur, † materiam denotat, idque quod fieri debet, vt in ti. de eden. ſecundum Hieron. Cagnol. in rubr. ff. de orig. iur. participiorũ futuri temporis in, dus, terminatorum exemplo, quæ id indicãt quod fieri debet. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act. vnde dicimus, de liberis inſtituendis, vel exhæredandis, in rubr. de lib. & poſth. vt tradit Andr. Alc. in rub. de eden. verſi. Editio verò actionis. Et licet Io. Bologn. ibi, ante num. 41. profiteatur Alciati opinionem confundere, non eſt tamen ab ea recedendum: nouam quandam etiam in materia gerundiorum diſtinctionem affert, parum autem diſtinctam, & veram, ſuper qua nõ aliter eſt immorandum: & in materia gerundiorum, vide Paul. de Montepic. conſ. 90. Circa illud, nu. 18.

(margin: 10 beside "tur, † materiam denotat")

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos, ſub ablatiuis abſolutis, per teſtatorem diſpoſitiuè vocatos cenſeri; Qui contradicant, nu. 3. ſed non eſſe à priori opin. tanquam veriori recedendum, & communiori, nu. 4. & vide nu. 7.*

3 *Ablatiuos abſolutos, diſpoſitionem inducere, cùm ab eo qui circa actum poteſt diſponere, proferuntur.*

4 *Ablatiuos abſolutos, formam importare, nedùm expreſſam conditionem.*

5 *Ablatiuos abſolutos, non inducere conditionem, cùm in contrarium de teſtatoris mente conſtaret.*

6 *Ablatiuos abſolutos, diſpoſitioni magis, quā conditioni accedere.*

CAP. III.

1 ALtera eſt inſpectio,† nunquid diſpoſitionem in propoſita quęſtione inducant, & proinde filij ſub ablatiuis abſolutis per teſtatorē poſiti, ſint vocati. Et in hac ſecunda inſpectione concludendū eſt, filios iſtos poſitos eſſe in diſpoſitione, ex ablatiuis abſolutis: ita dicunt, Ludouic. Roman. in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. nu. 18. ff. ſol. matrim. Corne. in l. 1. col. 3. verſic. Nec obſtat. §. cum eſſet. C. de conditio. inſer. Pariſ. conſ. 66. Nobilis Sylueſter. col. 3. nu. 19. verſic. Et quia dicti filij. lib. 3. Ludouic. Bolognin. conſ. 66. Viſo igitur puncto, col. 5. verſic. Vel ſecundò dicamus, Ioan. Franciſc. Purpur. inter conſil. Laurent. Syluani, conſ. 53. nu. 4. verſic. Secunda ratio eſt. Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 787. vbi allegat Carol. Ruin. conſ. 201. Viſo, ac perlecto teſtamento. nu. 3. lib. ſecundo. Socin. iun. conſ. 4. Circa præſentem conſultationem. col. tertia. nu. 7. verſic. Sed pro nunc. & nu. octauo. dicens opinionem Gloſ. non procedere, quando dicerentur poſiti in conditione non expreſſè, ſed per reſolutionem, puta per ablatiuos abſolutos: tuncque per illos induci diſpoſitionem: & eſſe text. in l. fideicommiſſa. §. cū eſſet. de leg. 3. ac ita declarare Corn. & Bologn. quem inſignem appellat Doctorem, lib. 1. & idem tenet Anton. Gabr. in tit. de fideicom. concl. 4. nu. 41. idem Carol. Rui. conſ. 134. Circa caſum. col. 3. poſt nu. 5. verſic. Secundò ad iſtud. lib. 3. conſ. 141. Viſo teſtamento. col. 5. nu. 12. verſic. Et primo, cum ſeq. eo. volum. Ioan. Mar. Riminal. conſ. 189. In hac difficultate. nu. 9. lib. 1. Tyber. Decian. conſ. 41. Magnificus D. Marianus. nu. 48. & infra, lib. 1. conſ. 44. Circa primum. nu. 58. & infra, lib. tertio. Matth. Brun. conſ. 82. Super præſenti. nu. 15. Iacob. Menoch. conſ. 393. Reſpondi. nu. 22. lib. 4. vbi nu. 24. 25. 26. & 27. authoritates contrariam opinionem tenentium proſternit. Franc. Turturell. conſ. 394. Si cum textu. nu. 19. inter conſ. dicti Menoc. eod. volum. Petr. Anton. de Petr. Placentinus. in d. tract. de fidecom. prohib. q. 9. nu. 204. in 8. coniect. fol. 214. Achyll. Pedro. conſ. 22. Punctus difficultatis propoſitæ. nu. 10. Rimin. Iun. cōſ. 651. D. Butrigellus, nu. 25. verſic. Tertia eſt coniectura, latè inſiſtens & concordantes allegans, lib. 6. cōſ. 661. Conſului iam, nu. 46. & infr. cōſ. 669. Illuſtris Dominus, nu. 10. eod. vol.

2 Et ratio eſt, † nam abſoluti ablatiui diſpoſitionem importare dicuntur, cum ab eo, quēadmodum dixi, qui circa actum, vt in propoſito, poteſt diſponere, proferūtur, d. l. fideicōmiſſa. §. cum eſſet. l. ſi ſeruus. §. qui margaritam. de legat. 1. l. ſi in ratione: §. tametſi. ff. ad l. Falcid. Barto. in d. l. 2. §. videndū. nu. 2. verſic. Nam illi ablatiui abſoluti. ff. ad Tertull. & in d. §. cum eſſet. in 2. ſolut. ad primam oppoſi. Tho. Dipl. in addit. ad Barto. in extrauagan. ad reprimen. in verb. ruptis. Lud. Rom. conſ. 32. Viſa municipali cōſtitutione. nu. 6. verſi. Clarum eſt, Caro. Rui. conſ. 75. Circa primum quęſitum. col. fi. nu. 18. lib. 2. Bartolo. Veronenſ. conſ. 7. Punctus quęſtionis. nu. 5. Dec. d. conſ. 577. Viſo conſilio. col. 5. nu. 12. Soc. iun. d. conſ. 4. nu. 8. allegans Bologn. in. d. lib. 1. & in d. rubri. ſolu. matrim. in 1. notab. nu. 16. verſic. Et ſcias. Iaſ. in d. l. ab emptione. poſt nu. 1. Alex. d. l. in ratione. §. tametſi. nu. 5. poſt Paul. de Caſtr. ibi, ſed ante vtrūque Bal. notabiliter, in rub. C. de inſti. & ſubſt. col. 2. nu. 4. verſic. Extra quæro. Pariſ. d. conſ. 66. col. 4. nu. 19. lib. 3. Simon de Prę. cōſ. 137. Fideicōmiſsū. nu. 33.

3 Contrarium tamen † plerique tenuerūt, liberos, ſcilicet in ablatiuis abſolutis poſitos non vocari aſſerentes: & inter cęteros allegant Alexan. conſ. 185. Viſo titulo quęſtionis. col. ſeptima. nu. 19. verſic. Octauò non obſtat. lib. 2. & conſ. 199. Viſo præſtanti conſ. col. pen. nu. 14. verſic. Sextò non obſtat. eo. lib. 2. Ioan. de Anan. conſ. 68. Viſo ſtatuto. in fi. nu. 2. verſic. Pręterea iſta videntur paria, & verſic. Sed his non obſtantib. Cur. ſen. conſ. 42. Quia inquit Bal. nu. 28. & conſ. 63. Antiquiſſima, & nobiliſſima familia. nu. ſecundo. Hiero. Gra. conſ. 82. Et ſi ſatis. ubi de communi. col. 2. nu. 13. uerſic. Secundo, Imò & ſi ſtarent. Franciſc. Ripa, in rubric. ff. ſolut. matrimo. nu. trigeſimoquarto. & in l. centurio, nu. 161. dicēs ſe de alia opinio. ualde dubitare, & eſſe maximam reſtrictionem, vtrobique reſpōdens

dens ad d. §. cum eſſet. Ant. Rub. Alexand.
in l. pater filium, nu. 76. de inoff. teſtamen.
Simon de Præt. conſ. 167. Omnes ſciunt.
nu. 42. cum ſeq.
4 Sed non eſt à ſententia Corn. † & Bo-
log. recedendum tanquam veriori, & com
muniori. Nam licet per ablatiuos abſolu-
tos expreſſa inducatur conditio, vt ſupra
dixi, adeò ut etiam importent formam,
Dec. d. conſ. 11. Et pro tenui. nu. 9. niſi in
5 contrarium † conſtaret de mente teſtato-
ris, ut per Caro. Ruin. conſ. 166. Viſo dili-
genter teſtamento Odoardi. nu. 10. verſic.
Sed ſecus eſt, lib. 3. argu. l. Seius Saturni-
nus. ad Trebel. & l. in conditionibus pri-
mum locum, de cond. & demon. Diſpoſi-
6 tioni tamen magis accedunt, † quàm ex-
preſſa conditio, vt dicit Alexan. poſt Ca-
ſtren. in d. l. in ratione. §. tametſi. poſt nu.
5. verſic. Nam ablatiui abſoluti. ff. ad l. Fal
cid. argu. l. demonſtratio falſa. ante finem,
verſic. Et ſi conditionaliter. de condit. &
demonſtrat. And. Alcia. in l. quærebatur.
ante fi. verſic. Nam & illud in cõfeſſo eſt.
ff. de verb. ſignific. poſt Iaſ. in d. rubr. ſolu.
matr. in princ. Caro. Rui. conſ. 134. Circa
caſum, col. 3. nu. 5. verſi. Secundò ad iſtud
reſpondeo. & conſ. 141. Viſo teſtamento
Magiſtri Georgij. col. 5. nu. 12. verſic. Alle-
gat notata. lib. 3. Bened. de Vadis, in verb.
Ablatiui abſol. in 5. limit.
7 Cæterùm non defuere Doctores, † qui
diſtinctione vtuntur, quòd Corn. opi. vera
ſit, cum liberi in conditione ponuntur affir
matiuè per ablatiuos abſolutos, vt vocati
cenſeantur; Curtij verò & aliorum, cum
negatiuè verba concipiuntur, ſub ijſdem
ablatiuis, ita declarant Carol. Ruin. conſ.
201. Viſo, ac perlecto teſtamento. nu. 3. &
4. lib. 2. conſ. 134. Circa caſum. nu. 5. li. 3.
Natta conſ. 551. Quoniam. nu. 10. & no-
uiſſimè Franc. Mant. in tract. de coniect. vl
tim. volun. lib. 11. tit. 3. col. pen. poſt nu. 17.
verſic. Aliud eſt autem.

Non tamen à deſuper traditis receden-
dum eſſe exiſtimo: Sed aſſeruerim latius
fortaſſe vocationem procedere in verbis af
firmatiuis, non quòd alio caſu vocatio ex-
cludatur: aliter enim intelligendo, eſſet tot
coniecturas, Doctorum magnis vigilijs in-
ductas, ipſorumq; ingenijs elaboratas pro
ſternere, vt inquit Rim. iun. d. conſ. 661. an
te nu. 54. d. lib. 6. cuius quidẽ verba contra
nonnullos intorqueri rectè poſſunt, qui
ſummo ſtudio oẽs coniecturas ad inducẽ-
dam in conditione poſitorum vocationẽ,
tollere, deſtruereq; conantur.

SVMMARIVM.

1 *Liberi poſiti in conditione, licet ſecundum opinio. Gloſ. in d. l. Lucius Titius. diſpoſitiuè vocati non dicerentur: ad eos tamen prima conditionalis ſubſtitutionis tranſmiſſionem fieri. Et in conditione poſitionem vrgentem coniecturam, in tranſmiſsionis materia cenſeri. nu. 2.*

3 *Liberi in conditione poſiti, licet ex dicta Gloſſa, non dicerentur diſpoſitiuè vocati, ſi tamen teſtamentum quaſi caducum, vel irritum fieret, venientes ab inteſtato, propter clauſulam codicillarem, illis hæreditatem reſtituere teneri.*

4 *Clauſulam codicillarem ſolùm operari, vt fideicommiſſi iure debeatur, quòd directò relictum eſt.*

5 *Subſtitutum non debere plus ab inteſtato conſequi, quàm ex teſtamento conſequeretur.*

6 *Clauſulam codicillarem, tendere ad teſtatoris voluntatem omni meliori modo conſeruandam.*

C A P. IIII.

1 VNVM autem non eſt omittendum, † quòd poſiti in conditione, licet ſecũdum Glo. opinionem, non dicerentur diſpoſitiuè vocati, fieret ad eos tamen tranſmiſſio primæ ſubſtitutionis conditionalis, quæ aliàs non fieret. Bald. in l. ſi pater. in 4. quæſtio. C. de inſtit. & ſubſtitut. idem Bald. in l. 1. in princ. C. vt act. ab hæred. & contr. hæred. & in l. vnica. nu. 10. C. de his qui ante aper. tabul. Rapha. Cuman. conſ. 13. Titius inſtituit Seium. Raph. Fulgoſ. conſ. 15. Proponitur quòd Montes, in fine. Soc. in d. §. cum ita. colum. 5. vbi Hieronym. Zanch. nu. 306. & nu. 793. latè declarans. idem Socin. conſ. 6. In præſenti conſultatione. col. 4. verſic. Reſtat nunc reſpondere. libro tertio. Dec. conſ. 397. Viſo puncto. col. 2. nu. 6. conſ. 515. In caſu occurrenti. poſt nu. 1. & conſ. 594. Viſo teſtamento Franc. col. fin. ante num. 8. verſic. Et hoc clarum videtur. Aymo. Crauet. conſ. 62. Nobilis Vrbanus. col. 2. nu. 10. verſic. Sed in terminis terminantibus. vbi allegat Curt. iun. conſ. 16. Videtur prima facie. col. 3. poſt med. verſic. Sed quid fortius. Curt. ſen. conſ. 75. Dom. Ludouicus. col. pen. verſic. Reſpondetur dupliciter. ante nu. 15. Soc. iun. conſ. 141. Habita diligenti animaduerſione. col. 6. nu. 25. verſic. Iſtud etiam.

lib. 2. Iaſ. conſ. 52. Ioannes Bartholomæi. col. fina. verſic. Similiter quando teſtator. lib. 3. Pariſ. conſ. 50. Ex teſtamento condito. col. 3. nu. 3. cum ſeq. lib. 3. conſ. 91. Circa teſtamentum. nu. 44. lib. 2. Caro. Ruin. conſ. 145. Videtur nu. 5. & 6. lib. 2. Hiero. Grat. conſ. 101. Ex ſerie facti, col. 1. & 2. vſque ad nu. 12. lib. 2. idem Aym. in l. cum filiofamilias. nu. 334. de leg. 3. Iac. Meno. cõſ. 325. De prima propoſita dubit. n. 58. li. 4. Iac. Mandel. Alben. conſ. 312. Intentio iſtorum, num. 16. & 17. lib. 2. conſ. 329. Quàmuis, nu. 19. eod. vol. conſ. 568. Quæſtio mihi propoſita, nu. 23. verſic. Alterum fundamentum, li. 4. Bonif. Rugerius conſ. 12. Perilluſtris & Excellentiſſimus, num. 124. lib. 1. Anton. Galeatius Maluaſia, conſ. 84. In cauſa D. Antonij. nu. 8. verſic. Vbi voluit iſtud. lib. 1. Eſtque vrgens conjectu-
2 ra † in materia tranſmiſſionis, vt de ſuper etiam obiter tetigi: declarationes autem prætereo, ne d. §. cum ita, propria dos, atque materia auferatur.

Item aliud, quòd licèt non dicantur di-
3 ſpoſitiuè vocati, † ſi tamen teſtamentum quaſi caducum, vel irritum fiat, tenentur venientes ab inteſtato, vigore codicillaris clauſulæ, illis hæreditatem reſtituere. Dec. conſ. 242. In caſu propoſito. in tertia difficultate. col. 2. nu. 3. & col. 3. ante num. 4. Nam etſi Barto. in l. 1. ff. de iure codicillo. col. 11. num. 16. verſic. Vndecimò quæro. dixerit quòd ſi teſtamentum rumpatur agnatione ſui hæredis, per l. Velleiam, ut puta ſi teſtator inſtituit æqualiter duos filios, & altero ſuperuiuente vnus deceſſerit, remanentibus ex eo nepotibus, qui reperiuntur præteriti, & ſic teſtamentum rumpitur, non tamen ipſi nepotes tenentur eorum portionem reſtiuere eorum patruo virtute codicillaris clauſulæ, quia talis portio relicta nullo modo fuit illi pa-
4 truo, fratri eorum patris, † & talis clauſula ſolùm operatur, quòd iure fideicommiſſi debeatur, quod directò relictum eſt. l. quaætate. §. vtrum autem. ff. de teſtamen. & in l. poſthumus. §. ſi paganus. ff. de iniuſto rupto teſtamen. Reſpondet Dec. dicta. col. 3. verſic. Sed etiam. quòd Bart. loquitur eo caſu, quo nullo modo quis vocatus ſit, prout ipſe dicit, ibi, imò nullo modo. Secus videtur vbi filij ſaltem ab inteſtato vocarentur, quemadmodum hic, & ſubſtitutum excluderent: vnde iſta prælatio ipſis ſtante teſtamento competens, debet virtute dictæ clauſulæ, annullato teſtamẽto, conſeruari; quæ teſtamenti formam non immutat: proinde conditio in teſtamento appoſita, eiuſdem clauſulæ virtute videtur ab inteſtato repetita, & ſubſtitu-
5 tus † non debet plus conſequi ab inteſtato, quàm ex teſtamento conſequeretur, Bald. conſ. 319. Quidam Nicolaus. col. fi. num. 5. Dec. in l. precibus. poſt nu. 18. verſic. Et ideo. C. de impub. & alijs ſubſtitut. vnde ſicut ſubſtitutus excluderetur caſu iſto à teſtamento ſtantibus liberis inſtitutis, eodem modo debet ab inteſtato ab eiſdem liberis excludi: & ſicut liberis non extantibus bona, & hæreditas à uenientibus ab inteſtato reſtituenda eſſet ſubſtituto, eodem modo videtur, quòd à venientibus ab inteſtato debeat filijs qui ſubſtitutum excludunt, reſtitutio fieri: ſi enim filij in conditione poſiti ſubſtitutum excludunt, qui ab inteſtato venientes vincit, à fortiori debent ipſos ab inteſtato venientes excludere; quia ſi uinco uincentem te, multo magis uinco te. l. de acceſsionibus. ff. de diuer. & tempor. præſcriptio. in tantùm quòd uoluntas teſtantis cæteris præferendi filium inſtitutum, & eius liberos, debeat attendi, etiam uerba improprian-
6 do, iuribus vulg. dictaq; clauſula † tendit ad conſeruandum omni meliori modo teſtatoris voluntatem. Bal. in l. fin. col. 4. verſic. Nunc aliqua. C. de codicil. Caro. Ruin. conſ. 146. In caſu de quo quæritur, col. 4. nu. 10. lib. 3. & cum Dec. d. conſ. 242. videtur tranſire Soc. iun. conſ. 29. Circa propoſitam quæſtionem, nu. 5. verſi. Et hoc vt dicendum, lib. 3. nouiſsimeq; inſignis Iuriſconſ. Mar. Anton. Peregr. in tract. de fideicom. artic. 28. nu. 15. col. 1. verſic. Ideò ſi in teſtamento, fol. 257. Cœterùm quòd ex clauſula ipſa codicillari vocatio poſitorũ in conditione inducta uideatur, tenuit Socin. ſen. conſ. 12. Præſens conſultatio, nu. 19. li. 3. & quàmuis D. Anton. Teſſaur. expreſsè contrarium aſſeruerit deciſ. 96. Filij in conditione, nu. 32. verſic. Admonendo inter cœteras. tamen cum Socino ſeniori Iuriſcõſulto eminentiſsimo, ſenſerunt Bonifacius Rugerius conſ. 25. Perilluſtris Comes Scipio, nu. 48. li. 1. & Pet. Ioan. Anch. q. 31. Inſtituerat Caius, nu. 9. lib. 3. exoptaſſem valdè quòd D. Antoninus in coniecturarum nonnullarum reiectione fundatius fuiſſet loquutus, illas rectè ponderando, vt proindè non ſit ei in omnibus obiectis deferendum, licèt multa vtilia ac neceſſaria doctiſsimè ediderit, maximiſque proinde laudibus dignus exiſtat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa ſubſtitutione, nonnullorum opinione, liberos in conditione poſitos vocari; Aliqui verò per ſolam fideicommiſſariam vocari crediderunt, nume. 5. Alij denique per ſolam vulgarem, num. 6. Sed vocari etiam per fideicommiſſariam concluditur, nume. 7. & 17. Etiam per fideicommiſſariam in compendioſa comprahenſam, num. 9.*

2 *Compendioſam ſubſtitutionem, adiectione verborum, ſi hæres ſine filijs deceſſerit, induci; & non eſſe opus verbo, quandocunque. nu. 3. & 4.*

8 *Bar. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſthum. aſſertionem, non procedere mortis mentione adiecta: tunc autem per fideicommiſſum intelligi; Vel quando in contrarium aliqua coniectura adeſſet, nume. 10.*

11 *Compendioſam ſubſtitutionem, fideicommiſſariam etiam, vltra vulgarem continere.*

13 *Vocationem filiorum in cõditione poſitorum, non intelligi ordine ſucceßiuo per vulgarem, ſed mortuis vocatis primo loco, cenſeri liberos in vim fideicommißi vocatos.*

14 *Compendioſa, & fideicommißaria ſubſtitutione, primo gradu admißo, ſequentes admitti.*

15 *Liberos in conditione poſitos, & vocatos, multo magis per fideicommiſſariam vocatos cenſeri, adiecta illa clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum: vel adiecta dictione, in perpetuum; etiam ſi dicta clauſula in fine reperiretur, & per ſe ſtaret, nu. 16.*

17 *Reciprocam ſubſtitutionem, non induci inter grauatos per fideicommiſſariam pluribus factam, niſi fiat vltimę, & in tota, ſcilicet vltimo vocatorum, non autem in conditione poſitorum, Glo. in d. l. Lucius Titius, opinione retenta: limitari tamen ex ijſdem coniecturis, quibus gloſſa ſententia pariter limitatur.*

18 *Liberos in conditione poſitos, cum intelliguntur vocati, perinde eſſe, ac ſi cenſeremus patri ſubſtitutos.*

19 *Liberos in conditione poſitos, & ſi glo. ſententia in dicta l. Lucius, qua magis communis eſt, vocati non cenſeantur, vehementem tamen mentis teſtantis coniecturam habere, bona ad nepotes, pronepoteſq́; vbi nepotes non extant, peruenire voluiſſe, ſubſtitutumq́; excludere.*

C A P. V.

1 DVM quęrũt Scribentes, † per quam ſubſtitutionem filij in conditione poſiti, vocati cenſeantur, tres videntur eſſe Scribẽtium opiniones. Prima, quòd per compendioſam ſubſtitutionẽ vocati cenſeantur, ſecundum Corn. conſ. 273. Dubia ſatis. col. 3. poſt num. 3. verſic. Sed poteſt reſponderi, lib. 4. Carol. Ruin. conſ. 140. Viſa facti narratione, col. fin. poſt num. 18. verſic. Non obſtat quòd aditione hæreditatis, lib. 3. & videtur ſenſiſſe Socinus iunior, conſ. 29. Circa propoſitam quæſtionem. col. 2. nu. 3. verſic. Stante autem hoc, quòd ſint vocati, non poſſe dici quòd ſint vocati in omnẽ caſum. li. 3.
2 Adiectione enim verborum, † ſi hæres ſine filijs deceſſerit, ſubſtitutio compendioſa inducitur, vt ait Barto. in l. centurio. in 11. col. verſic. Secundò oppo. Dec. conſil. 205. In cauſa. col. 2. ante num. 5. verſic. Nam illa verbà. Hieronym. Alba. conſ. 28. Tres in re propoſita. nu. 7. verſic. Præterea. Sfort. Odd. in tract. de compend. partic. 4. artic. 3. in fi. verſic. Secundo ſolet fieri, fol. 41. idem Dec. conſ. 572. In caſu propoſito. nu. 1. conſ. 643. Viſo eleganti conſilio. in prin. cum adductis per Aymon. Craue. conſ. 62. Nobilis Vrbanus. nu. 3. Pariſ. conſil. 11. Duo ſunt. nu. 35. conſ. 15. Scr Laurentius. nu. 14. lib. 3. conſ. 73. Vt præſens. conſ. 62. Titius. nu. 1. lib. 2. Natta cõſ. 551. Quoniam. ante nu. 2. lib. 3. Compendio-
3 ſamq́ue † huiuſmodi facta adiectione, etiã abſque dictione, quandocunque, cenſeri, dicit Alban. d. conſ. 28. nu. 7.

Quicquid enim Iaco. de Arena in contrarium arbitratus fuerit; compendioſam
4 abſque † illo verbo, quandocunque, ſubſiſtere, adeo quòd verba, poſt mortem eius, cùm morietur, tractum ſucceſſiuum habere dicantur, concludunt Gloſ. magna in l. in teſtamento. C. de mili. teſtam. Bar. in d. l. centurio, nu. 9. & ſeq. Bal. conſ. 55. nu. 1. lib. 3. Dec. d. conſ. 572. nu. 1. conſ. 642. Sicut arbitror. nu. 1. Cur. iun. conſ. 86. Præſupponitur in facto. nu. 2. vbi de communi atteſtatur. Rol. de Valle, conſ. 25. Viſo themate. nu. 13. lib. 1. & is communem eſſe dicens. Auguſt. Bero. conſ. 128. num. 2. lib. 2. Socin. iun. conſ. 180. Vt præſens conſultatio. nu. 20. lib. 2. cõſ. 27. Miratus ſum. num. 11. lib. 3. Hieronym. Grat. conſi. 33. Dubijs mihi exhibitis. lib. ſecundo. Caro. Ruin. conſ. 158. Viſo teſtamento. nu. 15.

lib.2.Pariſ.conſ.11.Duo ſunt.nu.33.conſ. 15.Ser Laurentius.nu.14.conſ.73.Vt pręſens conſultatio.nu.8.lib.3. conſ.19. Ad reſolutionem.nu.170.conſ.18. Conſideratis.nu.12.lib.2.

5 Secunda eſt opi.† quòd dicantur vocati per ſolam fideicommiſſariam. Cur.iun. conſ.48.Proponitur in facto. col.pen.ante nu.7.verſic.Ex alio etiam fundamento. Socin.conſ.140.Conſideratis.col.1.lib.1. repetitur conſ.218. lib.2. idem Soc. conſ. 113. Suprâſcripti inſignes Iuriſconſulti. col.antepen.in fi.poſt nu.7.verſic.Item dicta ſubſtitutio.lib.1. Franc.Becc.conſ.24. Cum magnificus.nu.2.poſt Bal.conſ.398. Pręmittendum.in prin.lib.4.dicens huiuſmodi ſubſtitutionem de iure, & de facto fideicõmiſſariam videri, omnes ita tenere, practicamque iudiciorum ita obſeruare. Caro.Rui.conſ.139.Viſo ac perlecto. col. pen.nu.23.Iacob.Menoch.conſ.348.Negare.nu.3.lib.4.

6 Tertia eſt opin.† quòd intelligantur vocati per ſolam vulgarem. Socin. conſ.69. Viſo teſtamento Ioannis,ante nu.5.lib.3. dicto conſ.113. Suprâſcripti inſignes Iuriſconſulti. col.pen. verſic.Secunda ratio ſumitur.& verſic. Quartò allegat textum. lib.1.conſ.104.Quoniam præſens conſultatio.col.pen.nu.10.lib.3.Carol. Ruin. d. conſ.142.Viſo & perlecto.col.2.nu.2.verſic.Et inter filios.poſt alios quos citat,lib. 3.& quòd per vulgarem ſint vocati,non excluſiuè reſpectu fideicommiſſariæ, tradit Socin.iun.dicto conſ.29.Circa propoſitã. q.nu.3.lib.3. ex dicta l.Lucius.la 2.ff. de hæred.inſtit.vt per eum.

7 Iſtamque opi.† ampliat Hieron. Zanc. in d.l.hęredes mei.§.cum ita.nu.809.cum ſequen.ff.ad Trebellia.ampliationes quas affert ibi vide: concludit tamen nu.812. verſic.Cæterum redeundo,poſitos liberos in conditione,per fideicommiſſariam etiã ſubſtitutionem cenſeri vocatos:& eſt veriſſima,ac conſtans opinio, quam latè defendit Franciſ. Gratianus in tract. de vulg. & fideicomm.ſubſtit.fol.12.verſic. Concludendo igitur,iunctis traditis fol.14. & 15. cum ſequen. Boer.deciſ.155. Gaillardus. nu.20.verſic.Et ſecundùm Albericum, & 22.poſt Albericum ipſum in d.l.Lucius.la ſeconda,in fi.de vulg.& pupilla.And. Barba.conſ.27.col.16.lib.1.conſ.55.col.7.lib. 2.Pau. de Caſt. conſ.263. Circa primum quæſitum,col.3.in princip.ante nu.3. lib. 2.Iacob. Menoch. conſ.135. Reſpondendum.nu.11.lib.2. & conſ.549. De prima illa, nu.6. verſic. Secunda eſt dubitatio, libro ſexto.

Nec obſtant notata in §. quidam rectè. l.Gallus.de liber. & poſthum. procedunt enim cum ſimpliciter eſſet dictum, talem

8 ſubſtituo,& eius filios, ſed quando † eſſet habita mentio mortis,vt hic,tunc intelligitur per fideicommiſſum,iuxt. Gloſ. in d.l. in teſtamento.C.de milit. teſtamen. Dec. conſ.431.& pro tenui. col.2. nu.8. dicens eſſe compendioſam, in fideicommiſſariã adita hæreditate reſolutam,ſi verba, ſi ſine liberis deceſſerit, adijciantur: adeo quòd de huiuſmodi compendioſa, idem quòd de fideicommiſſaria iudicetur,vt not. Bar. in d.l.hæredes mei.§.cum ita. col.fi. cir.fi. ff.ad Treb.vocarique etiam per fideicom-

9 miſſariam † in compendioſa compræhenſam,tradit Carol.Rui.conſ.158.Viſo teſtamento.nu.15.lib.2.& conſ.139. Viſo, ac perlecto teſtamento.col.pen.nu.23.lib.3. & cũ iſta declaratione, vt notata in §. quidam rectè, non procedant, cum adeſſent verba tractum in futurum ſignificantia, in his terminis tradit Curt.iun. d.conſ.48. Præſupponitur in facto.nu.4. poſt Bar. Alexan. & Socin. quos allegat, & Aymon Crauetta conſ.131. Ad primum quæſitũ. nu.3.Carol.Rui.conſ.114.Viſo teſtamento.nu.2.lib.2.Natta conſ.255.Præſupponitur in facto.nu.1.lib.2.vbi egregiè declarat poſt Bar.& cæteros quos allegat.

Vel poteſt reſponderi, quòd tradita in

10 d.§.quidam rectè. non procedant, † cum in contrarium aliqua adeſſet coniectura, vt ibi no.& poſt Caro.Ruin.conſ.164. Ex verbis teſtamenti.col.pen.ante nu.8.& ſequen.lib.3.tradit Hier.Zanch. in d.§.cum ita.nu.812.in fi.& Aym.Crauet. conſ.131. Ad primum quæſitum.nu.5. Et quòd ex fideicommiſſaria etiam vocetur, poſt Bal. tradit Rol.de Valle d.conſ.25.Viſo thema te,nu.14.lib.1.

11 Cum itaque † non poſſit hæſitari, quin iſta ſubſtitutio ex verbis tractum temporis ſignificantib.ſit compendioſa, continebit etiam vltra vulgarem, fideicommiſſariam ſubſtitutionem, Pariſ.d.conſ.11. Duo ſunt. nu.37.conſ.73. Vt præſens conſultatio. nu.4.lib.3.conſ.17.Ex lectura teſtamenti. nu.2.conſ.53.Inſpecto teſtamento. nu.1. conſ.19.Ad reſolutionem.nu.91.conſ.26. Ex tenore teſtamenti.in prin.conſ.30. Dubitatur.nu.12.conſ.43.D.Ambroſius.nu. 19.lib.2.Albenſ.conſ.29.Pro diſcuſſione, nu.1.Carol. Rui. conſ.159. Quamuis.nu. 21.lib.3.quod pro eius filio reddidit, conſil.

ſil.148. Pro deciſione.nu.3.eod. vol. Natta, conſ.551. Quoniam.col.ſecunda. ante nu.2. lib.3.

12 Et ꝙ ex verbis, † ſi ſine liberis, vel filijs, inducatur fideicommiſſaria, Ioan. Cæpha. poſt alios quos prætereo, conſ.16. Viſis omnibus. nu.2. lib.1. Pariſ.conſ.14. Cum in facto, nu.6. & conſ.38. Si bona.nu.11. libro ſecondo.

13 Et ſic vocatio † ordine ſucceſſiuo, non intelligetur iſto caſu, per vulgarem ſubſtitutionem, ſed prout ſecundo modo intelligebat Pau.de Caſt.in d. §.quidam rectè. cuius opinio vera eſt, quando in ſubſtitutione adſunt verba tractum in futurum habentia, vt mortuis vocatis primo loco, cenſeantur vocati liberi per modum fideicõmiſſi, vt per Aym. Crauet. d.conſ.131. Ad primum quæſitum. col. 1.num.3. quemad-

14 modum † in compendioſa, & fideicommiſſaria, quòd admiſſo primo gradu, ſequentes admittantur, tradit Pariſ.conſ.11. Duo ſunt. nu.29.lib.3.

15 Hæcq́; opinio † maximè procederet, ſi eſſet adiecta clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum: vel quando eſſet adiecta dictio, in perpetuum, ſecundum Carol. Ruin.conſ.140. Viſa facti narratione.col.vlt.in fi. verſic. Præterea teſtator. lib.3. dicens per iſtam clauſulam, ſubſtitutum eligere poſſe, quam vult, poſt Bar.& omnes in l.recuſare. §.ſi Titius. ad Trebel. deq́; iſta dictione, in perpetuum, idem Ruin. conſ.142. Viſo, & perlecto teſtamento.col.antepen. ante nu.14. verſic. Quod autem. eod. volum. Ioan. Cæphal. conſ.134. In præſenti conſultatione, nu.3. lib.1.conſ.16. Viſis omnibus.nu.ſecundo. eodem volum. Pariſ.conſ.14. Cum in facto.nu.4.lib.2.

16 Quod eſt verum, † etiam ſi dicta clauſula in fine eſſet appoſita, & de per ſe ſtaret, vt Ruin. inquit in citato conſ. ante d. nu. 14. verſic. Præterea per fideicommiſſum, & tradit Hieron.Zanc. in d.§.cum ita.nu. 813. verſic. Quod maxime procedit.

17 Et quoniam † ex communiori opinione in pręfatione diximus, reciprocam non induci inter grauatos, per ſubſtitutionem fideicommiſſariam pluribus factam, niſi ſit facta vltimo, & in tota, vltimoq́; vocatorum, non autem in conditione poſitorum, ſi glo. ſententiam in d.l.Lucius, retinere intendimus, non eſt omittendum, ꝙ ſicut dicta opinio pluribus modis, ex varijs coniecturis quas vidimus, limitatur: ita limitari poteſt pręcedens concluſio, vt non procedat in caſibus, quibus prędicti in conditione tantum poſiti, cenſerentur aliqua coniectura uocati: tunc enim cæteris concurrentibus, cenſerentur illi reciprocè quoque ſubſtituti: & ita in ſpecie limitat Franc.Ripa in l.hæredes mei. §.cùm ita.nu.29.ff.ad Trebel.ex mente Socini in conſilio ibi allegato: ſed ipſe non firmat, dicens non videri expeditum, quia ex tacito non debet aliud tacitum induci. l. ſeruum filij. §.fin.de leg.1. vt per eum: eandẽ tamen limitationẽ ſequuntur, Caro.Ruin. conſ. 139. Viſo, ac perlecto teſtamento. nu.21. & ſeq.lib.3. Aym. Crau.conſ.130. De anno.nu.5. & 6. D.Sfort.Odd.Peruſ. in trac.de compend. part.5.art.6.concl.1. verſ.Sed retenta opi.gl.Soc.iun.conſ.151. Inſpectis verbis, num.11. & 12. lib. 2. & Clariſſimus Do. Ioannes Bonſius Eques S. Stephani, Patritius atque Aduocatus Florentinus præſtantiſſimus, conſ. 1204. incipien. Quàmuis dubia, verſic. Nam idem eſt, lib.11. vbi alios ad hoc propoſitum citat, nempè Curtium Iuniorem, & Tiberium Decianum, ut per eum: Volui huiuſmodi limitationem retuliſſe, vt finis huius operis principio conſonet.

18 Sciendum eſt etiam, † quòd cum filij in conditione poſiti cenſentur vocati, perinde eſt, ac ſi ipſi patri eſſent ſubſtituti. Hierony.Gab.conſ.115. Fęlix Palinus. nu.21. poſt Cur.iun.quem in hoc approbat, & in alio reprobat, vt per eum.

19 Item eſt aduertendum, quòd & ſi ſecundum dictam Glo.& magis cõmunem opi. filij poſiti in conditione non ſint vocati: vehementem tamen coniecturam mentis teſtatoris habent, quòd voluerit bona ſua ad nepotes, & pronepotes, vbi nepotes non extant, deuenire, & ſubſtitutum excludere, vt poſt Oldr. Salyc. & Corn. tradit Celſus Hugo, conſ. 5. In caſu propoſito, nume.7. verſic. Et perſiſtendo, vide Marc. Mant.in Glo.iur.in dialog.denar. cap.22. incip.Quid ſibi voluit glo. nu.2. Stephan. Bertran.conſ.142. Ex caſu.nu.3.li.7. vbi conſ. Oldradi refert, Ioan. Cæphal. conſ. 306. Conſultatio frequens eſt. num.110. vſque ad nu.112. lib.3.conſ.476. Inſignis Eques Dom.Zilius, nu.8.lib.4. Simon de Præt. in tractat.de interpr.vltim. volunta. libro tertio.ſolut. ſecunda. fol.298. nu.7. Franciſc. Veggius, conſ.74. In cauſa.nume. 146.162.& 177. Ioan.Maria.Riminal. conſ.117. In præſenti conſultatione, num. 12.lib.1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Liberi in conditione poſiti, præſuppoſito, vocatos eſſe, nunquid dicantur hæredes in teſtamento ſcripti, & ante nu. 15. ſcriptosq́; hæredes cenſeri, poſt And. Barba. nu. 26.*

2 *Hæredem ſcriptum dici, qui legi poteſt.*

3 *Legi etiam id intelligi, quod extrinſecus, ex vi litera percipitur.*

4 *Iure accreſcendi venientem, vocari ex verbis illis, quiſquis mihi hæres erit: quibus hæres ſcriptus ſignificatur.*

5 *Iure accreſcendi venientem, tanquam ſubſtitutum ſuccedere.*

6 *Statuto dictante, quòd teſtamenta ad literã ſeruentur, ſine vlla interpretatione, vel extraneo intellectu: ſub expreſſa vulgari, pupillarem tacitam non contineri, & nu. 7.*

8 *Statutum interpretationem auferens, de friuola intelligi, & nu. 7. & 27.*

9 *Statutum generale, dictans ſtatuta debere ad literam intelligi, extenſionem ſtatuti remouere.*

10 *Liberos poſitos in conditione, & vocatos, non per extenſionem, ſed caſus expreſſionem vocari.*

11 *Expreſſum non dici, quod ex mẽte prouenit.*

12 *L. tutela, in princ. ff. de legitim. tut. declarari.*

13 *Interpretationem ex ratione legis naturaliter deſcendentem, neceſſariam eſſe.*

14 *L. vnica, ff. ſi tabu. teſtam. nulla extabunt, declarari.*

15 *L. cum auus. ff. de conditio. & demonſtratio. enucleari.*

16 *Statutum dictans, teſtamenta ad literam intelligi, argumentum à contrario ſenſu excludere.*

17 *Præſumptionem legis, aliquãdam probationem dici.*

18 *Anonyma multa, in iure ciuili inueniri, remiſſiuè.*

19 *Cohæredem contra cohæredem, actione ex teſtamento non agere, ſed petitione hæreditatis, ut cohæres declaretur; rerum autẽ reſtitutionem officio iudicis fieri.*

20 *L. 3. C. de inof. teſtam. interpretari.*

21 *Remedium l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. tacite ſubſtituto competere. Et patri loco filij venienti, nu. 22. Item epiſcopo venienti nomine pauperum, nu. 23. Fiſco etiam auferenti ab indigno, nu. 24. Poſthumo etiam à matre in puerperio defuncta, præterito. verſic. Item denique.*

25 *L. fi. C. de edicto diui Adr. toll. interpretari.*

28 *Delegatione iudicis, ut cauſa appellatione remota cognoſcatur, friuolas tantum, & calumnioſas appellationes ſubmoueri.*

29 *Exceptione omni ex lege ſublata contra inſtrumentum, uel ſententiam, friuolas tantum exceptiones reijci.*

30 *Liberis in conditione poſitis, data ipſorum uocatione, adueniente q́; caſu ſubſtitutionis, actionem ex teſtamento competere, & beneficium. l. fi. C. de edic. diui Adr. toll.*

31 *Liberis in conditione poſitis actionem ex teſtamento, & beneficium d. l. fi. competere, ſaltem in caſibus coniecturarum, ex quibus in diſpoſitione cenſentur.*

CAP. VI.

1 REstat † pro huius materiæ
abſolutione, vt ad illã quę-
ſtionem deueniam, Nun-
quid poſiti in conditione,
præſuppoſito, ipſos à teſta
tore vocatos eſſe, dicantur hæredes in te-
ſtamento ſcripti: Et pro opinione negati-
2 ua, Primò inducitur hæredem † ſcriptum
illum dici, qui legi poteſt. l. 1. ff. de his quę
in teſta. delen. non qui extrinſecus intelli-
gitur, per quem tex. ita declarat Barto. in
l. qui liberis. §. hæc verba. col. fi. nu. 7. ver-
ſic. Nam ſcripti. ff. de vulg. & pupill. Caro.
Rui. conſ. 106. Quo ad primum, nu. 4. li. 4.
ſed poſiti in conditione, non poſſunt hæ-
redes legi in teſtamento, ergo ſcripti non
dicuntur.

Huic rationi, ex eo quod tradit Glo. in
3 d. l. 1. reſponderi poteſt, id legi † etiam poſ
ſe intelligi, quod extrinſecus ex ipſa litera
vel ex ui literæ percipitur: ſecus ſi alicuius
ingenio, uel ſubtilitate: & ex his fortè quę
præcedunt in teſtamento, vel ſequuntur.
Comprobatur hæc ſolutio, ſecundum Se-
baſt. Sapiã, nu. 66. & Vber. Zuccar. nu. 163.
in l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. nam per
4 hæc uerba, † quiſquis mihi hæres erit, hæ-
res ſcriptus uocari intelligitur, l. cum filio,
ff. de uulg. & pup. & tamen cenſetur uoca-
tus ueniens per ius accreſcendi, nõ minus
quàm ſi caractere literarum eſſet ſcriptus
hæres. l. ſi in teſtamento, ff. eo. tit. Vlterius,
5 nam † ueniens per ius accreſcendi, tanquã
ſubſtitutus ſuccedit. l. ſi Titio & Mæuio.
§. fin. ff. de legat. 2.

Secundò facit dictum Baldi in l. precib.
col. 3. nu. 15. uerſic. Et nota. C. de impub. &
6 alijs ſubſtit. Quòd ſi adeſt ſtatutum, † teſta-
menta debere ad literam ſeruari, ſine ulla
interpretatione, uel extraneo intellectu:
iſto caſu pupillaris tacita non continetur
ſub expreſſa uulgari.

Sed

Sed reſpondetur, ſtatutum prædictum non ſe reſtringere ut ad literam teſtamenta intelligantur, ſed longius proceſſiſſe, interpretationem etiam interdicendo; indicans quòd ſi ad intellectum tantum litera lem ſe coarctaſſet, contrarium eſſet, licet Soc. in l. 1. col. 65. in 9. limitatio. ff. de uulga. & pupilla. ſaluet dictum Bald. propter uerba ſtatuti, ad literam. ſed tamen ut Vbertin. aduertit, in dic. l. fina. nu. 190. dicta ſaluatio eſt præter eius intentionem, qui ponderat, quòd interpretatio ſit extranea, vt ibi.

Secundò melius reſponderi poteſt, dictum Bal. non vſquequaque tutum eſſe: cũ enim ſtatutum interpretationem aufert, de hominis interpretatione intelligendũ

7 eſt, non autem legis: † interpretationes enim ſecundum alias leges, ſemper poſſunt fieri. l. quamuis. C. de adult. & ideo Io. de Imo. in cap. Raynutius. in mater. pupillar. ſubſtitu. Baldo contradicit. hæc enim reie

8 ctio † interpretationis ex ſtatuto, de friuola intelligitur, ſecundum Bart. in l. omnes populi, in 6. quæſt. principa. in fi. col. penu. verſic. Vltimò quæritur. de iuſtit. & iur. vbi Barto. loquitur in ſtatuto idem dictante, quod ſtatutum ex Baldo dictabat, & efficacius: ſubdens hanc opinionem æquiorem eſſe, & rationabiliorem: proindeque amplectendam, arg. l. benignius. ff. de legib. Sed Bal. opinionem communem dicit Soci. in d. l. 1. in 9. limit. col. 65. imo idẽ Bald.

9 in l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax. † voluit, quòd ſi generale ſtatutum diſponat, ſtatuta debere ad literam ſeruari, extenſionem non fieri: litera enim eſt, quæ oculis videtur, non quæ ſolo intellectu perſpicitur, ipſumque ſequuntur Alex. in d. l. poſt aditã. Fely. in cap. tranſlato. col. 2. de conſtitu. Alex. in d. l. 1. nu. 35. vbi Soc. in d. 9. lim. verſic. Aut dicit ſtatutum. Iaſ. in l. non dubiũ. nu. 12. C. de legib. Sed in propoſito compræhenſio magis eſt, quàm extenſio: vt ſimus extra diſpoſitionem ſtatuti prædicti;

10 Vel dixerim, † non per extenſionem, ſed per expreſſionem caſus, poſitos in conditione vocatos cenſeri, vt Alcia. verbis vtar in l. nominis. verſic. Verbum. de verb. ſign. in d. l. Lucius, in fi. de hęr. inſtit.

11 Tertiò, nam expreſſum † non dicitur, quod venit ex mente. l. tutela. in prin. ff. de legit. tu. vbi Bar. & Bal. Inſt. de legit. patro. tute. in princip.

Hunc tex. in eo non procedere, quod venit ex vi verborum expreſſorum: ſed de eo loqui, quod ex veriſimili mente procedit; & in quandam ceù conſequentiam Zucc. arbitratur, non autem ex ſignificatione expreſſorum, & pręciſè Bartolum ibi loqui cum verba deficiunt.

12 Paruifacienda inſuper † eſt dictæ legis inductio, cum non dicat expreſſum non eſſe, ſed, nominatim, vel ſpecialiter: adeo ꝙ aliter expreſſum præſupponit, veterum interpretatione, volentium legem etiam xij. tabularum tutelas ad eos pertinere, vi eiuſdem æquitatis, & rationis, vt lex loquatur, & diſponat, licet non nominatim, quia plerunque vbi ſucceſſionis eſt emolumentũ, ibi & tutelæ onus eſſe debet: vnde cum agnatos quos ad hęreditatem lex vocat, eoſdem & tutores eſſe iuſſerit, in conſequentiã hæreditatum, eadem ratione in patronis eſſe ſpectandam, in ſuſcipiendo tutelæ munere decreuerunt, d. princi. Inſti. de legit. patron. tuto. vera autem interpretatio

13 quæ † ex ratione legis deſcendit, naturaliter eſt neceſſaria. l. 2. §. his legib. ff. de orig. iur. authoritateque ipſorum legislatorum fit. vt And. Alc. lib. 2. de verſic. ſig. fol. 117. aduertit: alioquin abſurda, inepta, ac iniqua quàmplurima adoleſcerent.

Quartò videtur caſus in l. vni. ff. ſi tabu. teſta. ext. vbi quòd legi non poteſt, non eſt propriè ſcriptum.

Textum iſtum de eo loqui Zuccard. aſſerit, quod nullo modo legi poterat, nec ex ſcripto colligi: ita enim nomen deletum erat, vt penitus legi non poſſet, inquit Paulus.

14 Sed eſt aduertendum, † cum text. differentiam cõſtituat inter propriè ſcriptum, & ex coniectura: adeo quòd non videantur ſcripti poſiti in conditione, dum vocationem, & ſcripturam, ex coniectura tamẽ te deſumimus; Niſi fortè dixeris, Paulum ibi, diſcrimen non facere inter propriè ſcriptum, & ex coniectura; ſed nomen hæredis ibi, non propriè ſcriptum videri, ex cõiectura, & iudicio, quod ex deletione fit; Vel dixerimus, coniecturam ibi accipi, extra vim verborum venientem, ſolique mẽti innixam, quę nec in contractibus, nec in teſtamentis obſeruatur. l. quidam cum filium. ff. de hære. inſti. quoniam in eis, licet primum locum mens obtineat, attamen eam oportet aliquo modo, verbis ſaltem improprijs exprimi, vt And. Alcia. in Commen. de verb. ſignific. in proęm. admonuit in iſta autem quæſtione verba non deſunt: ex quibus mens colligatur, & ex quibus ſcripti hæredes dici poſſint.

Vnde And. Barbat. in l. cum acutiſſimi. col.

col.86.in princ.verſic. Venio nunc ad aliã
præmiſſam hæſitationem . fol.23.C. de fi-
deicõ. in contraria erat ſententia, iſtos ſci-
licet in conditione poſitos , hęredes ſcrip-
tos cẽſeri,dato quòd ſint vocati , idemq́ue
videtur confirmare in repet.capitu. in præ
ſentia . colum.47. ante fin. verſic. Ego di-
xi ad plenum in l. cum acutiſſimi . extra
de probat.

Affert primò text. in d.l.cum auus . de
conditio.& demonſtra.vbi dicitur , minus
ſcriptum quàm dictum.& licet nulla libe-
rorum mẽtio adeſſet, tamen dicitur quod
ſcriptum non fuerat, vt liberi ſubſtitutum
excludant : cum autem in propoſito dictũ
fuerit, quòd liberi ſubſtitutum excludant,
dicentur ſcripti in teſtamento , eruntq́ue
ſcripti hæredes .

15 Quantum verò ad hanc.l.nũc † attinet,
non video vnde Barbatiæ argumentũ ne-
ceſſariò deſumi poſsit:eſto enim Papinia-
num reſpondiſſe fideicommiſsi conditio-
nem cõiectura pietatis defeciſſe,quòd mi-
nus ſcriptum,quàm dictum fuerat inueni-
retur,non aliud dictũ fuerat,nec ſcribi po-
terat , quàm ſimplex liberorum in condi-
tione poſitio , quæ diſpoſitionem non in-
fert:quam ſi inducere volumus,ad ſenſum
mentis teſtatoris recurrendum eſt , eiuſq;
interpretationem,quæ ſtatuto excluditur:
cum velit ad literam teſtamenta intelligi,
idq́ue ſcriptum dicitur,quod legi poteſt.l.
1. ff. de his quæ in teſtam. delen. Nec ob-
ſtat,id etiam ſcriptum intelligi, quod vi li-
teræ compræhendimus:nam hæc interpre
tatio non ex vi , ſed contra vim literæ dici-
tur: cum conditio, vt clarum eſt, & vulga-
re admodum,non ponat in eſſe,nec diſpo-
16 nat. Proinde † quod ſenſu contrario dedu
citur, excluſum videbitur,quod Bal.ſenſit,
& Alcia.admittit, libro 2. de verbor. ſign.
fol.117. verſic. Et in primis. ſubdens in
ſubſtitutione expreſſa vulgari , non conti-
neri pupillarem, ex ipſomet Bal. in d.l. pre
cibus. C.de impub. Andreas Barba. inſu-
per argumentum ferè in ſe attrahit , dum
inquit,hic dictum eſſe , quòd liberi ſubſti-
tutum excludant, non autem quòd ipſi in-
cludãtur,vti ſcripti hæredes: ſemper enim
eò redire oportet, vt quamuis ſint vocati ,
per argumentum & interpretationem id
contingat, quæ excluditur , vt eſt dictum :
& circa iſtud, expreſsio non poteſt opera-
ri , repugnante vi literæ ex natura con-
ditionis .

Secundò inducit pulcherrimum ſanè
text. in l.3.C.de inoffic. teſtam. verſic. Ac
ſi omnes filios ſcriptos inſtituiſſet . vbi eſt
caſus, quòd mater mortua in puerperio, fi-
lium iam præteritum, præſumitur in teſta
mento hæredem ſcripſiſſe: ergo multo for
tius in iſta quęſtione, cum liberi ſcripti fue
rint in teſtamento .

Huic tex. reſpondent aliqui, quòd ille fi
lius iam præteritus, eſt quidam hæres ano-
nymus:quod negat And. Barba. cum ſit hę
res ex teſtamento , lexq́ue pręſumit illum
eſſe ſcriptum hęredem: iſta itaque inten-
17 tio, † ſiue legis pręſumptio , liquida dici-
tur probatio, Gloſ. in l. ſi tutor. C. de peric.
tut. l.1.C. de teſt. mil. & facit ca. requiſiſti.
de teſta. cum ſim. Notabiliter itaque dice-
bat in d.l.3. Guliel. de Cun. filium illum à
matre pręteritum, partem de qua ibi, ex te
ſtamento actione vendicaſſe : authoritate
enim illius legis habetur, ac ſi in teſtamen
to expreſsè inſtitutus hęres fuiſſet : quod
Bar. ibi, nu.6. recipit. Proinde cum non cõ
cedat lex iſta filio hęreditatem immedia-
tè, ſed per medium teſtamentum, vt in l. le
ge obuenire, de verb. ſign. meritò ſcriptus
18 hęres dicitur; Sed anonyma multa † in iu-
re ciuili inueniri, & ſub iuris regulis con-
ſtringi euidens eſt: de quibus cum Vldar.
Zaſ. Reſpon. lib.1. cap.1.& rurſus lib.2. ca
pit.7. ac in l.2.§. his legibus. in verſic. Sed
communi. ff. de orig. iur. & alij alibi multa
tradiderint, in ipſorum explicatione nõ eſt
immorandum. Dixerim tamen decipi An
dream Barb. dum filium ſcriptum hęredẽ
eſſe , eiq́ue ex teſtamento proinde actionẽ
dari, ex Gulielmo de Cun. & Bartolo cre-
19 didit, vt Iaſ. nu.7. aduertit, cum inter † ip-
ſos cohęredes non ſit locus actioni ex teſta
mento: vnus enim ex cohęredibus , alij ex
teſtamento obligatus non eſt: ſed quilibet
partẽ ſuam a ſe ipſo capit, non à cohęrede.
Gloſ. in l. ſi poſt diuiſionem . C. de iur. &
fac. ignor. concludens filiũ agere petitione
hęreditatis ; vt cohęres declaretur pro viri
li , occaſione teſtamenti , mediante huius
legis pręſumptione : rerum autem reſtitu-
tio fiet iudicis officio, vt declarat Bar. in l.
licet. ff. de petit. hęred. Quòd non dicatur
20 ſcriptus hęres, † patet in emendatione re
pentini caſus, eiuſque iniquitatis, ob con-
iecturam maternę pietatis , quam lex ipſa
facit. Nec obſtant verba, ac ſi omnes filios
inſtituiſſet:nam noluit Imperator oſtende-
re, id aliqua ſcriptura geſtum fuiſſe, ſed tã-
tum legalis emendationis effectu , meritò
dixit ibi, tribuendam eſſe portionem , non
vi inſtitutionis ſcriptæ, ſed illius emenda-
tionis: effectum tamen poſtea demonſtran
do

do,perinde id cenſet, ac ſi omnes hæredes inſtituiſſet: cunque matris in puerperio prædefunctæ cogitatio nulla adſit,voluntatiſque deſignatio, meritò coniecturam aſſumendo Imperator, iure ipſo aſſumit: vt potius hic tex. rectè perpenſus, contrariũ probare videatur,cũ mentem cõiecturãdi, multiplex ſit cauſa, prout alibi explicaui.

Tertio eſt text. in d.l.Lucius.la ſeconda ff.de hæred. inſtit. in fi.ibi,non enim fratrem ſolum prætulit ſubſtituto,ſed & eius liberos;ſi frater fuit ſcriptus in teſtamento,ergo & eius liberi patre nõ adeunte dicuntur ſcripti in teſtamento, quoad ſubſtitutionem:cum illa dictio,ſed &, importet identitatem in iure.

Pro reſpõſione ad hunc text.vtar Socini nunc intellectu, in iure conuenientiam conſiderari,quia ibi de ſubſtitutorum excluſione tractatur:vnde & à fratre,& à liberis fratris excluduntur; & ſic eſt conueniẽtia in eo quod principaliter queritur,de excluſione ſcilicet ſubſtitutorum: licet nõ ſit in admiſſione fratris,& liberorum, de qua non quæritur: & ſic an ſint ſcripti heredes ibi in conditione poſiti: vt ſtet regula d.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſſ. cauſ.teſt. & quamuis nos vocationem ex teſtamento præſupponamus, tamen ex illo tex.neutrum deduci dixerim; Niſi reſpõdeas,vt in præcedentibus explicaui, dum quartam Soc. reſponſionem,quam in d.l. cum auus.attulit,impugnabam:& cum ad ſaturitatem fortaſſe ſuper huius Scæuolæ nodoſo reſponſo diſſeruerim, incongruũ eſſet iam tradita repetere. Vnum tamẽ addam, ſcripturam hæredum, magis ad factum, & miniſterium operis teſtantis referri,quàm ad ius: vt potius retorqueatur, ſi in facto diuerſitatem, ex dictione illa implicatiua præſupponimus.

21 Quarto facit, † nam beneficium.l.fi.C. de edic.diui Adr.toll.hæredi ſcripto competit,ſed tacitè ſubſtitutus ad iſtud beneficium admittitur,quia ſcriptura plus ſignificat,quam loquatur.l.precib.C.de impu. l.1.C.de rei vx.act.l.1.C. comm. de leg.l. cum pater.§.cum imperfectam. de leg.2.l. verbum volo,& l.quamuis. C. de fideico. l.fin.C.de hered.inſt.ergo idem erit in propoſito,vt iſti in conditione poſiti,dicantur hæredes ſcripti in teſtamento, ſuperueniẽte caſu ſubſtitutionis: & ita dicebat Bald. argumento dictorum iurium,in d.l.fi.col. 9.in prin.poſt nu.38.verſic.Quæro, an tacite ſubſtitutus, C.de edi.diui Adr. tol. & And.Barba.in d.l.cum acutiſſimi. col.86. idem Bal.in l.1.ff.de his,quæ in teſtam.delen.& eſſe communem dicit Franc. Aret. in l.ſi in teſtamento,col.fi.ff.de vul.& pup. & cum eo tranſeunt Iaſ.nu.9.Dec.nu.27. Cur,nu.50.Sebaſtian.Sapia nu.74.in d.l. fin.vbi Vbert.nu.190.

22 Idem dicimus in patre,† qui venit loco filij.l.fi.in prin.C.de bo.quæ lib.Bal.in ea. l.fi.d.col.9.in prin.

23 Idem in epiſcopo, † qui venit nomine pauperum,de quo per Bal.in d.l.ſi quis ad declinandã.col.2.ibi, Iuxta hoc quæritur. vbi Sal.col.2. in fi. C. de epiſ. & cler. & in d.l.fin,poſt nu.38.vbi Bar,col.5.Alex.nu. 10. qui concordantes allegat, Iaſ. num.11. Dec.nu.29.Fel.in c.tranſlato.col.2.verſic. Ad idem,quod notat Bal.ext.de conſtitu. Vbertin.Zuccard.in d.l.fin.nu.206.verſic. Deinde Bartolus.& verſic.Quibus non obſtantibus,vbi de communi opin. And.Barba.in d.l.cum acutiſſimi.col.86.

24 Idem in fiſco, † qui aufert ab indigno. l.etiã. C.ad l.Fal.quia omnes iſti ſunt ſucceſſores ſcripti,vel quaſi ſcripti, vel locum eorum tenentes; iure directo,ideſt principali,non fideicommiſſario, vt dicebat ibi Bal.quem refert, diminutè tamen, in d.l. cum acutiſſimi.And.Barb. & Zuccar.in d. l.fi.nu.226. Idem denique in poſthumo à matre in puerperio defuncta, præterito, iux.d.l.2.C.de inoffic.teſtam. vt ibi Bald. nu.7. verſic. Quæro nunquid. & Paul. de Caſt.poſt nu.8.verſic.Vltimò querit Bald. id declarans.in verſic. Intellige dictum eius.concludunt.Ant.Gomeſ. in var.reſol. iur.ciuil. tomo 1.c.5. de fideic. ſubſt. poſt nu.24.verſic.Tertiò intellige.

Hæc quoque ratio ſubmonetur, nam
25 tex.† in d.l.fi.vult,teſtamentum debere oſtendi. quòd autem oſtenſio debeat fieri ad literam, hoc non dicit,ſed ſolum quòd teſtamentum oſtendatur, in quo ſit ſcriptus hæres: nimirum itaque ſi tacitè ſubſtitutus pupillaris, beneficio edicti potiatur,vt ſtatim oſtendam. Et ſi cum Vberti. Zuccar.diceretur, oſtenſionem importare lectionem,l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemad.teſtam.aper.Reſpondeo,tex. iſtum loqui de inſpectione, & deſcriptione, non autem de oſtenſione, de qua meminit in d.l.fin. Imperator: imò cum velit teſtamentum oſtendi,ex eadem.l.2.in prin.quam Vber. adducit, intelligitur etiam quodcunque quaſi ad teſtamentum factum ſit, in quacũque materia fuerit ſcriptum, quod contineat ſupremam volũtatem: vnde cum vulgaris expreſſa tacitam contineat pupillarem,

rem, ipſam oſtendi cum teſtamento dicetur: imo vt ſubdit text. cum tam principales, quam ſecundæ tabulæ contineantur, quis dixerit, & tacitam pupillarem non oſtendi, cum ſecundis tabulis vulgaribus, ex lege contineatur? inſpectio igitur (vt ibi Vlpianus inquit) tabularum, etiam lectionem earum indicat, non dixerim oſtenſionem (vt Zuccar. inquit) indicare lectionem. Nec videtur fortaſſe impertinens diſputando aſſerere, præcitatos edicti beneficio minime gaudere: & omiſſis quæ de materia correctoria tradunt, in d. l. fi. Scribentes, ex verbis Imperatoris ibi ſatis colligi poſſet: cum voluerit, nō ſolùm ambagibus ac difficultatibus obuiare, remediumque afferre: ſed indiſcretis narrationibus, imò ipſi antiquitati, & alijs omnibus quæ circa repletionem, vel interpretationem eiuſdē edicti, fuerant promulgata: in tātum quòd contra mentem videatur, beneficium edicti, illis perſonis, quæ propriè hæredes ſcripti non ſint tribuere: vt puta Epiſcopo, tacitè ſubſtituto, & ſimilibus, nouas interpretationes inculcando, vt cætera prętercam: quamuis à communibus traditionibus nō ſit iudicando recedendum; iiſque retentis, quid repugnat vt ad caſum tacitæ pupillaris beneficium edicti trahatur, vi quadam non extenſiua, ſed compræhenſiua, ex poteſtate legis? vt Polit. & Zaſ. aduertunt, in teſtamentiſque ita interpretemur, cum largo modo etiam dici poſſit ſcriptum, ꝙ vi literæ intelligitur, Glo. in d. l. 1. ff. de his quæ in teſta. delen. Quod ſi ad ſtatutariam materiam propriè & ſtrictè interpretandā trahere velimus, durus videtur tranſitus: maximè quia contra vim (vt eſt dictum) literarum, ſcripti hæredes dicerentur in cōditione poſiti: reluctante natura conditionis, & ſtatuti potiſſimum, cum velit teſtamenta ad literam intelligi, abſque aliqua interpretatione: Inducerētur inſuper duo ſpecialia, vnum quòd cōditio diſponeret, aliud quòd dicerentur ſcripti hæredes, cōtra vim literæ, ſicque inſtituti, & ſcripti: quod non eſt dicendum. Quod verò ad epiſcopum attinet reſpondetur id eſſe, cum ipſi hæredum ius, & nomen lex tribuerit, ſine Falcidiæ tamen legis emolumento: vt neceſſe ſit, eos debita exigere, & creditoribus reſpondere, d. l. ſi quis ad declinandā, verſic. Si enim. C. de ep. & cle. quod etiam cum ſumma pietate, ac ſpeciali captiuorū, & ægrotantium fauore ſit introductum, vt ibi dicitur, non eſt in conſequentias trahēdum, deciditur igitur hæc dubitatio per Imperatorem ibi, Eṗs, & œconomus hæreditatem ſuſcipiant; & inferius ibi, œconomus ſacroſanctæ eccleſię, vel epiſcopus hęreditatem accipiat: Sicque rectè aduertatur, impotentium etiam ſuppletur defectus, cum ægrotantium atque captiuorū res agatur, vt ibi, Et omnimodò in redemptionem captiuorum. & ibi, Quis enim pauperior eſt hominibus qui & inopia tenti ſunt, & in xenone repoſiti, & ſuis corporibus laborantes, neceſſarium victum ſibi non poſſunt afferre? Venit etiam vt pater epiſcopus, item velut procurator, ex Zuccar. & quo ad filium id, voluit Bal. cum patris imaginem gerat, ſintque eadem perſona, ſed nunc non aggredior identitatis rationem, ad inueniendam ſcientiam eorum quæ tradunt in propoſito Scribentes, ne prolixitate nimia laborem.

mam dubitationem, num.6.verſic. Et pro. hoc tenuit. lib.2.repetitur, conſ.50.lib.6. conſ.39.ponderatis, nu.2. conſ.31. eiuſdem initij. ante nu.6. li.3.Dec. conſ. 490. viſis, nu.8.verſic. Venio ad ſecundum inquiens eſſe communem opin. ab eaque.iudicando & conſulendo recedendum non eſſe, lateque inſiſtens contrarijs reſpondēdo & ſignanter fundamentis Franciſci Aret.Corn.conſ.195.in hac conſultatione. col.7.cir.med.verſic.Et maximè.li.1.conſ. 118.videtur primo aſpectu.ante fin. conſ. 158.pro deciſione.nu.39.verſic.Cum itaque.lib.2.conſ.150.prima facie.col.4.ante nu. 5.& conſ.226.antequam aggrediar. poſt nu.13.verſic.Maxime.lib.2.Rom.cōſ. 122.circa id.col.2.nu.1.verſi. Primo quia. Curt.ſen.in auth. ex cauſa. col.38. verſic. Quid aūt.vbi Balion.nu.80.Curt.iu.conſ. 150.Materia.nu.12.verſic.tñ in propoſito. dicens idem ſenſiſſe legendo d.auth.Guil. de Bened.in c.Rayn.in verb.in eodē teſtō. il 1.nu.247.verſi.Et idem ſi pater.extra de teſta.Ayın.Crau.conſ.67.vltra per me ſcripta.nu.2.Bero. conſ.12. requiſitus .nu.7. verſic.Confirmātur prędicta.li. 2.Io.Crot. conſ.66.teſtator in teſtō.nu.12. & 14. de vera & cōi opi.fidem faciens.Par.conſ.60. prima facie dicendū.nu.15.& ſeq. conſ.61. licet aliàs.nu.15. & 17.li.2. Rui. conſ.11. de vltima voluntate.nu.5.lib.3. Io. Cęph. conſ.138.teſtamentū.nu.32.verſi.Et maximè.li.1.Franc.Mant.de coniec.vlt.volun. lib.12. tit.1.poſt nu.20. qui hanc opi. latè tuetur.Rol.de Val.d.conſ.7.qō quę proponitur.nu.30. verſic. Et eo magis. ſubdens col.fi.cōem eſſe ſnīam, & iudicando, ac cōſulendo ſequendam. li.4.Iaſ.in l.ſi mater. ante nu.4.verſic.Puto primam partem veriorem.C.de inoff.teſtam. & in d. auth. ex cauſa.col.fi. in 1.limita. verſic. Pro prima opi.ſi bene eius verba ponderentur. hancque conclu. cōiter ſequi ſcribentes tradit ibi Hieron. Cagnol. col.fi. verſic. Retenta tamen.difficileque eſſe in practica contrarium obtinere. ipſam etiam comprobat Gozad.nu.33.& Franc.Rip.reſpon.128.ex themate.nu.19.verſic.Tamen eā limitaui.

60 Nam dictam concluſionem † maximi, & inſignes viri acriter improbant, inter quos Barto. conſ.210. omne illud. nu.4. conſ. 235.Lapus.Bal.conſ.156.clauſula codicillaris.col.2.li.2.conſ.239.quia vltimus paſſus.nu.2.verſic.Nec obſtat.lib.3.Ang.in l. 1.nu.3.qui hoc ex Gl.colligit.C.de iure codicil.dicens ſic fuiſſe determinatū per Collegium Peruſinum, in l.qui iure militari. nu.1. ff. de teſtam. milit. idem conſ.108. iſta qō.nu.3.verſic.Secundo caſu.cōſ.364. viſa facti narratione.nu.4.& 7.Aretin.in l. Titius.in princ.col.pen.in fi.verſi.Et iſtud fuit.ff.de liber.& poſthum.conſ.93. viſo legato.col.5.nu.5.verſic.Nec poteſt releuare.conſ.fi.eleganter & ſubtiliter.col.5.nu. 3.And.Barb.conſ.60.illud afferam. col.3. lib.2.Socin.ſen.conſ.93.teſtamentum pręmiſſum.col.7.nu.31.& 32.lib.4. Io. Bapt. de S.Seuerino, de quo meminit Aretin.d. conſ.vlt.Bertr.conſ.10.viſo teſtō.nu.2. dicens hāc opi.ſibi in conſcientia videri veriorē, & proculdubio æquiorē. li.1.Frā.Rip.in repe. l.ſi vnquā.q.42.poſt nu.109.verſi.ad deciſionem. C.de reuo.do. Rub.Alex.cōſ. 125.Pręſens caſus.poſt nu.3.verſic.Et ſi dicatur.Soc.iun.conſ.153.viſo.nu.6.li.2.Nouiſ. Pariſ. ad Alex. conſ.26. circa primum dubium.ante nu.6.in verb. cōem.in fi. ibi, ego tñ.lib.1.& d.conſ.30. ponderatis. poſt nu.2.in verbo, ſuperuixiſſet.li.3.Tib. Dec. de veriori, & magis cōi opin.atteſtans, cōſ. 37.nu.10.& 36.lib.1.And.Gail.li.2.pract. obſer.Imperialis cameræ, obſeru.114. cōis DD.opin.ante nu.14.referens Iulium Clarum idem ſenſiſſe.Io.Bologn.in d.authen. ex cauſa. ante nu.80. verſic. Et hanc opin. ego puto veriorem.Simon de Prætis, in tractat.de interpre.vlt.volun. lib.2. ſolut.11. poſt nu.8. verſi.Reddendo etiam dubiam. Hiero.Gabr.conſ.113.Bartholomæus Papius.poſt nu.17.verſic.Puto igitur.

61 Sed ſi à priori ſnīa † recedendum non eſſet, tanq̃ crebriori calculo recepta, & originaria Dom.Iacobi de Beluiſio in quadam eius diſputat.incip.Quæritur, quare pater, vel mater.quā poſuit in l.3.in fi.C.de libe. præter.cuius pręcellens eſt authoritas, prout recedendum nō arbitror in iudicijs, vel reſponſis; Poſſet ex eorundē intentione dici, non ex ſola teſtōris ſuperuiuentis tacita quadam perſeuerantia teſtamentum agnatione poſthumi ruptum confirmari, ſed magis ex vi clauſulæ codicillaris in futurum conceptę, per quam teſtator à principio de poſthumo cogitaſſe vr̄ quæ per coniecturā diuturnæ ſuperexiſtentiæ poſt natiuitatem poſthumi nonnihil augetur, cùm nō immutauerit teſtamentū, licèt facilè id potuiſſet, adeo ꝙ termini differre inuicē appareant. Sed iudicio meo, p̄dicta inductio ex codicillari clauſula aſſumpta, potius poſteriorē caſū diſtinctionis ꝑ Fel.& alios traditę virtualiter cōfirmat, q̃ impugnet, vt quēadmodū vis dictæ clauſulæ ad caſum futurę natiuitatis poſthumi trahitur, cum teſtator diu

ſuper-

ſuperuiuendo teſtamentũ non alterauerit, ita liberi in conditione poſiti vocentur ex nouo ſtatuto id diſponente, poſtquàm diù ſuperuiuendo nil aliud egerit teſtator, etſi potuiſſet.

Præſertim, quia cenſetur teſtator tutio-
rem aſſumpſiſſe viam, per quam eius diſpo
ſitio non ſolùm non infringeretur, ſed cla-
rior & extricatior redderetur: ſublata igi-
tur illa ambiguitate circa vocationem, cũ
ſtatutum liberis faueat, quos etiã teſtator
ſubſtituto prætulerat, ob dictam diutinã
ſuperexiſtentiam, omiſſamq́ue reformatio
nem teſtamenti, eius voluntatem, vltimã-
q́ue diſpoſitionem ſtatuto accommodaſ-
ſe creditur. Dixerim inſuper, dictam con-
cluſionem non poſſe ad deciſionem iſtam
omnino congruè allegari, ſi ex Hierony-
62 mo † Gabriel. d. conſ. 113. nu. 13. & 16. e-
ius applicatio iudicis arbitrio committi-
tur, qui ex temporis diuturnitate, quo te-
ſtator vixerit poſt natiuitatem poſthumi,
ex cauſis repentibus, quibus teſtator ipſe
deceſſerit, & ex alijs etiam occaſionibus,
quibus factio teſtamenti differri ſolet, æſti
mare habeat. Rotamq́ue Romanam iuridi
cè diſtinxiſſe, nec mirum eſt, cũ in floridiſ-
ſima, ac celeberrima illius ſupremi Audi-
63 torij † corona, Doctores ſcientia, ſingula-
ribusq́; dotibus perſpicui, tanquam ſtellę matutinæ ſemper admittantur, vt à Summis Pontificibus ad altiores dignitatum gradus, in præmium egregiorum operum promoueri ſoleant. Quis enim non admiretur ſplendorem, pulchritudinemq́ue virtutis, & præcipuè iuſtitiæ, quæ vna omniũ domina eſt, & regina virtutum? Et quia ipſos viros bonos appellabimus, excelſum namque habent animum, & intentum tanquam arcum ad res bene gerendas, in continuo labore ſunt, cauſſarum illuſtrium monumenta colligunt, ius Pontificium ciuileq́ue tractant, varijs literarum ſtudijs vtuntur, de iure reſpondent, in Senatum frequentes veniunt, lites decidunt, authoritatem quaſi imperium retinent, cumq́ue vim celebritatis habeant; & nominis, proindeq́ue in eos oculi omnium conijciantur, atque in eis quid agant, quemadmodum viuant inquiratur, & tanquam in clariſsima luce verſentur, cum nullum obſcurum poſsit nec dictum ipſorum eſſe, nec factum, quales haberi vellent, tales ſunt, hancq́ue uiam Socrates ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam eſſe dicebat: Iuſtitiam demum ita exercent, ut cum omnibus ſemper una, atque eadem uoce leges loquantur.

D. IOSEPHI DE RVSTICIS

Tractatus, An & quando liberi in conditione poſiti vocentur:

FINIS.

Deo Opt. Max. eiuſque Genitrici Mariæ ſemper Virgini clementiſſimæ Cœli Reginæ, ac DD. Maximo, Petro Cæleſtino, Euquitio, & Bernardino Patronis inclitæ, generoſæq́; Patriæ meæ Ciuitatiſ Aquilæ, laus, honor, & gloria.

QVi aliquid multorum vſu receptum improbare moliuntur, temeritatis aut obtrectationis notam raro effugiunt, vt videar ipſam præcipitanter, rapideq́ue incurrere, cum nonnullorum, imò fere omnium recentium ſcriptorum ſtylum, in coaceruandis nominibus, ad firmandas opiniones redarguere aggredior: ſed ſi veritatem amplecti cupimus, pietate me potius niti, iuſtitiæ cultores decernent, quorum iudicio vſum iſtum irrationabilem, ac perniciosum penitus comperiemus, extirpandum etiam, atque delendum. Nam ſi iuriſprudentiæ maieſtatem perpetuò conſeruare, & quaſi augere mortales tenentur, imò vt diuinum donum admirari, hominum generi traditum, quòd legibus viueret, vitia tolleret, delicta puniret, ac denique virtutes omnes foueret, quæ ſacroſanctæ leges, Naturæ ratione inſtitutæ, ſummorum Iuriſconſultorum ſapientia, imperijq́ue authoritate ſancitæ, veluti lucens globus Lunæ, Titaniaq́ue aſtra clarent: quis dubitat, certam, atque indubitatam iuriſprudentiam grauitate degradari, cum eius rationem viuam, veram, ſempiterneq́ue conſtantem, debilibus auxilijs ſtabilire præſumimus? extat legum virtus firmis quidem fundamentis, vt impiè Naturam imperfectam dijudicemus, Iuriſconſultorum dignitati acriter detrahamus, Imperatorum decretis irreuerenter obſiſtamus, cum poſthabitis lucidiſſimis legibus, magis veritate ipſa, leui quadam Interpretum aura oblectamur: non enim quod Auguſtiſſimi Principes promulgarunt, ſed quod imperiti omni lumine deſtituti reſponderunt, aut interpretati ſunt, iudicando, ſæpeq́ue leges ipſas declarando recipimus. In hac igitur ſcientia, ſi diuturnitas aliquid confert, quod abijciendum exiſtimo, non præſcripto more maiorum, ſed quorundam affectata libidine introductum videtur, vt ſe multæ lectionis viros oſtendant: cum ſi ſcripta antiquiorum deguſtentur, rationibus atque legibus certare contendunt, authoritates Interpretum negligendo, niſi certæ rationi coniungantur. Si illorum vetuſtorum Iuriconſultorum qui fontes iuris ciuilis cenſentur, exemplis vtendum eſt, vbi in ipſorum Reſponſis inutilis nominum cumulus, atque ſeries, vbi turpe diſſidium vel contrarietas? Si culmen huius facultatis quærimus, non aliundè eius gloria haurienda eſt, quàm ex Procerum nitidis Reſponſis, & veluti oraculis, nonnullorum vilibus omiſſis aſſertionibus, qui iuris ciuilis penetralia nunquam attigerunt. Si Philoſophiæ, aut aliarum ſcientiarum profeſſores imitandi ſunt: Ariſtotelis, litera rationumq́ue neruis fortiſsimis quęſtiones dirimunt, & philoſophantui, non Commentariorum illecebris torporem mentibus inferunt. Quid aliud Mathematici efficiunt? quid Medici? quid denique aliarum ſcientiarum ſectatores? Si temporum dimenſiones attendimus, optimum erit in leges incumbere, ad ſcientiam perfectè adipiſcendam, nam ſi omnium Commentarios expendere proponamus, ætas breuis in longa ſcientia deficiet. Hucq́ue Iuſtinianum reſpexiſſe certum eſt, dum ius ciuile paucis libris conſtrinxit: cum enim omnem legum tramitem ita confuſam reperiſſet, vt in infinitum extenderetur, nulliusq́ue humanæ naturæ capacitate concluderetur, omni inani ſimilitudine, & iniquiſſima diſcordia depulſa, leges ipſas abſolutas reddidit, quæ vniuerſis hominibus promptũ ſuæ ſynceritatis præberẽt pręſidium, iuriſq; materiam pulcherrimo opere extruxit, & quaſi propriũ, ac ſanctiſſ.mum templum iuſtitiæ conſecrauit. Cur igitur nos opus iſtud tam vario labore fabrefactum, tam admirabili induſtria expolitum, noua confuſione voluminum, duriſſimis, atque obſcuriſſimis contrarietatibus demoliri aſſentimur? cur ipſum ius ab immenſo librorum numero collectum, ac compoſitũ, in vnamq́ue reductum conſonantiam, vt nihil neque contrarium, neque idem, neque ſimile in eo inueniretur, imò ne geminæ leges pro rebus ſingulis poſitæ vſquam apparerent, librorum cumulis, ac diuerſis cauillis opprimere ſtudemus? cur authorum congerie vrgemur, ſi Imperatoris edicto perpetuo, non ex multitudine authorum, melius, & æquius eſt iudicandum, cùm poſsit unius forſitan, & deterioris ſententia, & multos, & maiores aliqua in parte ſuperare? Denique cur mole diuitiarum expenſa, ſuperuacuæ legum multitudinis adipiſcimur volumina, ſi vilisſima pecunia facilis eorum comparatio patet, tam ditioribus, quàm tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda? Quàm etiam hinc deteſtandus ſit illorum Interpretum vſus, qui publicè legalem ſcientiam profitendo, menſium curſum in vna tantum lege explicanda conſumunt, imò plerunque in rubricæ ſenſu longius tempus effundunt, omnium ſit iudicium, cùm legitimi iuris ſtudioſi, centum vix legum declarationes in publicis gymnaſijs intelligant, vocis ſonum potius audiant, &

ſi totum ius ciuile percurriſſe oporteret, nec quibuſdam chimæris Doctorum, veluti nęnijs, memoriam atque ingenij aciem eludere, per vaſtasq; diſputationes, & anfractus vagari: vt ad faſtigium ciuilis doctrinæ, ac eruditionis conſcendere credant illi, qui prolixiorem (vt aiunt) Repetitionem compoſuerint, gloriam leges interpretandi, in extraneis inutilibus quæſtionibus conſtituentes. Quàm autem inhumanum ſit, floridā iuuentutem liberalibus ſtudijs addictam, hiſce cantilenis inuoluere, in aperto eſt. Dum enim ius ciuile acquiſiſſe credunt, fugaci nube quadam decepti reperiuntur, legum ſubſtantiam, totiusq́ue iuris pręcepta, atque incrementum infirmiorem in partem miſerè commutantes. Sed vt morem iſtum veluti inutilem, ac fallacem inuehor, ſic illorum in iure dicendo peritiam egregijs laudibus effero, qui non in rubricarum nexibus, non in explendis longo ordine, & multiloquio interpretationibus, ſed in toto iure ciuili accuratè aſſequendo morantur, & peruagantur: hoc itaque tutiſſimo conſilio, dulcem iuris ſuccum extrahunt, intelligendiq́ue viam inueniunt: illosq́ue propenſius admiror, qui cum docendi peritia, eloquentiæ ſuauitatem miſcent, ad iuris ſcientiam perdiſcendam, neceſſariam valdè, atque opportunam: præcipuum enim Iuriſconſulto eſt, Romanæ, ſplendidæq́ue eloquutionis ornamentum. Quantum ergo homines brutis præſtare noſcimus, ſupernaq́ue infernis, tantum eloquentes ac elegantes viros, inconditis, & infantibus barbarica inſcitia coinquinatis pręcellere; exultandum maximopere eſt noſtris temporibus, cùm Romæ Latinam, propriamq́ue linguam reuiuiſcere, & quodam poſtliminio longo interuallo redire: Italosq́ue eloquentiam, veluti propriam ad ſe reuocaſſe, Italica monumenta teſtantur: vndique etenim eloquentię flumina, nedum fontes ſcaturire intuemur, vt Iuriſconſulti vero nomine indignum quempiam arbitremur, qui dicendi diſciplinam neglexerit, quod ſanè admirabile eſt: ſolet enim eloquentium paucitas eſſe, cùm ex illis rebus vniuerſis eloquentia conſtet, quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt, vt omnes quorum gloria nobis, & dignitas chara eſt, hortari cōueniat, animo rei magnitudinem complectantur. Si ſciendi facilitatē exoptamus, non faciliori methodo ſcientiam conſequemur, quàm ius ipſum ciuile purè, nitideq́ue perueſtigando, tot ſylueſtribus ſępibus diſiectis, atque eradicatis, Pauli, Scęuolę, Pomponij, aliorumq́ue definitiones, diſtinctiones, & reſponſa, Principum placita, Prętorumq́ue edicta perluſtrando, ingenijq́ue dexteritate ſuaues indè legum fructus colligendo. Si diſſerendi peritiam exigamus, quid pulchrius, vel honeſtius, quàm ratione, & litera iuris argumentari, ac quaſcunque obiectiones reijcere? eritne tunc authoritatum plauſtris vtendum? Quid indignius, aut infirmius, quàm doctrinis ſe diſputando tueri? Si conſulendum erit, pro veritateq́ue de iure reſpondendum, nihil ſtabilius, nihil Iuriſcōſulto honorabilius, quàm legibus lites decidere, arbitria componere. Si iudicandum, vel maximè Iuriconſultorum legibus erit incumbendum, cùm ſiue de hominum vita, vel bonis agatur, æquum ſit, ex iure, veluti ex ſpeculo imagines, ſententias deſumere. Si ſcribendi cultu delectamur, nullus orationis concentus, nulla amœnitas ſermonis deguſtatur, cum periodos atque dicendi normam, interiectis allegationibus deuaſtamus, aut interrumpimus. Quid rogo illepidius, quàm cùm authores quoſdam ferè elingues, & infantes legimus, nulla ſcribendi arte compoſitos, allegationū tantùm copia onuſtos? non ideo minus Andreæ Alciati opera placent, ꝙ conſiliorū numeris, Doctorumq́; crebris nominibus careant: nec Baronis, Connani, Cuiacij, Budæi, Duareni, aliorumq́; inſignium Iuriſcōſultorum ſcripta faſtidiunt, quòd rationibus, ac legibus ſcripſerint: omnem aūt laudem aſſequuntur, cùm ſpreuerint, quæ fugienda ſunt, quæ etiam non faſtidium tantùm, ſed languorem legentium animis incutiunt. quicquid itaque agēdum in iure eſt, ex ipſo iure, ex ipſa iuris ſapientia, atque prudentia, quam priſci Iuriſconſulti coluerunt, excerpendū eſt, non ex nominibus recentium Doctorum, quorū aliqui falſas aliquando opiniones, vel vt alterius ſententiam oppugnent, vel ingenij acumen, ac ſubtilitatē demonſtrent, vel iuris inſcitia extruunt. Nonne durū videbitur, ꝙ trans, citraq́; Alpes, Doctorū ſententiæ veluti arietes inuicem ſæpè pugnent, vna etiam opinio antiquitus recepta fuerit, hodie verò contraria veluti cōmunis vigeat, temporeq́; mutetur. perinde ac ſi veritas, ius ciuile, bonum & æquum, imò ipſa iuſtitia conſtans non ſit, & perpetua, ſed ad nutū Interpretum varia, & mutabilis? Siq́; legum authoritas diuinas, & humanas res benè diſponit, & omnē iniquitatē expellit, quid iniquius, aut inſolentius opinionibus illis, quę etſi cōes cenſeantur, contrariæ etiam cōi applauſu gloriantur, vel cōmuniores nuncupantur; & quod pernicioſius eſt, paſſim etiā crebriores ipſas authorum ſententias inter ſe reluctantes uidemus? Quid

etiam

etiam abſurdius, quàm legis virtutem in tanto diſcrimine, contradictioneque conſtitue-
re, potius mundum ipſum, qui legibus gubernatur? vnde iudicia rectè, ſanctèque proma-
nabunt, ob iſtam iuris ambiguitatem, ex librorum congerie, opinionumque? vt non in-
fœliciter complures Doctores opinionum libros compoſuerint, inter quos eruditiſſi-
mus, ac celeberrimus FRANCISCVS VIVIVS, cuius ſcripta viuent, vt ipſarum vera ratio ha
beretur, floridoque compendio hominibus conſuleretur: præbuerunt Aduocatis anſam
calumniandi immenſa hæc, & numeroſa Commentariorum, Conſiliorumque volumi-
na, materiam ac fomitem clientibus accendendarum litium, quibus nunc vita paſſim fla-
grat, incendio quidem vix vnquam deflagraturo: iudicibus etiam obſcuritatem, cœcita-
temque perſæpè inijciunt, qui toto cœlo in tanta caligine aberrant, priſcam illam etiam,
germanamque maieſtatem iuriſprudentiæ obruunt: interpretationes haſce Imperator, ſa
pienti authoritate, peruerſiones magis appellauit, eaſdemque ab eius operibus proſcrip-
ſit, nouam iſtam iuris confuſionem ac verboſitatem, qua etiam antiquitus totum penè ius
conturbatum erat, conijciens, & augurans. Vbi illa moderatio, legitimaque veritas, quam
ſe attigiſſe teſtatur? vbi templum illud Romanæ iuſtitiæ ædificatum? præclarum igitur iu
ris ciuilis conſtringendi inſtitutum, etſi laudabile fuerit, in maximam tamen iacturam, at-
que perniciem, miſerandis iſtis temporibus, quibus ius ipſum diſiectum inuenitur, libro-
rum veterum Iuriſconſultorum interitum redundaſſe cõpertum eſt. Si enim illi extarent
ex quibus leges velut fragmenta promanarunt, velutque ex viuis, clariſſimisque fontibus
riuuli, ius ciuile tot inutilibus rupibus, tot (vt ita dixerim) promontorijs careret; Accur-
ſij, quem magnum vocitant, ſinuoſa ceſſarent gloſſemata, ac ipſum extricatum ſanè co-
leremus, poſtquam illud nunc contingit, vt legibus minimè credamus, ſed Doctorum
nominibus, qui ipſas plerunque confundunt, acquieſcamus, veritati detrahamus, fuçatis
autem phaleratiſque opinionibus deferamus. Cumque à veriſiſtis ſcribendi regulis hoç
in opere receſſerim, vt non ab re eruditos viros, qui iuris peritiam feſtiuioribus literis, &
elegantioribus, velut condiendam ſcientiam autumant, quorum non virtus modo inſita,
ſed ira etiam exulceratos huiuſmodi ignominia ſtimulat animos, faſtidiri, & ſuperfluitate
admirari ſciam, eius rei rationem reddere viſum eſt. Plures itaque ſunt in iure quæſtiones
ferè inſolubiles, ſed nulla intricatior, vt admonui, nulla altior iſta: An & quando liberi in
conditione poſiti vocentur, ut pugnantiæ Gloſſarum, legum in diuerſum intelligentiæ,
antiquorum diſcordiæ, poſteriores afflixerint, & cum quæ communis, vel crebrior ſenten
tia videretur, ſub iudice lis eſſet, optimum fore credidi, ſi authorum nomina veluti in con
traria agmina referrem: ſi enim antiquiores, qui authoritatum maceries deſpexerunt con
ſideremus, dum rei iſtius meminere, copioſis nominum allegationibus inſiſtunt, vt non
iniuria iuniores traditum ſtylum gradatim obſeruauerint, in illudq; inciderimus, vt quę-
ſtio hæc Doctorum magis authoritatibus, quàm explicato iure comprimatur: Non ab re
igitur ſententias ferè omnium, quos viderim, adſcripſi, corruptelam iſtam ſequutus, in re
quæ antiquum callum obduxit, quod inde ortum ſumpſiſſe exiſtimo, vt cùm vix eueniat
quin morientium vltimæ voluntates, ſub conditione decedentium liberorum ſubſtitutio
nes contineant, deque opulentiſſimis hæreditatibus ſæpè agatur, ac litigantes vt pluri-
mùm cupidos Doctores conſulant, pro arbitrio frequenter modò in hanc, modò in aliam
partem inclinant, vt litium ardore inſanientibus, ſint maximis receptis pecunijs plauſibi
les: eſtque in vniuerſa fideicommiſſorum tractatione præcipuum, cùm de vltimis volun-
tatibus diſceptatur, vt maximas authoritates vtrinque pugnantes, imò authores in ſe
contrarios animaduertamus, qui iuſtum, bonum, æquumque illud cenſent, quod pecu-
nia affert: temerè proinde reſponſa reddunt alijs contraria, vt difficulter in conſulentium
libris aliquid contineatur, quin aperta eiuſdemmet Scriptoris contradictione turpiter
feriatur, nec quẽquam puduit publicè illa in lucem miſiſſe, cunctiſque deteſtandum, ac
tetrum inconſtantiæ vitium propalaſſe. Sed quid eſt temeritate fortius, aut quid tam te-
merarium, tamq; indignum ſapientis grauitate, atque conſtantia, quàm aut falſum ſenti
re, aut quod non ſatis exploratè perceptum ſit, & cognitum, ſine vlla dubitatione defen
dere? O rapacitatis, auaritiæq; improbum ſtudium: cenſus conſtituant, ædificia ampla e-
rigant, villas emant, neſcientes cui congregent, vel relinquant. Seruio Sulpitio nequa-
quam hi ſunt comparandi: non enim ille magis iuriſconſultus, quàm iuſtitiæ cenſeba-
tur: nec C. Aquilio, qui ita iuſtus, & bonus vir erat, vt natura non diſciplina conſultus vi
deretur, ita peritus & prudens, vt ex ciuili iure non ſcientiam ſolum, verùm etiam bonũ,

& æquum deſumpſiſſe oſtenderet: cuius tantũ ingenium erat, tam prompta fides, vt quicquid inde haurires, nitidum, clarumq́; haurire intelligeres. Sed illi veteres Iuriſconſulti, prout veri iuris, germanæq́; iuſtitiæ, ſolidam, & expreſſam effigiem tenebãt, vmbra hi, & imaginibus vtuntur: nec primò à natura ſuſtineri ea quę gignuntur è terra cõtemplantur, quibus natura nihil tribuit amplius, quàm vt ea alendo, atque augendo tueretur, beſtijs autem ſenſum, & motum dediſſe, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, à peſtiferis receſſum: homini hoc amplius, quòd rationẽ addidit, qua regerentur animi appetitus, qui tum remitterentur, tum continerentur. O fallacem hominum ſpem, fragilemq́; fortunam, & inanes noſtras contentiones, quę in medio paſſim ſpatio franguntur, & corruunt: anteque in ipſo curſu obruuntur, quàm portum proſpicere potuerunt. ijs itaque, qui recto conſilio ius ciuile, ad eiusq́; rectam inſtitutionem idonea aggrediuntur, hęc dixiſſe ſum arbitratus, ne irrito labore, atque infęliciter, vulgarem illum morem amplectantur, quem multi arcem iuriſprudentiæ ſolos ſe tenere autumantes, vti palmarium erexere: vtq́; intelligant, cur in præſenti tractatione, atque alibi, dum de voluntate morientium interpretanda diſſeritur, adeò crebris, numeroſisque ſcribentium nominibus fuerim vſus.

IOSEPHI DE RVSTICIS
PATRICII AC IVRISC.
AQVILANI
RESPONSA,
AD TRACTATVM, AN ET QVANDO LIBERI IN CONDITIONE POSITI VOCENTVR, PERTINENTIA:

Secunda ac poſtrema editione correcta, & emendata.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISS.
DOMINO
D. CAROLO ANTONIO PVTEO
ARCHIEPISCOPO PISARVM,
Ioſephus de Ruſticis V. I. C. Aquilanus S. D.

OPVS *quod de liberis in conditione poſitis,* PHILIPPO AVSTRIACO *Hiſpaniarum Siciliarumque Inuictiſsimo Regi Catholico iuſtis ex cauſis iampridem alacri animo conſecraui, poſtquàm Florentiam Vrbem acceſsi, literis Damiani Zenarij Venetijs ad me ſcriptis, vt diligenti cura ac ſtudio percurrerem, impulſus atque excitatus fui: quibus quidem literis valdè is me hortabatur, vt ſi Typographi incuria illic errores aliqui hærerent, eos ipſos emendarem & expungerem, operiſque materias additionibus, ſi quid ſupplendum fortaßè videretur, augerem ac locupletarem: affirmabat etenim cuncta exemplaria iamdudum fuiſſe diſtracta, nec penes ſe volumen aliquod harum mearum ſcriptionum ſupereſſe, ſeque de noua editione à ſtudioſis viris quotidie interpellari, ac proinde ſe in animo habere, iterum illud ſuis typis repræſentare: Cùmque aliquot errata operarum typographicarum præpropera ſedulitate adeſſent, paucis nanq; datum eſt, initio aliquid omni ex parte abſolutum reddere, potiſſimum vbi aliorum miniſterio indigemus, quod & mihi prima illa in editione eueniſſe conſtitit, cùm aſſequi, quod maximè cupiebam, non valuerim, opus (inquam) ipſum nitidum ac deterſum in lucem proferre, ita vt quæſtiones in eo digeſtas non mediocriter ornaret impreßio: Illud igitur reaſſumens, & memet in horas præueniens, tabulæ (vt inquiunt) iterum manus admoui; dumque corrigere Typographi errata curabam, multa mihi occurrerunt, quæ ſupplere & operi iam abſoluto peruulgatoque inſerere duxi non incongruum, vt Zenario id à me requirenti morem gererem: Lectoribusque non circa ſolam emendationem, verum etiam ſuppletionem, & placerem, & fortaſſe vtilitati eſſem, ac denique vt mihi ipſi nonni-*

hil

hil ſatisfacerem: Cùm ſi Virgilius ille Maro ornatiſſimus Poëta heroicum ſuum poëma, quo Æneæ res geſtas illuſtri ac penè diuino carmine eſt proſecutus, comburi iuſſit, propterea quòd illud inemendatum relinquere nollet, licèt opus tam egregium ac ſublime Auguſti edicto flammas euaſerit, cur propoſitæ emendationis & elimationis à me ratio habenda non fuit, ſi quod Virgilio ac alijs permultis non licuit, mihi ſummo DEI MAXIMI beneficio ac fauore obuenerit? Cùmque, Illuſtriſsime Antiſtes, Florentiæ ac Piſis, quum tuis ſuauiſſimis grauiſſimisque colloquijs non indignum me reddidiſti, librum hunc perlegiſſe humaniter ſignificaueris: id quod mihi ad maximam laudem fuiſſe puto, quàmuis enim continuis ac ingentibus negocijs ſummo cum labore incumbas, tuisque velut Herculeis aut Athlanticis humeris omnia quæ ad Hetruſcorum tranquillitatem pertinent, ex voto SERENISSIMI FERDINANDI MEDICEI Magni Ducis ſuſtineas & modereris, vt Saturni temporibus reuocatis Hetruſci Populi, quorum magna eſt fęlicitas, miro tuarum virtutum beneficio iuſtitia, ac pace fruantur. Prudentiſsimè etenim cuncta proſpicis, ſapientiſſimeq; diſponis, atque admirabili ſinceritate animi, quæ ad tui commodum pertinere poſſe alij exiſtimant, deſpicis, cùm ſola æterna eſſe quærenda mente reuoluas, vt hinc incorruptiſſimi in omnibusque rebus temperantiſſimi Præſulis optimo iure nomen tibi aſſumpſeris: Quæ tamen ad ſcientiarum cognitionem & potiſſimum Iuriſprudentiæ cultum conducunt, non ſolùm non prætermittis, ſed vehementer amplecteris, ac omni conatu proſequeris, librum meum hunc emendatum atque auctum ad te mittere ſtatui, non vt inde quiſquàm conijciat, ipſum aliàs PHILIPPO REGI Glorioſiſsimo Potentiſsimoq; dicatum, me denuo tibi inſcribere, cùm cœlorum fauore alia volumina tui nominis amplitudini ſacranda compoſuerim, quæ propediem ſub tuis auſpicijs in lucem proferam: iamque dediſſem, ſi aliqua ocij dulcedine, verius quadam reſpiratione, hoc in Rota Iudicum ampliſſimo Collegio, publicoque iudicandi munere, ac tam vario laborioſoq; cauſarum & negociorum conflictu (quod quidem tu bene noſti) potiri valuiſſem: ſed vt illum ſic caſtigatum ac mendis perpurgatum, in tuam celebrem librorum, ferè omnium ad iuris ſcientiam pertinentium, inferri ſeruarique bibliothecam iubeas, & aliquando ſi quod tempus vacuum tibi relictum fuerit, legere pro tua humanitate digneris, deque acceſsione nunc inſerta iudicium facere. Quis enim de rebus dubijs, de optimis diſciplinis diſſerere ac iudicare fęlicius, Doctorumque ingenia rectius expendere poterit quàm tu, qui mihi non humano ingenio, ſed Delphico quodam oraculo videris inſtinctus, & ad omnia ſumma natus, prout quemlibet eruditum fateri hoc oportebit, dum te ſancientem leges, iura dictantem, Regna gubernantem vere norit, audiet, & admiretur. Cùm vt M. Cicero Platonem vnà cum Panætio, Homerum Philoſophorum appellat, ſic te ego alterum Numam Pompilium Iuriſconſultorum, Scæuolamque Philoſophorum, aut alium ſublimiorem appellare ſoleo. Hæc omnia, prout ad tuam virtutem inſtitutionemque, ſic non minus ad vetuſtiſſimam atque Illuſtriſſimam quam ex PVTEORVM nobilitate, claroque ſtemmate originem ducis, referenda cenſeo: quæ vt alios tot proceres vndique inſignes, & præſertim Iuriſconſultos, ſic te maximum & admirandum produxit: ab Vrbe nanque Roma (vt veterum hiſtoriæ teſtantur) à L. Scribonio Prætore prouenieus, non ſolùm citra, ſed etiam vltra montes ſuæ nobilitatis virtutisq; ſplendorem longè lateque diffudit. Apud Gallos ſanè inter alios ſingulares viros Iamberti Putei Montiſpeſſulani omnibus heroicis dotibus conſpicui fulgor illuxit, vt non immeritò à Ioanne XXII. Pontifice Maximo in S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ordinem, Anno ſalutis M. CCC. XX. ſub titulo S. Apoſtoli cooptatus ſummo cum honore fuerit. Apud Italos Paris Puteus Alexandria nobiliſſima vrbe natus, ex qua proximiorem eandemq; antiquiſſimam familiæ tuæ originem ducis, enituit, qui

prudentia

prudentia eruditioneque clariſſimus Alfonſo Neapolis Regi optimo à conſilijs aſtitit,
ſuamque ſcientiam in pluribus operibus, videlicet de officialium ſyndicatu, ſingulari
certamine, deque feudorum reintegratione affabrè oſtendit: ex eademq; gente PVTEA
tres etiam Iacobi Iuriſconſulti grauiſsimi prodiere, Iacobus inquàm Nicea oriundus, in
Rotæ Romanæ præclariſsimum ampliſsimumque Collegium ſuſceptus, ad Archiepiſco-
patum primo Ianuenſem, deinde Barenſem, demum & is in Cardinalium numerum à
Iulio III. *Pontifice Maximo aſcitus, deciſionibus doctiſsimis ad Rotæ cauſas pertinenti*
bus editis, quæ per totum orbem excelſo cum honore, eiusq; ingenti laude peruagantur,
& quem toties Pontificem Maximum expectauimus, quòd ſummam iuris vtriuſque
ſcientiam admirabili cum probitáte coniunxiſſet: Alter Iacobus Puteus is fuit, quem
Iaſon ille Maynus præceptorem habuit, ex eiusque ſcriptis Iaſon ipſe multa præclara
deſumpſit, interque Laurentij Calcanei ac diuerſorum Iuriſconſultorum ad vltimas
voluntates, conſilia eiuſdem mira reſponſa extant: is etiam lecturas quas confecerat
cùm non imprimendas curaſſet, Franciſcum Ripam ab editione ſuorum librorum (vt
ipſe inquit) ancipitem reddidit, diuque repreſsit: Tertius Iacobus Puteus Iuriſconſul-
tus Patruus tuus, magnus Sabaudiæ Ducum Conſiliarius, multis legationibus clarus,
iuriſprudentia alijs duobus non inferior: His præclariſſimis Iuriſconſultis Antonius
Puteus Barenſium Archiepiſcopus, & ad Rodulphum electum Imperatorem Sedis Apo
ſtolicæ Nuntius, ob uirtutis meritum addendus eſt, ac etiam Caſſianus Puteus Patruus
identidem tuus, Pedemontani Senatus primus Præſes, Patriæ illius oraculum, & qui
in libris euoluendis iureque dicundo admodum illuſtris, eius regionis gubernacula plu
rimos annos eminenti cum grauitate retinuit, cui ſenio iam confecto adhuc viuenti ſuc-
ceſſor deſignatus ſupremo eo in munere Ludouicus Præſes frater tuus extitit, quem
immatura mors ſuſtulit: Prætereo nunc reliquos qui rei militaris peritia, aliarumque
ſcientiarum illuſtrium ornamento domi foriſque floruerunt. Cæterùm quod à te
CAROLO ANTONIO PVTEO *Antiſtite Illuſtriſſimo, qui tuorum gentilium ac tui*
ipſius radijs coruſcas, ſupplex expoſco, ſi erga hominem tuæ præcellenti nobilitati ac re-
ligioni, tuiſque egregijs virtutibus & moribus addictiſsimum effeceris ſingularis be-
nignitatis non incelebre monumentum oſtendes: ego autem in dies magis magiſque co-
gitabo quid præſtare poſſim, vt meam in te veram ſtabilemque obſeruantiam omnibus
clarè demonſtrem, ijsq; in aperto ſit, me ſummopere tuas virtutes admirari atque ve
nerari: quantum verò tibi debeam explicare nequeo nec auſim: Viue fęlix, qui alijs
fęlicitatem paras, & tibimet gloriam æternumque honorem omni virtutum genere
atque ſplendore acquiris. FLORENTIAE.

CONSILIVM PRIMVM SVPER PRAELEGATO OLIM MAGNIFICI AC SPECTABILIS DOMINI IVLIANI ÆMILIANI,

Pro Magnificis Dominis Io. Franciſco, & fratribus Aemilianis.

ARGVMENTVM.

NVNQVID ſufficiat conditionem ſemel extare, fideicommiſsique conditio liberis ſuperuiuentibus deficiat, cum quis, ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituere per fideicommiſſum rogatur, quicquid de liberis poſtea contingat. Et an poſiti in conditione vocati cenſeantur, deque coniecturis vocationis, ac conditione voluntaria ex mente extendenda: & vtrum de perſona ad perſonam extenſio fiat. Quando etiam hæres cum beneficio inuentarij reuocet bona fideicommiſsi alienata, diſſeritur; Oldradique conſ. 21. explicatur. In reſtitutione fideicommiſsi, an veniant fructus, diſpicitur; Nonnulla vlterius de optione legata: maſculorumque fauore ad inducendum fideicommiſſum, prohibitionemque alienationis bonorum, afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem ſemel extitiſſe an ſufficiat, licet perpetuò non duret, idq́; diſtingui, nume. 36.*

2 *Fideicommiſsi conditionem defeciſſe intelligi, liberis ſuperuiuẽtibus, cùm quis ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituere rogatur, quicquid poſtea de liberis contingat, licèt ipſi ſine liberis moriantur.*

3 *Fideicommiſsi conditionem prædictam, liberis ſuperexiſtentibus deficere, adiecta etiã maſculina qualitate.*

4 *Fideicommiſsi conditionem ipſam deficere, ſi pluries adhuc maſculorum teſtator meminerit.*

5 *Fideicommiſsi conditionem extingui, liberis ſuperuiuentibus, cùm quis ſub eadem liberorum conditione grauatur, quantumuis liberi momento tantùm patri ſuperuixerint.*

6 *Fideicommiſsi conditionem hoc caſu extingui, ſi liberi ſuperuiuant, etiamſi teſtator dixiſset, ſi aliquem hæredum meorum &c.*

7 *Conditionum in ſubſtitutionibus appoſitarum, prima exiſtentia principium, non*

autem

autem eius ſucceſſum ſpectari.

8 *Subſtitutiones ſequentes expirare, extincta prima per ſuperexiſtentiam liberorum in conditione poſitorum.*

9 *Subſtitutionem probari oportere ab eo, qui ſe ſubſtitutum dicit: eiq́ poſſe obijci, ſubſtitutionem de hoc caſu non loqui; ſed nu. 49 id declarari.*

10 *Subſtitutionis probationem non excludi, etſi ſubſtitutus allegauerit, teſtatorem illam in mente habuiſſe, deq́ ea cogitaſſe, niſi di ſpoſitum appareat.*

11 *Poſitos in cõditione, diſpoſitiuè vocatos non cenſeri. Contrariam autem opinionem in puncto iuris veriorem, humanioremq́ eſſe; Gloſſa tamen ſententiam in l. Lucius Titius. 2. ff. de hæredibus inſtit. hodie etiã communiorem eſſe, nu. 50. & 53.*

12 *Poſitos in conditione ſub qualitate maſculina, ex intentione multorum, in diſpoſitione non eſſe. Sed iſtud reijci, ex veriori, crebrioriq́ opin. nu. 56.*

13 *Subſtitutionem, de vno caſu ad alium, extendi poſſe.*

14 *Subſtitutionis extenſionem de perſona ad perſonam non fieri, ex mente etiam tacita, ac veriſimili teſtatoris, contrarium verò afferri, nu. 65.*

15 *Conditionem voluntariam, ex Franciſco Aretino, extenſionem non pati. Pleroſq́ tamen diuerſum ſenſiſſe, vt nu. 70.*

16 *Voluntatem teſtantis, etiam ex coniecturis elicitam attendendam eſſe.*

17 *Fideicommiſſa taliter in voluntate defuncti reſidere, vt ſufficiat, fideicommiſſa quibuſcunque verbis, coniecturis, ſiue præſumptionibus profilire.*

18 *Familiam per maſculos conſeruari, à fœminis autem extirpari.*

19 *Familia nomen de maſculis accipi, ſi de mẽte teſtantis agnationem conſeruandi conſtiterit.*

20 *Familiarum dignitatem, honoremq́ ſine diuitijs conſeruari non poſſe.*

21 *Maſculinam qualitatem reſpiciens, agnationis fauorem contunctim conſiderare.*

22 *Fideicommiſſum inter illos de familia, alienationiſq́ prohibitionem induci, cùm diſponitur, rem in familia manere.*

23 *Fideicommiſſum perpetuum bonorum ſtabilium inductum cenſeri, ob maſculina qualitatis expreſſionem.*

24 *Fideicommiſſum perpetuum, actum reſtitutionis ſucceſſiuum inferre.*

25 *Fideicommiſſo bona ſubiecta, alienari non poſſe.*

26 *Hæredem per aditionem hæreditatis, contractum per patrem initum de re ſubiecta fideicommiſſo approbare.*

27 *Inuentarij confectionem, hæredi cum eius beneficio hæreditatem adeunti prodeſſe, vt omnia ei iura conſeruentur, perinde ac ſi illam non adijſſet.*

28 *Inuentarium operari, vt hæreditas iacens cenſeatur.*

29 *Hæredem non appellari propriè dominum, ſi hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij adierit.*

30 *Hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, res fideicommiſſo ſubiectas ſibi debitas, reuocare poſſe.*

31 *Hæredem cum dicto beneficio, rem ſibi ſpectantem alienatam reuocare non poſſe, niſi in quantum res illa vires hæreditarias excedat.*

32 *Hæredem cum dicto inuentarij beneficio, teneri ratum habere factum defuncti, quatenus bona hæreditatis æquiualent.*

33 *Hæredem cum dicto beneficio, exceptione repelli poſſe pro parte, quando bona pro parte ſufficiunt.*

34 *Hæredem iſtum cum inuentario nihil poſſidentem de bonis hæreditarijs, liberè, & in totum, res alienatas reuocare.*

35 *Hæredem cum inuentario, alienata reuocare poſſe etiam ſi in hæreditate adſint æquiualentia, ſi non reuocando, & bona hæreditaria pro alijs alienatis ſubrogando, dãnum conſiderabile pateretur: exemplumq́ afferri.*

37 *Conditionem ſemel extare, cum in relicto expreſſe ratio eſt appoſita, vt bona in familia remaneant, non ſufficere, ſed conditionem ſucceſſiuam reddere, perſeuerantiaque opus eſſe.*

38 *Conditionem ſemel extare, cum non ſolum ex ratione, ſed ex verbis tractus ſucceſſiuus induceretur, minimè prodeſſe.*

39 *Old. conſ. 21. thema tale eſt, teſtator. nu. 1. cum de mente teſtatoris appareret, non tranſmittendi bona ad extraneos hæredes limitari.*

40 *Et conſequenter vbi agnationis conſeruandæ ratio habita fuit.*

41 *Item vbi maſculorum fauor conſiderari poſſet.*

42 *Vocatione inſuper liberorum admiſſa.*

43 *Quantumuis liberi in conditione poſiti fuerint, dummodo ex coniecturis vocatos eſſe appareat.*

44 *Oldradi conſilium præcitatum, cum teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus digrederetur, limitari.*

45 *Oldradum ibidem declarari, cum conditio*

tio tractum ſucceſſiuum contineret.

46 *Oldradi conſ. 21. non procedere, vbi per ſimplicem ſuperexiſtentiam, menti teſtatoris non eſſe ſatisfactum, appareret.*

47 *Oldradi dictum conſ. iuxta terminos gloſ. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. limitari, ſcilicet ſi teſtator interrogatus, onus fideicommiſſi num vellet in quolibet gradu ſubſtitutionis repetitum fore, affirmatiuè reſpondiſſet.*

48 *Oldradi deciſionem, ex dictionibus reſtrictiuis, tunc & eo caſu, liberius procedere.*

51 *Galli Aquilij formulã, filij inſtitutionẽ, attẽta crebriori opinione, nõ inferre, vt n. 54.*

52 *L. Gallus. §. in omnibus. ff. de lib. & poſth. ad mentem Doctorum declarari.*

55 *Poſitos in conditione, coniecturis exiſtentibus, vocatos cenſeri.*

57 *Maſculos in conditione poſitos, multo magis ex geminatione qualitatis maſculinæ, vocatos eſſe.*

58 *Poſitos in conditione, per coniecturam digreſſionis ad plures ſubſtitutionum gradus, iuxta Anch. conſ. 74. Philippus teſtator. in diſpoſitione verſari.*

Alijs præſertim coniecturis concurrentibus. Vt quia in vltima ſubſtitutione vlteriores, et ſic minus dilecti, vocati reperiantur.

59 *Poſitos in conditione, per adiectionem grauaminis in diſpoſitione conſtitui.*

60 *Poſitos in conditione, & grauatos, multò magis vocatos eſſe, alia coniectura cõcurrẽte.*

61 *Poſitos in conditione, & grauatos, adiecta alia qualitatis maſculinæ coniectura, facilius vocatos intelligi.*

62 *Poſitos in conditione, grauamine adiecto, potius vocari, alia coniectura digreſſionis ad plures gradus ſubſtitutionum concurrente.*

63 *Poſitos in conditione, in legatis particularibus, diſpoſitiuè vocari.*

64 *Poſitos in conditione, in legatis particularibus facilius eſſe vocatos, ſi Petri Ancharani coniectura adſit.*

66 *Extenſionẽ de perſona ad perſonã non fieri, ſi de ea teſtator nõ cogitauerit, aliàs ſecus.*

67 *Extenſionem de perſona ad perſonam permitti, quando illa perſona ad quam fit extenſio, aliquo modo ſub verbis, ex mente diſponentis, ob qualitatem ei inhærentem, poſſet comprehendi.*

68 *Fideicommiſſum de perſona ad perſonam extendi, quæ lato ſumpto vocabulo poteſt ſub verbis contineri.*

69 *Extenſionem de perſona ad perſonam tolerari, vbi aliàs abſurdum ſequeretur, quòd minus dilectus, magis dilecto præferretur.*

71 *Poſitos in conditione, data ipſorum vocatione, per patrem alienata poſſe reuocare.*

72 *Alienationẽ rei, alienari prohibitæ, licere, in vita poſſidentium, vt fructus percipiantur, cõmoditasque in emptorem transeat.*

73 *Fructus perceptos poſt aditam hæreditatem, non venire in fideicommiſſi reſtitutione.*

74 *Fructus ab hærede perceptos poſt aditam hæreditatem, venire in reſtitutione fideicommiſſi, ſi ex aliquibus coniecturis ita ſenſiſſe teſtatorem colligi contingat.*

75 *Fructus poſt mortẽ grauati perceptos, nõ niſi poſt moram, litemq; conteſtatam deberi.*

76 *Fructus poſt mortem grauati perceptos, non deberi, niſi poſt contractam morã, vel poſt litem conteſtatam, etiam ſi fideicommiſſarius abſens fuerit, aut ignorans.*

77 *Fructus dominum ſequi.*

78 *Fructus poſt mortem grauati de fideicõmiſſo vniuerſali reſtituendo habitos, poſt morã tantum deberi, ſcilicet lite conteſtata, per quam litis conteſtationẽ mora contrahitur.*

79 *Fideicommiſſum conditionale, purificata cõditione, purum cenſeri.*

80 *Fructus particularis legati ſub conditione; ab adita hæreditate, dieque purificata conditionis deberi.*

81 *Fructus fideicommiſſi, non niſi poſt moram reſtituendos eſſe adita hæreditate, in vniuerſali fideicommiſſo, ſecus in particulari, verum intelligi.*

82 *Fructus quota hæreditatis, ſicut fideicommiſſi, niſi poſt moram non deberi.*

83 *Dominium legati partis bonorum, non niſi à die aſſignationis in legatarium tranſire.*

84 *Patrem pro filijs conſilium capere: filiosq́; meliorem patre amicum non habere.*

85 *Certum aliquid eſſe, vel de facili poſſe certum reddi, paria videri.*

86 *Inſtrumentum eſſe liquidum, vel de breui liquidandum æquiparari. Proindeq́; ſuper teſtamento compromiſſum ceſſare, quamuis mors, aditioq́; hæreditatis non ſint probata, cum de facili probari valeant.*

87 *Fructus de fideicommiſſo vniuerſali, vel de quota hæreditatis à die purificatæ conditionis deberi, mora aliter non contracta per interpellationem, aut litis conteſtationem, cum ſumus in minori.*

88 *Optione bonorũ alicui prælegata, oĩa bona prælegato ſubijci, in eoq; virtualiter contineri, ac ſingulas res totius hæreditatis, ſub conditione quodammodo legatas videri.*

89 *Optione bonorum legata, ante electionem, nihil interim poſſe alienari.*

90 *Optione bonorum legata, vt hæres facultatẽ diſponendi acquirat, oportere eo inſtante tempus legatario, ad eligendum aſſignari.*

91 *Legatis alicui rebus ſub conditione, omnem actum pendere, donec legatarius ſuam intentionem aperuerit, ita vt illo acceptante omnia retrò geſta, nulla, inualidaq́; reputentur, eodem verò repudiante, actus retrò geſti efficaces perſiſtant.*

Diuino implorato præſidio.

TESTAMENTO cōdito per olim Magnificum, & Spectabilem D. Iulianū Aemilianum, de anno 1542. in quo intendens ſuæ poſteritati proſpicere, iure prælegati eius filijs ſobolem maſculinam habentibus, ducatos bis mille reliquerat, ſucceſſiuè in codicillis ita diſpoſuit; Dicens, & affirmans, in ſuo vltimo teſtamento, ſe reliquiſſe, ꝙ ſi aliquis filiorum, & hæredum ſuorum filios haberet maſculos legitimos, & naturales, iure prælegati percipiat ducatos bis mille, de bonis ſtabilibus ad arbitrium ſuum. Et ſi duo ex filijs haberent filios legitimos, & naturales maſculos, dictos ducatos bis mille pro rata diuiderent. Siq́; nullus ipſorum dictos filios maſculos haberet, omnes prædicti inſtituti, teſtatori pro ęquali portione ſuccederent. Et ſi contingeret, ꝙ habentes filios decederent ijs relictis, qui tamen poſtea decederent ſine ſobole maſculina, tunc & eo caſu voluit teſtator, dictos bis mille ducatos ad hæredes ſuos quoſcunque reuerti, & alter alteri ſuccedat. Sed quia ambulatoria eſt voluntas vſque ad extremū vitæ exitum, codicillando, dictū pręlegatum aliqualiter reformauit: Volens, ꝙ dicti habentes filios non poſſint illud petere, niſi poſt mortē filiorum, qui non reperirentur habere filios, ſed dictis non habentibus ſobolem maſculinā, licitum ſit percipere fructus dictorū ducatorum duorū milium, eorū vita durante. Mortuo teſtatore remanſerunt duo filij, videlicet, D. Marinus, & D. Ludouicus Aemiliani cū filijs maſculis, qui quidem Do. Ludouicus alienauit de bonis habitis virtute dicti prælegati Do. Leonardo Burro, duas petias terrarum aratoriarum in pertinentijs caſtri Balnei ſitarum, quas D. Io. Franciſcus, & fratres Aemiliani, filij & hæredes dicti olim D. Ludouici, cū beneficio tamen legis, & inuentarij, intendunt vendicare à D. Cæſare, & D. Corolo Burris, filio, ac nepote reſpectiuè olim Do. Leonardi, cuius hæredes exiſtunt, vnà cum fructibus: Dubitatur igitur, quid iuris. Et videretur dicendum, D. Ludouicū potuiſſe di-
cta bona alienare. Primò tanquā ei relicta
ſub conditione, ſi filios maſculos tempore
mortis teſtatoris habuerit, quæ conditio
fuit iam purificata, filijs maſculis, vt ſupra
exiſtentibus, oīſq́; eius virtus fuit adimple
1 ta, & exequuta: ſufficit enim † conditionē
ſemel extare, licèt perpetuò non duret, l.
in ſubſtitutione, vbi Ang. & Io. de Imo. ff.
de vul. & pup. l. ſi quis hæredem, vbi Bald.
Ang. Saly. Raph. Fulg. & Paul. de Caſt. C.
de inſtit. & ſubſtit. l. rogo, in fi. ff. de fideic.
libert. Old. conſ. 141. Thema tale eſt, Do-
minus G. Leuionen. col. 2. ante nu. 2. verſ.
vnde ſufficit. Ang. conſ. 340. Cōſtantinus.
Alex. conſ. 115. vetus, & trita, in fine, lib. 1.
Soc. conſ. 117. viſa, col. 2. nu. 4. in fi. verſic.
confirmatur prædicta concluſio. lib. 1. Ca-
rol. Ruin. conſ. 89. viſa, & intellecta, in fi.
nu. 8. li. 4. Soc. iunior, conſ. 29. licèt in præ
ſenti caſu, col. 4. nu. 15. li. 4. Rol. de Valle,
conſ. 56. quoniam ex facto, col. 3. nu. 11.
lib. 3. Et eſt text. in l. filiusfamilias. §. cum
quis. de leg. 1. vbi Iuriſconſ. inquit, quòd
cum quis rogatur per fideicommiſſum re-
ſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, dicitur de
feciſſe conditio ſubſtitutionis, ſi ei liberi
2 ſuperuixerint. Quod eſt verum, † etiā, quic
quid poſtea de ipſis liberis contingat: li-
cèt enim ij, qui faciunt fideicōmiſſum defi
cere poſtmodum ſine filijs moriantur, non
tamen ſubſtitutio locum habet, quæ expi
rauit. Oldr. cōſ. 21. thema tale eſt, teſtator,
nu. 1. verſic. mihi videtur, per tex. in l. cum
vxori. C. quando dies lega. ced. in l. hęredi
bus, in princ. ff. ad Trebel. cum alijs ibi al-
legatis, & d. conſ. 141. col. 2. ipſumq; com
muni applauſu cæteri ſequuntur. Io. And.
in additio. ad Specu. tit. de teſta. §. in pri-
mis, in fi. additio. q. 5. Cyn. in auth. ſed &
ſi quis, in vlti. quæſtio. in fi. C. de ſecund.
nupt. Ang. in l. generaliter. §. cum autem,
in lectu. Floren. C. de inſtit. & ſubſtitutio.
Bald. in l. fin. col. 8. nu. 54. in 25. quæſt. C.
de hæred. inſtit. Pau. de Caſt. in l. ex facto,
§. ſi quis autem, nu. 5. & 6. vbi Franc. Rip.
nu. 1. dicto titu. ad Trebel. idem Caſtren.
in d. l. in ſubſtitutione. Iaſo. in dicta l. ſi
quis hæredem. colum. 2. verſic. item facit.
Socin. in l. ſolemus, nu. 5. ff. de conditio.
& demonſtratio. Bald. conſil. 57. item in-
ſtituo, col. 1. in fine. & ſeq. lib. 2. Ange.
conſ. 159. ex hoc igitur themate, col. 1. ver
ſic. idem videmus. Pet. de Anc. conſ. 120.
pro clariori deciſione, poſt princ. Alexan.
conſ. 139. circa primum, nu. 3. lib. 6. conſ.
3. ponderatis, in princ. lib. 3. Paul. de Ca-

ſtro,

ſtro conſ.97. Ne improprijs, nu.3. verſic.
quia defecit conditio, lib.2.conſ.324. ſu-
per ſecundo puncto, col.2.nu.3.verſic.nõ
obſtat,lib.1.Iaſ.conſ.51.circa primum du-
bium,col.3.conſ.66. viſo, col.4.conſ.68.
dicta legitimatio,col.6.ver.ſecundò reſpõ
detur, li.3. Corn.conſ.62. viſis ſcripturis,
per totum,li.1.Dec.conſ.63.& pro tenui,
col.2.in princ.conſ.205.in cauſa.nu.8.cõ
ſil.218.in caſu,nu.7.conſ.269. conſultus,
nu.13.conſ.270. Dominus R. ante nu.2.
cõſ.287.in ciuitate,nu.1.conſ.323.cũ ſit,
nu.3.conſ.377.viſis,col.1.conſ.384.in ca
ſu,col.fi.conſ.414.viſo,nu.4.conſ.427.li
cet,nu.2.conſ.511,viſo.nu.1.cõſ.513.in
ciuitate,nu.2.585.Ioannes, nu.2.594.vi-
ſo,nu.5.635.eiuſdem initij,num.16.636.
prima facie,nu.5.& 6.Panor.conſ.40. ve-
nio,in 2.dub.lib.1. Fulgoſ. conſ.46. An-
dreas,verſic.nec rurſum. Pariſius conſ.18.
conſideratis,nu.2.& 4.conſ.86.ad veram,
nu.3.de cõi opi.atteſtans,conſ.87.vidi &
legi.nu.4. conſ.89. in præſenti cauſa, nu.
25.lib.2.Socin.iun.conſ.111.ex themate,
nu.20.& 21.lib.1.conſ.4. in occurrenti ca
ſu, num.8. lib.3. Curtius iunior commu-
nem opin.eſſe dicens, conſ.121. præſup-
ponitur, nu.15.verſic. ad hanc concluſio-
nem. Aym.Crauet.& is de recepta ſenten
tia atteſtans conſ.98.Nobilis,nu.4.Caro-
lus Ruinus conſ. 9. præſumitur, nu.8.li-
bro primo, conſ.88. legatum, num.6.in
fine,conſ.66. in caſu, nu.1. conſ.105. viſo
teſtamento.nu.18. conſ.153. eiuſdem ini
tij, num.5.conſ.161.viſo themate, nu.18.
conſ. 175. poſtquam, num.1. lib.2.con-
ſil.133. proponitur, nu.1.conſ.142.viſo,
& perlecto, nu.3.& conſ.143.ponderatis,
num.1.lib.3. Nicol.Bellon.conſ.81. ſupe-
rioribus,in prin.Rol.de Valle,conſ.52.re-
quiſitus,nu.46.& 47.lib.2.& d.conſ.56.
quoniam ex facto, nu.9. vbi de communi
meminit, lib.3. Alexan.de Neuo,conſ.16.
non figuro,nu.11. Nat.conſ.191. viſo teſta-
mento,nu.7.lib.1.

3 Quæ deciſio † procedit etiam,ſi maſculi-
na qualitas fuiſſet adiecta, Abb. Panorm.
d.conſ.40.venio,in 1.dub. colum.1.& 2.
Alexan. conſ.139. circa primum, num.3.
lib.6. Dec. d.conſ.63.& pro tenui, ante
num.3.col.2.conſ.291.viſis,nu.5.& conſ.
513.in ciuitate noſtra,nu.3.Carol.Ruinus
conſ.153.viſo vtroque teſtamento, col.4.
nu.5.verſiculo,& per illum.lib.2. vbi Rui-
nus loquitur in terminis Alexandri,in qui
bus teſtator proprias ſorores excluſerat
Iſaſchinum,& Antonium eius agnatos in-
ſtituendo: volens vt ſi decederent ſine hæ
rede maſculo, ꝙ eius bona propinquiori-
bus ipſius teſtatoris,qui eſſent de eius pa-
rentela, remanerent: & ſic ſemper de gra-
du in gradum, dictaq́; eius bona nunquã
recederent de ipſius parentela, donec ali-
qui maſculi in ea ſupereſſent, idem Rui-
nus conſ.132.proponitur,nu.5.lib.3.Hie-
ronym.Zanc.in l.hæredes mei.§.cum ita,
nu.763.ff.ad Trebel.

4 Etiã ſi plures † eſſet repetitũ, de maſcu
lis,vt per Old.d.conſ.21. & aduertit Pariſ.
conſ.31. conſiderato primo capite, nu.21.
li.2.traditq́; Zanc.in d.§.cum ita,nu.763.
verſic.& attende, quòd in caſu Oldradi.

5 Hæc opin.procedit † adhuc,ſi liberi mo
mento patri ſuperuixerint: dicetur enim
extincta fideicommiſſaria ſubſtitutio.Bal.
in c.1. §.quinetiam, verſic. quæro quid ſi
maſculus, tit.Epiſco. vel Abb.in auth.ſed
& ſi quis, col.2. C.de ſecun.nup. in l.cum
acutiſſimi.nu.10.C.de fideicom.conſ.56.
an pater, col.2.lib.2.conſ.128. ad intelli-
gentiam, lib.1.repetitur, conſ.113. propo-
nitur, quòd quidam Simeon, lib.5.Iaſ.in
l.inter ſtipulantem.§.ſacram,col.8.verſic.
ex diuerſo. ff. de verb. obligat. in l. qui fi
liabus, nu.27.de lega.1. in l. ſi quis hære-
dem, nu.8.C.de inſtit.& ſubſtit. conſ.51.
Aloyſius, col. fi. d.conſ.66.viſo,col.6.lib.
3. Veronenſ.conſ.ciui.50. in cauſa, nu.5.
Dec. conſ.623.in caſu occurrenti, col.1.
in princ. Stepha. Bertrand. conſ.217.co-
gnito caſu,col.1.in princ.lib.1. Socin. iu-
nior conſ.35. viſa, nu.2.lib.2. Pariſ.conſ.
56.agitur in præſenti conſultatione,nu.3.
lib.2.Carol.Ruin.conſ.153. viſo vtroque
teſtamento, nu.5. lib.2.& tradit Oldr.d.
conſ.141.ante nu.2.

6 Etiam ſi dixerit † teſtator,ſi aliquem hę
redum meorum,cum pronomen iſtud, ad
principaliter inſtitutos referri velit ipſe
Old.d.conſ.21.nu.2.verſ.nec huic obuiat,
per textum in l. ſi ita eſſet legatum, ff. de
auro & arg.leg.ſicut cum quæritur an præ
legata veniant in reſtitutione.

Nec mirum hoc eſt, cum ut dicit Bald.
in l.precibus, còl.3. in 3.oppo. C. de im-
pub.& al.ſubſtit.in conditionibus,quę ap
7 ponuntur in ſubſtitutione,principium † at
tendamus primæ exiſtentiæ, nec curemus
poſtea eius ſucceſſum, & in d.authen.ſed
& ſi quis,nu.2.C.de ſecund.nup.dixit,na-
turam conditionum eſſe vt non requirat
veritatem actus permanentis, ſed ſufficiat
veritas actus tranſeuntis. cum igitur in
propoſito Dom.Iulianus ſenior deceſſerit

ſuperſtitibus Dominis Ioanne Franciſco
& alijs fratribus, ex D.Ludouico: ſequi-
tur conditionem defeciſſe, per textum in
dicto §. cum quis, & alia iura deſuper alle
8 gata. Quòd in tantum † eſt verum, vt ne-
dum prima ſubſtitutio ſub illa conditione
concepta expirare dicatur, ſed etiam om-
nes aliæ ſubſtitutiones ſucceſsiuè factæ
poſt primam, à qua ſequentes dependẽt,
penitus deficiunt, l.cum in teſtamento, in
principio.ff.de hæredib.inſtitu.l.ſi mater.
§.fina. vbi Iaſ. in ſecundo nota. ff. de vul-
ga. & pupilla. Socinus conſ.116. in cauſa
filiorum, col.quinta. verſic. quæ omnino,
libro tertio. quod reddidit ſuper teſta-
mento Dom. Andreæ Barbatiæ, conſ.62.
viſo càpitulo, col.quarta.nu.7. verſic. ex
qua intelligentia, eod.volum. Pariſ. con-
ſi.86.adveram reſolutionem, col.prima, in
fine, nu.5. lib.2. Alexand. dicto conſ.139.
nu.4.lib.6. & ſenſit Bart. in l.1.col.10.nu.
47.verſic.ſed circa hoc inſurgunt dubia.ff.
de vulga.& pupilla.

9 Secundò, quia euidens † iuris regula
eſt, quòd agens ex ſubſtitutione, dicenſ-
que, ſe alicui ſubſtitutum, tenetur ipſam
ſubſtitutionem probare, & quòd ſubſtitu-
tio facta, caſum de quo agitur comprehen
dit: ſemper enim obijci poteſt, ſubſtitutio
de hoc caſu non loquitur, Old.d.conſ.21.
in fine, verſic. ſi autem. Ioan. And. in addi.
ad Specul. titul. de teſtamen. §.1. verſic.
occurrit, ad finem. Panormit.d.conſ.40.
venio, lib.1. Socin. dicto conſ.62. viſo capi
tulo, col.3. in princip. nu.4. verſicu. & in
primis iſta concluſio, lib.3. conſ.63. viſis,
num.14. verſic. & pro fundamento, conſ.
116. in cauſa, nu.6. verſic. præterea, eodem
vol. Ludouic. Gozadin. conſ.21. videtur di
cendum, nu.8. conſ.29. videtur prima fa-
cie, nu.13. & conſ.59. prima facie, in prin-
cip. Pariſius conſ.86. ad veram reſolutio-
nem, nu.11. lib.2. cõſ.87. vidi, & legi. nu.
8. eodem vol. conſ.14. Petrus, col.2. nu.7.
lib.3. conſ.66. Nobilis Silueſter, ante nu-
me.2. eod. lib. Socin. iun. conſ.155. li-
cèt, col.3. num.14. verſic. ad illud, lib.2.
conſ.64. vt reſponſum, nu.14. lib.3. conſ.
75. anceps. num.8. & conſ.100. pręſens cõ
ſultatio, nu.18. eodem vol. Rub. Alexan-
dri. conſ.28. circa præmiſſam, nu.1. Lan-
cello. Galia in l. centurlo, col.66. ff. de vul-
ga. & pupilla. Hieronym. Gabr. conſ.132.
Tiberius Narius, nu.36. & voluit Aymon
Craue. conſ.161. verba ſubſtitutionis, nu.
16. vnde cum ſubſtitutio de dictis filijs D.
Ludouici non loquatur, vt ſtatim clarius
dicã, meritò ab intentato iudicio ueniunt
excludendi: Nec ab iſta regula receditur,
ſi fortaſſe diceretur, teſtatorem in mente
hoc habuiſſe, aut facere cogitaſſe, quoniã
10 non ſufficit † teſtatorem aliquid uelle, ſi-
ue in mente agitare, niſi illud aliqualiter
diſponat: quod enim non loquitur, velle
non pręſumitur, l.quidam cum filium.l.
quoties. §.tantundem, ubi Baldus, & Ioã.
de Imola, ff. de hęredib. inſtituen. Alexan.
in l.3. in fine, C. de liber. pręterit. Iaſon
conſ.228. in iſto themate, col. ſecunda,
in fine, uerſic. ſecundò pro eadem parte,
lib.2. Decius conſ.159. caſus, col.4. nu.5.
conſ.186. & diligenter, col.1. in prin. con-
ſi.205. in cauſa, nu.5. conſ.377. viſis, nu.2.
& infra, conſ.384. In caſu propoſito, col.
3. verſic. non obſtat, conſ.287. in Ciuitate
Placentiæ, nu.9. conſ.477. viſo conſilio, in
fine, nu.4. conſ.696. retenta concluſione,
nu.19. extatque doctrina Bald. in l. vnica,
ante nu.11. C. de his, qui ante aper. tab. quẽ
referendo ſequitur Socinus in d.l. hęredes
mei. §. cum ita. col.4. verſic. aduerte ta-
men. Pariſ. dicto conſ.86. ad veram reſo-
lutionem, nu.21. lib.2.

Tertiò, nã iſti filij D. Ludouici ſunt po-
11 ſiti † in conditione, ergo nõ ſunt diſpoſiti,
nè vocati ex teſtamento, Gloſ. in l. Lucius
Titius. 2. ff. de hæred. inſtitu. vbi Iacob. de
Arena, & cæteri communiter, eſtque ma-
gis communis, & recepta opinio, de qua
infraſcripti Doctores atteſtantur. Alexan.
conſi.108. viſo themate, nu.3. lib.1. conſ.
185. viſo titulo quæſtionis. nu.15. conſil.
199. viſo præſenti. num.6. lib.2. conſ.29.
perſpectis, nu.11. lib.5. Iaſ. conſ.89. aggre
dior, nu.1. lib.1. Corneus conſ.101. licèt,
num.1. lib.4. Socinus conſ.249. materia,
nu.5. lib.2. conſ.77. in præſenti, nu.4. li-
bro 1. Curtius ſenior conſ.45. ſępè reuolu
ta. nu.12. Curt. iun. conſ.48. pro habenda
reſolutione, nu.6. conſ.87. negari non po-
teſt, nu.1. conſ.113. pro reſolutione moti-
uorum, nu.4. Pariſ. conſ.18. conſideratis,
nu.10. lib.2. conſ.42. ad reſolutionem,
nu.2. lib.3. Socinus iun. conſ.114. viſis,
nu.16. conſ.119. viſo teſtamento, nu.9. li-
bro 1. conſ.75. anceps, nu.17. lib.4. Aym.
Crauet. conſ.62. Nobilis Vrbanus, col.2.
nu.6. Carol. Ruin. conſ.128. viſo teſtamen
to, nu.1. lib.3. Natt. conſ.551. quoniam,
nu.8. Didac. Toletan. in cap. Raynutius.
§.3. nu.2. Franciſ. Burſa. conſ.51. grauem.
num.6. Odd. Peruſin. in tractat. de com-
pend. ſubſtitu. part.5. artic.6. concl.1. ver-
ſic. & quidem. Io. Mar. Riminal. conſ.117.

in

in pręſenti cõſultatione, nu.12.conſ.135.
Spectabilis,nu.7.lib.1. conſ.225.viſa ſa-
cti narratione, nu.2. conſ.243. in cauſa,
nu.89.lib.2.Bero.conſ.84.cùm ex ſacti ſe
rie,nu.73.lib.2.Iul.Cla.titu.de teſtamen.
quęſt.77. Rolan. de Valle, conſ.51.viſo,
nu.5.verſic.quibus tamen, lib.3. conſ.34.
vidi dubia, nu.54. & 55.lib.4.conſ.43.ne
gari non poteſt,nu.38. verſic.ſimiliter non
obſtat, eodem vol. Stephan.Bertran.con-
ſi.250. addendo illis,nu.4.in 2.par. lib.3.
vt alios ferè innumeros præteream, de
communi,& canonizata opinione in ſcho
lis,& palatijs atteſtantes.

Et quamuis Gloſſæ aſſertio ex pluribus
probetur, tamen pro ea facit text.in l.Gal
lus. §.in omnibus, iunc. l.poſthumorum,
verſic.ne ergo.ff.de lib.& poſthu.vbi Scæ-
uola lib.6.quæſtionum,& Caius lib.2.In-
ſtitutionum,referentes ſubſtitutionem ne
potis, ſub illis verbis conceptam, Si filius
meus me viuo moriatur, dicunt, neceſſa-
riam filij inſtitutionem fore, ne teſtamen-
tum irritetur:ergo filius,à contrario ſenſu
inſtitutus non dicitur.

Nec refert, in dictis teſtamento & codi
12 cillis,conditionem † maſculorum expreſ-
ſam reperiri, nam ſcribentes opinionem
dictæ Gloſſę comprobant, veramque eſſe
dicunt, maſculina qualitate nequaquam
obſtante,Alexan.conſ.185.viſo titulo quę
ſtionis,nu.17.& 25. lib.2. conſ.139.circa
primum dubium,nu.8.lib.6.Corneus con
ſi.207.de pluribus hæreditatibus. col.pri-
ma,nu.5.lib.2.Carol. Ruin. conſ.181. vi-
ſis conſilijs,ſecundum ſuam conſcientiam
reſpondens, nu.10. lib.ſecundo. dicens,
quòd ita iudicaret. & de magis communi
opinione atteſtantur Iulius Clar.de teſta-
men.q.79.in 2.concluſio.fol.90. Socinus
iun.conſ.177.reſolutio,nu.12.li.2. Hiero.
Torniel.conſ.43.ad hoc,nu.11.inter con-
ſilia Portij.lib.1.Rolan.de Valle,conſ.51.
viſo,nu.5.lib.3. Franciſc.Burſat. conſ.86.
Dom.Baptiſta, num.2.

13 Quartò,licèt ſubſtitutio† in vnum caſũ
concepta,ad alios quoque caſus extenda-
tur,vt eſt tex.no.in l.fi.vbi Bar.& alij.C.de
inſti.& ſubſtit.& in l.fi. vbi etiam Bart. C.
de poſthu.hær.inſti.in l. Gallus.§. & quid
ſi tantum, iuncta.glo.ff.de lib.& poſthum.
14 Tamen iſta regula non procedit,†quando
extenſio deberet fieri de perſona ad perſo
nam,etiam ex tacita, veriſimilique mente
teſtatoris,l.ſi quis ita,§.pen.ff.de teſt.tute.
per quem text.ita dicit Franciſ. Aretin. in
dicto §.& quid ſi tantum,col.3.verſi.ſecũ-
dò adde.Ioan.de Imo.in l. commodiſſime.
nu.2.d.titul.de libe.& poſthum.Abb.con
ſi.57.attingam. col.penult.verſic. nam re-
ſcriptum Gregorij. lib.1.Iaſ.in l.cum res.
col.3.in 6. not.de legat.1.conſ.220.teſta-
ſtator. col.4.verſic.in primis ergo,lib.2.cõ
ſi.228.In iſto themate, col.4. eodem vol.
Dec. conſ.211. ſubtilis eſt caſus, num.5.
conſ.394.pro vera reſolutione caſus, col.
4.in fi.num.8.verſic.ſextò,& vltimò. Aym.
Crauet.conſ.161. verba ſubſtitutionis,nu.
11.Gozad.conſ.59.prima facie, nu.4. So-
cin.iun.conſ.129.in præſenti conſultatio-
ne, nu.8.33.& 34.lib.3.& ante ipſum,So-
cin.ſen.conſ.76.viſis.nu.5.lib.3.rurſus De
cius in l.illam.nu.11.C.de coll. Aym.Cra
uet.conſ.98. Nobilis, nu.13. Carol. Rui-
nus conſi.153.viſo vtroque teſtamento,
nu.2. conſ. 177. proponitur, nu.10.co-
lum. quarta.lib.2. Curtius iunior conſil.
113.pro reſolutione, nu.10. Rubeus Ale-
xandrinus, conſ. 31. præſupponitur, col.
ſecunda, nu.quinto.Hieronymus Gratus
conſil.quinto,& ſi hoc reſponſum,nu.deci
mo, libro ſecundo. & conſil.26.videtur
Tyberium, num.32.conſil.80.in præſenti
cauſa.nu.octauo.conſ.122.in cauſa,nu.8.
libro primo. Ioan. Cæphal. conſ.107. Ma-
gnificus Dom.Cæſar.nu.19.conſ.114.Ma
gnificus D. Bartholomæus,nu.6.lib.1.Hie
ronymus Zanchus in l.hæredes mei. §.cũ
ita,nu.222.Rol.de Valle, conſ.43. negari
non poteſt.nu.49.lib.4.Torniel.conſ.43.
ad hoc,nu.37.inter conſ.Portij,lib.1. Fran
ciſ.Mantica in tract.de coniect. vlt.volun-
ta.lib.3.tit.19. num.8. ne igitur hoc ab-
ſurdum extenſionis de perſona ad perſo-
nam ſequatur, dicti filij D.Ludouici non
debent cenſeri vocati, nec debent admitti
ad reuocandum bona per ipſorum patrẽ
alienata. facit glo. communiter approba-
ta in l.Titius. in prin. ff.de lib. & poſthum.
vbi illam ſequuntur Dyn. Old. Alber. de
Roſa.Nico.de Neap.Ang.& Raph.Cuma.

Quintò dici poteſt, quòd quando condi
15 tio † per teſtatorem appoſita eſt volunta-
ria, debet in terminis ſuis reſtringi, ad a-
liumque caſum non porrigi. Bartol. in di
cta l.Gallus, §. & quid ſi tantum, col. ſe-
cunda. vbi Galiaula, num.27. ff. de liber.
& poſthum. Petrus de Anchar. conſ.356.
ex ſerie teſtamenti.col.2. verſic.tertiò hoc
probatur, & verſic. quartò confirmat. A-
lexand.conſ.1.teſtator inſtituit, nu.11.in
fine,lib.1.Socin.conſ.259. viſis, col.3.nu.
3. verſic. aliquando & ſecundò, libro 2.
conſ.140.conſiderato teſtamento, col.6.

verſic.facit,quia in conditione,lib.1.Dec. conſ.290. D.Blaſia, col.2.nu.2. conſ.89. viſo puncto, ante num.3. Curtius iunior conſ.89.præſupponitur in facto, nu.6.verſic. confirmantur præmiſſa. Carol. Ruin. conſ.110.ſatis, nu.10.lib.3.Pariſius conſ. 20.in hac conſultatione,nu.19.40.& 41. lib.3.conſ.89.in præſenti cauſa,nu.19.lib. 2.Rolan.de Valle, dicto conſ.56.de communi opinio.atteſtans.nu.22.& 23.lib.3. Hieronymus Gabriel.qui de communi etiam meminit,conſ.111.ſtante teſtamento, nu.10.verſic.1.quia.l.qui hæredi, in principio, & l.Mæuius, ff.de cond. & demonſtratio. Sed conditio appoſita per dictum Dominum Iulianum ſeniorem,eſt voluntaria, ergo debet reſtringi ad filios,vt vocati dicantur, nec ad nepotes ex filijs,in conditione tantum poſitos,extendi.

Prædictis tamen, & alijs, quæ fortaſſe allegari poſſent, non obſtantibus, contrariam partem veriorem eſſe arbitror, quòd imò dicti filij Domini Ludouici Aemiliani poſſint dictam alienationem infringere, & bona prælegata reuocare, vnà cum fructibus ad præſens per Dominum Cęſarem, & Dom. Carolum Burros poſſeſſa.

16 Et præmittendum eſt vulgare illud, † q in teſtamentis ante omnia voluntas teſtatoris, etiam ex coniecturis elicita,attendi debet,l.in conditionibus primum locum. ff.de cond.& demonſtrat. l.cum proponeretur,&l.qui ſolidũ.§.1.ff.de le.2.l.pater filiũ,§.pen.eo.tit.l.2.C.comm.de leg.l.unũ ex familia.§.fin.d.tit.de leg.2. l.fideicommiſſa. §.hæc verba. ff.de leg.3.l.mulier,in principio.ff.ad Treb.cum ſimil.

Hinc dixit Alexan.conſ.100.viſa parte teſtamenti illa, nu.5. lib.4.quòd materia 17 fideicommiſſorum † taliter eſt fundata in voluntate defuncti, vt quibuſcunque verbis, coniecturis, ſeu præſumptionibus apparere poſſit, ad inducendum fideicommiſſum ſufficiat: quem ſequitur Iaſ.conſ. 154.viſo teſtamento,col.pen.lib.4.quamuis enim eſſent olim quædam verba ſpecialia, quibus fideicommiſſa conficiebantur, §.pen.Inſt.de ſingu.reb.per fideicom. relict.tamen poſtea ſancitum fuit, vt per quæcunque verba, & quomodocunque de voluntate defuncti conſtaret, fideicommiſſum induci poſſet, dicta l.2. C. comm. de leg. Curtius iunior conſ.121.præſupponitur. nu.12.dicebat etiam Paul.de Caſtr. in l.penult.nu.3.verſic.ſed contra. C.de impube.& al.ſubſtitutio. quem refert Socin.iunior conſ.128. præſentis conſultationis reſolutio, nu.115.lib.1.quòd licet di rectæ ſubſtitutiones ex verbis concipiantur, tamen fideicommiſſa plerunque extra omnem vim verborum, ex mente teſtantis coniecturata inducuntur; Quod eleganter ſanè Ciceronis authoritate, in Oratione pro Aulo Cæcinna, deducit Hieronymus Zanchus in rep.dictæ l.hæredes mei. §.cum ita, in primo nota.num.133. ff.ad Trebel. poſt Dec.conſ.23.& pro tenui. nu.3. conſ.38. primum dubium, nu.1.& multa tradit Franc.Mantica, in tractat.de coniect.vltim.volunt. lib.10. tit.1.nu.1.& 2.dicens, huius propoſitionis plena omnium volumina ſcribentium, & conſulentium reperiri, & tam in fideicommiſſis vniuerſalibus, quàm particularibus, nihil eſſe antiquius, vt per eum.

Præmiſſo itaque hoc exiſtente, conſiderandum eſt, quòd licèt prælegatum iſtud in verbis ſimplex videatur, virtualiter tamen mente inſpecta, duplex deprehenditur, atque perpetuum: per illud enim teſtator voluit poſteritati, ſoboliq́ue ſuę maſculinæ proſpicere, ac familiæ conſeruationi, vt apertè enucleateq́ue ex verbis, de quibus in themate prædicto, colligitur: nepotes namque ſolos maſculos vocauit, non autem fœminas, eoſq́ue inuicem ſubſtituit, voluitq́ue admitti donec aliquis eorum ſupereſſet: maſculis verò non exiſtentibus, tunc & eo caſu ad fœminas prælegatum reuerti præcepit,quas per maſculorum exiſtentiam, ſuſcipiendorumq́; ſpem excluſit: illa certè inductus ratione,
18 quia per fœminas † non conſeruatur familia, ſed extinguitur, l.pronunciatio.§.fin. ff.de verb.ſignific. facit tex.not.in l.1.§.ſed etſi ſeruus. ff.de ventre inſpic. Io.Andr.in additio. ad Specul.tit.de ſucceſſio. ab inteſta. verſic.& eſt ſciendum.& in rubrica de teſtamen. Bald.in l.quod vero,in principio. ff.de legibus. Socinus conſ.12. præſens conſultatio. nu.2. verſic.ſed placet, conſ.63.viſis,col.10.in principio,lib.3. Ludouicus Gozadinus conſ.79. viſo proceſſu,nu.4.§.cæterũ,Inſtitutio.de legit.agn. ſucceſ.Roland.de Valle, conſ.82. factum præſentis conſultationis,nu.15.lib.3.Riminaldus iun.conſ.259. dubitatur, num.16. li.3.conſ.283.licèt onus, nu.33.cõſ.347. Ioannes,nu.28.eod.uol.
19 Vnde ſi appareat,† quòd teſtator uoluerit agnationi prouidere, de maſculis non de fœminis, domus,aut familię nomen accipiendum eſt. Corneus conſ.26. uidetur dicendum,nu.4.lib.4. conſ.41. uidetur in

hac

hac conſultatione, nu.6.in fine,& 7.eodẽ
vol.Ludou.Gozad.d.conſ.79.viſo proceſ
ſu,nu.7.Carol.Ruin.conſ.24. viſa faculta
te,nu.14.conſ.148.videtur,nu.6.& expreſ
ſius conſ.204.de duobus principaliter,nu
me.6.7.& infra,lib.2.Socinus iunior con-
ſi.116.viſo puncto, nu.19.lib.1. Pariſius
conſ.63.capiendo, nu.10. in fine, lib.2.
conſ.22. de tribus, nume.26. lib.3. Hie-
ron. Gabr. conſ.132.Tiberius Narius,q.
3.nu.38.& infra.

20 Nec illud † ambiguum eſt, dignitatem,
honoremque familiarum, ſine bonis, ac di
uitijs malè conſeruari, imò ſordeſcere, l.
quiſquis. §. filij verò, in fine. C.ad legem
Iuliam Maieſtatis .l.3. in principio. ff. de
teſtibus.l.1.ff.de cuſtod. reor. Auth.de te-
ſtibus. §.ſancimus. Alexand.conſ.36.viſo
themate, & dubijs. num.8.lib.6.

21 Quòd autẽ teſtator † conſiderando ma
ſculinam qualitatem, agnationis fauorem
cenſeatur conſideraſſe, voluerunt Iacob.
de Arena in publica Diſputat. quam re-
fert Ioannes Andreas in additio.ad Spec.
in rubr.de ſucceſſio.ab inteſtat. & Riccar.
Malumbr. in alia Diſputat. quam refert
idem Ioan. Andr. in dictis addition. in ru
bric. de teſtamen.ad finem. Bald.in l.ma-
ximum vitium, col.2. verſic.pręterea cum
ratio.C.de liber.præt.Paul.de Caſt.conſ.
421.quòd iſta mater, col.2. ad fi.li.1. Dec.
conſ.371.in cauſa, col.3. poſt med.nu.6.
conſ.516.quoniam cauſa iſta, col.4.nu.16.
Soc. conſ.12. præſens conſultatio. nu.2.
in fine, conſ.63. viſis, col.3.nu.14. circa fi.
lib.3. conſ.73. capiendo primum, col.4.
nu.11.lib.4.Caro.Ruin.conſ.95.circa ea,
nu.8.lib.2.conſ.139.viſo, ac perlecto,nu.
17.lib.3.Albenſ.conſ.87.dicebam,nu.14.
verſic.quarta ratio.conſ.54. quamuis pręſ
ſens caſus.nu.8.conſ.51.deceſsit, num.8.
Riminal.iun.conſ.347.Ioannes. num.26.
lib.3. conſ.390. poſt tranſmiſſum, nu.3.
lib.4. Et ſic cum contemplatione nepo-
tum, maſculinæq; ſobolis teſtator hoc pręſ
legatum fecerit, de neceſsitate voluit duo
facere fideicommiſſa, vnum expreſſum in
perſonis filiorum, aliud verò tacitum in
perſonis nepotum, & pronepotum maſcu
lorum, eos prohibendo in conſequentiam
alienare: aliàs enim non eſſet poſteritati
prouiſum, ſi filij alienare potuiſſent, nec à
pronepotibus ad fęminas reuerti poſſet, ſi
ipſis pronepotibus neceſſariò fideicommiſ
ſum non eſſet reſtituendum, vt notabiliter
dicit Bal.in l.2.in princip.in 3.nota.C. de
vſucapio. pro empt.concludens, q cum te
ſtator vult rem in familia eſſe, videtur pro
22 hibitionem † rem alienandi inducere, fidei
commiſſumque in perſonis illorum de fa-
milia gradatim: poſito enim conſequenti,
quòd in familia remaneat, inducitur illud
neceſſarium antecedens, quod eſt, vt non
poſsit alienari, ſed transferatur de vno in
alium: ad hoc facit, quod tradidit Socin.
dicto conſ.12.præſens conſultatio, col.3.
verſic. confirmo etiam alia ratione, lib.3.
& ante ipſum Pet.de Anchar.conſ.23. nõ
ſeruato ordine dubiorum, col.3.verſ.poſt-
quam igitur.argumentaturque Nat.conſ.
531.mouentur dubitationes, num.28. &
29. lib.3. firmandum eſt itaque, quòd vbi
teſtator voluit, vt res in familia remaneat,
videntur gradatim illi de familia reſtitue-
re grauari, argum.l.peto. §. fratre. ff.de le-
ga.2.& ſenſit Barto. in l.ſi cognatis, nu.3.
& 5.ff.de reb.dub.traditque Socin.d.con-
ſi.12.remittens ad dicta per eum, in l.Gal-
lus.§.quidam rectè. Cæterum, quòd ex iſta
23 maſculina qualitate † voluerit teſtator bo
na ſtabilia ſubiecta eſſe perpetuo fideicom
miſſo, dixere Hieronym.Gratus conſ.5.et
ſi hoc reſponſum, nu.14.& 15.lib.2.Pariſ.
conſ.57.in præſenti cauſa, nu.9.& 10.lib.
2.& conſ.53.D.Hieronymus, nu.26. li.3.
24 Quoties vero, † vt dicebam, fideicommiſ-
ſum eſt perpetuum, actus ſucceſsiuus reſti
tutionis requiritur, ſine quo ipſum fideicõ
miſſum eſſet inutile, & inane, vt etiam ſcri
bunt Alexan.conſ.53.conſideraris, col.fi.
nu.12.li.6.Iaſon in l.ſi quis hæredem, nu.
10. C. de inſtitu.& ſubſtitu. Iacobus Me-
noch. poſt Caſſaneum, & Aymonem Cra-
uet.conſ.277.dubitationes illę, nu.11. lib.
3.conſ.117.neque noua, nu.17.li.2.Cum
ergo ex prænarratis D.Marinus, & D.Lu-
douicus ſint grauati filijs ſuis maſculis re-
ſtituere, & deinceps gradatim dictum præ
25 legatum veniat reſtituendum, † ſequitur,
quòd dicta bona vti ſubiecta fideicommiſ
ſo, alienari non potuerunt, l.fin.& authen.
res quæ, C.commun. de legat.Socinus cõ-
ſi.116.in cauſa filiorum, nu.6. lib.3. Pari-
ſius conſ.48. actores iſti, nu.16. lib.3.fa-
citque tex. in l.peto, §.prędium. ff. de le-
gat. ſecundo.

Nec dicatur, D.Ioan.Franciſcum, & fra
tres repelli, tanquam hęredes Domini Lu
douici, per regulam, Quẽ de euictione te-
net actio, eundem agentem repellit exce-
26 ptio: adeundoque, ac ſe immiſcendo † pa
ternæ hæreditati, dicantur approbaſſe con
tractum per patrem celebratum, ſuper re fi
deicõmiſſo ſubiecta, vt nõ poſsint contra-
dicere

dicere, l.ſi ab eo, C.de libera.cau. traditq; Crot.in l. filiusfamilias, §. diui, de lega.1. in penultima q. Barto. Nam dicti nepotes maſculi adiuerunt hęreditatem paternam cum beneficio legis & inuẽtarij, quod qui
27 dem beneficium † conſeruat ipſis hæredibus omnia iura, ac ſi hęreditatem non adiuiſſent, gloſ. & Docto.in l.fin. §.in computatione, C.de iure delib. Iaſ.conſ.56. viſo, & diligenter conſiderato, col.6.verſi. quarto reſpondetur, li.3.conſ.236.in præſenti conſultatione, nu.5. lib.4. Decius conſil. 468.ſuperiori anno, nume.30. Gozad.conſi.94. An illuſtriſsimus, nu.19. Pariſ.conſ. 33.vt præſens conſultatio, nu.93.& infrà, li.3.Io.Cęph.conſ.762.Magnifice, nu.38. in fi.li.5.Rolan.de Val.conſ.44. prꝗſuppo nitur, nu.6.lib.3.

28 Quinimò confectio inuentarij, † facit cenſeri hæreditatem iacentem. Bal.in d.§. in computatione, in 1.oppo.& in l.fi debitori, col.1.C.de pact. Alexan. conſ.19. ſuper eo, nu.3. lib.5. Iacobi. de S.Georg. in inueſt.feud.in verb. Et cum pacto de non alienando, col.10. verſic. Aduerte ad id, quod ſupra dixi, Carol.Ruin.conſil.1.videtur.nu.16.lib.1.conſ.38.quoniam.nu.15. eod.vol.Soc.iun.conſ.112.abundè profectò, nu.12. in fi. lib.2. Rol.de Val.d.conſ. 44.nu.6.li.3.& conſ.63. viſo teſtamento. num.56.lib.4.

29 Vnde iſti adeuntes † ſic hæreditatem, non dicuntur propriè domini, Iaſ.in 1.not. in l.patris, & filij, vbi Franc. Aretin. ff.de vulgar. & pupil. quos Accurſius in d. §. in computatione, in verſic.confunditur.quaſi hæredes appellat. Celſus Hug.conſ.1.ſpectabilis, nu.28.verſic. Et hoc principaliter, conſ.110. ſucceſsiſſe præſupponitur, col. 2.in princ.verſic. Primum enim, conſ.113. clariſsimi.nu.5.

30 Et quòd hæres † cum beneficio legis & inuentarij, valeat res ſubiectas fideicommiſſo reuocare, non obſtãte dicta exceptione, concludunt Hier.Grat. conſ.91. caſus talis eſt.nu.37.lib.1.Ludou.Gozad.d.conſi.94.An Illuſtriſ.nu.19.Ruin.conſ.7.quęritur.nu.39.lib.1.conſ.25.viſo legato, nu. 11.lib.2.Iac.Menoc.conſ.203.quod doctiſſimè, nu.26.lib.3.

Vlterius, quamuis poſſet in propoſito dubitari, an inuentarium adeo hęredibus proſit, vt bona prælegato ſubiecta, ſibique debita conſequantur, ita vt poſsint ante omnia libere illa deducere, & propterea vendicare à dictis Dominis Cæſare & Carolo: tamen retinendo communem opin. Doct.in d.l.fin. §.in computatione, quod
31 res hæredis † à defuncto alienata, non poſſit vendicari, nec etiam ab hærede cum beneficio inuentarij, quatenus res non excedit vires hæreditatis, quia inuentarium nõ facit vt actiones non confundantur, neque vt hæres habeatur pro non hærede quo ad ſibi debita, vt voluit Bal.in d. §.in computatione, & in d.l.debitori, de pact. ſed facit vt fingantur non confuſæ, quatenus ei con fuſio damnum affert, ſecundum gloſ. Bart. & alios ibi communiter, vbi de recepta opin. Curt. iun.& Ioan. Franciſc. Purpurat.atteſtantur.

32 Proinde, quòd hæres, † cum beneficio inuentarij teneatur habere ratum factum defuncti, quatenus bona hæreditatis æquiualent, annotarunt in d.l.fi.§.in computatione, gloſ.Cyn.col.fi.Pet.de Bellaper. colum.7.Iacob.Butri.col.3. Salyc. verſic. Si verò, Ange.nu.2.& 5.Alberic.col.penult. Paul.de Caſt.col.pen.in fi. Alex. nume.8. Corn.col.5.nu.6.& Iaſ.col.pen.in 3.caſu. & nu.11. Bartol.in d.l.debitori, vbi Salyce. nu.2.Iacobin.de S.Georg. nu.2. ac Alex. nu.4.& poſt prædictos, ac etiam poſt And. Barbat.& Aymonem Crauet.quos refert, egregiè conſuluit Hieronym. Gabr.de magis communi opin.atteſtans, conſ.125. vt percipiatur, nu.12.quòd inquam hæres ex
33 ceptione.l.vendicãtem, repellatur † etiam pro parte, quando pro parte bona ſufficiũt iuxta l.dotale prædium, in fi.ff.de fun. dotali.quam opin.adhuc ſequuntur, Matth. Gribald.conſ.40. Anno Domini, in fi. inter conſ.Portij Imolenſis, lib.1.Nat.conſi. 214.viſo & bene diſcuſſo, nu.4. lib.1. vbi optimè hoc declarat, vt debeat æſtimatio fieri, de communique atteſtatur. idẽ quoque optimè diſtinguit Iacob.Menoch.conſi.125.Reſpondi, in 3.caſu.nu.6.lib.2. dicendum eſt, prædictos Dom. Ioannem Frãciſcum, & fratres Aemilianos, poſſe liberè, & in totum dictas res alienatas vendicare:
34 Primò, quia nihil poſſident † de hæreditate Dom. Ludouici, quam adiuerunt cum beneficio legis, & inuentarij. Gribald.d. conſ.40.in fi.allegans tex.in l.ſi vniuerſæ, C.de leg. Nat.d.conſ.214.nu.4. poſt Iac. de Beluiſ.in c.1.§.1.de ſucceſ.feud. quem ibi ſequitur Bal. col.fin.verſic. Vltimò diſtingue.& Ioan.de Imo.qui latius Beluiſij verba refert, in c.ex parte, col.8.verſic. Sed aduerte, quia Iac.de Beluiſ.ext.de feud. Secundò, nam dicta magis communis opi-
35 nio non procedit, † quando hæres adiens cum inuentario, damnum conſiderabile

pate-

pateretur, obſeruando factum defuncti, e-
tiam pro ea parte, pro qua res hȩreditarias
tanti valoris haberet, vt iſto caſu cõtingit:
cum plurimum interſit, magis bona ſtabi-
lia anteceſſorum, ſeu maiorum alienata
per patrem, reuocare, & habere, quȩ pro ar
bitrio fuerunt electa, optione per teſtato-
rem legata, vt perpetuò inter maſculos cõ-
ſeruarentur, ac in agnatione, ad quæ bona
habent ſubſtituti affectionem, iuxt. l. ſi in
emptionem. ff. de minor. quàm res hæredi
tarias retinere, & ita poſt Albe. in d. l. fi. §.
in computatione, col. pen. declarat Hie-
nym. Gabr. d. conſ. 125. vt percipiatur,
colum. 3. ante nu. 13. verſic. Et hanc puto
ſequendam.

His ſic in ſuo robore exiſtentibus, reſtat
vt ad contraria reſpondeam. & quidem ex
reſponſionibus, clarius de optimis iuribus
dictorum Aemilianorum apparebit, cùm
ex ipſis diſpoſitiua eorundem vocatio col
ligatur, & illuceſcat.

Non obſtat igitur prima ratio, vt ſuffi-
ciat conditionem ſemel extare, licèt perpe
tuò non duret, d. l. in ſubſtitutione, vbi An
ge. & Imo. ff. de vulg. & pupil. l. ſi quis hȩre
dem. C. de inſti. & ſubſti. cum alijs deſuper
adductis. Primò, nam quandoque con-
36 ſtat, † quòd teſtator non curauit illam du
rare, & tunc non requiritur quòd impleta
duret: à voluntate enim defuncti vllo mo-
do non receditur; Quandoque dubitatur,
& tunc aut in conditione ponitur illud,
cuius conſummatio nullũ iuris ſortitur ef
fectum, ſicut eſt, reliquias in mari proijce-
re, vel aliud ſimplex factũ explicare, quod
eſt ab omni iuris effectu, & ab omni com-
modo abſtractũ, & tunc ſufficit conditio-
nem ſemel impleri, licèt impleta non du-
ret, l. quidam in ſuo. C. de condit. inſtitut.
& l. cum vxori. C. quan. dies lega. ced. Quã
doque ponitur in cõditione factum, quod
iuris ſortitur effectum, puta ſi fecerit teſta
mentum, ſi matrimonium contraxerit, ſi
monaſterium intrauerit, uel ſi Titio cen-
tum dederit, & tunc aut conditio non du-
rat impleta facto implentis, & debentis im
plere, & dicitur non implere. l. inter Ca-
ſtellianum. ff. de arbitr. vbi condemnatus
rem tradere, non implet prȩceptum, rem
tradendo, niſi res tradita duret; vnde ſi
res ad eum reuertitur, reſtituere tenetur,
vt l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut. vbi non di-
citur ſoluere, qui ſoluit, incontinentiq́ue
recuperat: & pro hoc eſt caſus in l. repræ-
hendenda. C. de inſtitut. & ſubſtitut. vbi
inſtituta ſub conditione, ſi à viro diuertat,
diuertendo, & poſtea matrimonium con-
trahendo, non procedit relictum, eo quòd
conditio turpis erat, vnde à contrario, ſi
non fuiſſet conditio turpis, non diceretur
impleta cõditio, ex quo eius facto non du-
rauit impleta, facit etiam l. item eorum. §.
quòd ſi actor, ff. quod cuiuſque vniuer. no
min. Si autem abſque eius facto impleta
non duret, tunc ſufficit ſemel impletam
fuiſſe, ſic intelligitur dicta l. ſi quis hære-
dem: & poſt Gloſſam, hoc modo diſtinguit
Angel. conſ. 159. ex hoc igitur themate.
col. 2. in fi. verſic. Nec etiam obſtat. in pro-
poſito itaque cum conſtet, teſtatorem vo-
luiſſe ipſam perdurare, maſculis prælegan
do fauore agnationis conſeruandæ, ipſoſ-
q́ue in conditione ponendo, ac bona ſtabi
lia relinquendo ad arbitriũ hæredum, vt
perpetuò ſtarent, iuxta paternum affectum
melioribus prius electis, non debet obſta-
re dicta regula, maximè quia poſitum fuit
factum in conditione, quod iuris ſortitur
effectum, facto tamen Dom. Ludouici alie
nantis in prȩiudicium filiorum maſculorũ
impedimentum ei affertur.
37 Secundò, dicta concluſio nõ † procedit,
cum teſtator expreſſam rationem in reli-
cto apposuit, quia vult bona illa remanere
in familia: hæc enim rõ conditionem facit
quodammodo ſucceſsiuam, vt perſeueran
tiam requirat. l. ſi quis ita legauerit, dum
vxor mea. l. illis libertis. l. pater Seuerinã.
§. ſocrus. ff. de condi. & demon. Bal. in l. hu
manitatis. nu. 28. verſic. In conditionibus
autem, C. de impu. & al. ſubſti. dicens, non
obſtare d. l. in ſubſtitutione filio, quia ibi
loquitur in condõne in qua ſufficit veritas
momenti, vt pereum. Sed ex dicta condi-
tione, verbisq́ue prælegati ratio oritur fa
uoris agnationis, & bonorum conſeruatio
nis in familia, propter maſculos quos præ
dilexit, meritò conditionem ſemel extitiſ-
ſe non ſufficit.
38 Tertiò, quando conditio † non ſolùm
rationem, ſed verba etiam habet cum tra-
ctu ſucceſsiuo, non adimpletur momento,
ſed perſeuerantia opus eſt, vt multis cõ-
probat Alex. conſ. 43. lib. 3. quod repeti-
tur conſ. 53. conſideratis his, nu. 12. lib. 6.
Afflict. deciſ. 341. lata ſententia, nu. 5. Prȩ
ſertim quando apparet teſtatorem alij per
ſonæ quàm prȩlegatariæ prouidere voluiſ
ſe, vt dicit Angel. conſ. 34. Conſtantinus,
col. fin. verſic. Concludo ergo. Dec. conſi.
177. quod ſupra, col. fin. verſic. Ex quibus
omnibus, Pariſ. conſ. 32. potiſsima dubita
tio, nu. 85. lib. 1. vnde cum Do. Iulianus,
&

& in ratione, & in verbis tractum ſucceſſiuum conſiderauerit, & non ſolum hæredibus, ac prælegatarijs, ſed alijs maſculis vlterioris gradus, ac denique ipſis maſculis deficientibus etiam fœminis prouidere voluit, eſt dicendum, non ſufficere conditionem ſemel extitiſſe, ad tollendum tot ſubſtitutionum gradus contra mentẽ teſtatoris: & maximè quia tempus mortis non reſtrictiuè in ipſa conditione, ſed demonſtratiuè pro omnibus filijs, maſculos fortaſſe habentibus, & pro omnibus maſculis nepotibus, & deinceps, ad excluſionem fœminarum.

Minimè obſtat in quandam conſequentiam, celebris illa deciſio Oldradi cõſ.21. quæ non ſine ratione, maximoque pondere per Dom. Aduocatum partis aduerſæ allegatur: multipliciter enim reſpõdetur.

39 Primò, vt non procedat, † cum de mente teſtatoris appareret, ꝙ noluit res ſeu bona ad extraneos hæredes tranſmitti. Paul. de Caſt. cõſ. 343. quia ex allegationibus, col. 2. circa med. nu. 2. li. 1. Cur. iun. conſ. 121. præſupponitur in facto, col. 7. nu. 15. verſic. Non obſtat etiam. vbi Curt. concludit, ex duobus non obſtare dictam deciſionem, ſcilicet ex alienationis ꝓhibitione, & quia vltimo loco erat facta ſubſtitutio de agnatis vlterioribus. Riminald. iun. conſ. 456. quoniam. nu. 34. lib. 4. & licèt in caſu Oldrad. conſideretur vltimus gradus, tamen fuerat Eccleſia Romana ſubſtituta, vt Cur. deducit, huicque themati ſatis congruit.

40 Et conſequenter dici poteſt, † non habere locum, vbi agnationis ratio habita fuit prout etiam tradit Aymo Crau. conſ. 98. Nobilis, & potens, nu. 1. verſ. Iſtud tamen. & conſ. 306. verba Inſtitutionis. nu. 4. & quicquid in contrarium ſibi voluerit Carol. Ruin. conſ. 153. viſo vtroque teſtamento, nu. 5. lib. 2. & conſ. 132. proponitur. nu. 8. lib. 3. quem ſequi videtur Hieronym. Zanc. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 763. tamen limitatio Caſtrenſis, & Curtij vera eſt, quam alibi idem ipſe Curt. comprobat, conſ. 54. viſis, ac diligenter conſideratis. nu. 4. verſic. Tamen fideicommiſſum inducitur, ac etiam conſ. 116. ingenioſa admodum, nu. 10. verſic. Nam eſſet ſatisfactum, iuncto verſic. Iſtud nunquam admiſi. Franciſ. Marzar. conſ. 4. viſo, & perlecto teſtamento, nu. 11. poſt Guid. Pap. quæſt. 531. miles quidam Henricus, verſi. Et hoc fundat duplex ratio, ac etiam poſt Socin. conſ. 250. in cauſa Bononienſi, col. 3. nume. 4. verſic. Secundò venit diſcutienda, & col. 4. verſic. Oſtenditur etiam, ac verſic. Præterea adijcitur. & col. 5. verſic. Infertur & ſecundò non obſtare, lib. 2. Iacob. Menoch. conſ. 222. perplexa, & difficilis. nu. 20. lib. 3. Riminald. iun. d. conſ. 456. quoniam. nu. 32. lib. 4. cum itaque maſculorum cauſa agatur, quos fauoribus teſtator proſecutus fuit, maxima eſt mentis cõiectura, vt ceſſet Old. deciſio: quæ quidem

41 non procedit, † vbi aliqua coniectura in contrarium poſſet apparere, vt per Dec. cõſ. 477. viſo conſ. nu. 3. Hieronym. Gratus conſ. 5. & ſi hoc reſponſum, nu. 86. Didac. Toletán. in c. Raynaldus, nu. 3. ante fin. verſic. Quo in loco addit, ext. de teſtam. poſt Aymonem, Gratum, & Pariſium, quos allegat. Io. Ceph. conſ. 529. teſtator. nu. 35. lib. 4. Menoc. conſ. 327. cum ex propoſita facti ſerie. nu. 14. lib. 4. Rim. iun. conſ. 464. in occurrenti caſu, nu. 20. lib. 4.

Secundò, Oldradi deciſio non militat vbicunque maſculis aſpirantibus ad ſucceſſionem, fœminis locus ſuccedendi non tribuitur, Dec. conſ. 270. Dom. Raynaldus, col. fin. verſic. Non obſtat quòd ſubſtitutio, conſ. 477. viſo conſilio, nu. 3. verſic. Et hoc idem. & verſic. Nõ obſtat, ante nu. 4. Carol. Ruin. conſ. 158. viſo teſtamento, nu. 14. verſic. Non obſtat inſuper, lib. 2. cõſi. 143. ponderatis diligenter, col. 4. nu. 8. lib. 3. Pariſ. conſ. 1. duo ſunt. nu. 14. & 40. lib. 3. Franciſc. Marzar. conſ. 5. de anno 1513. num. 29. & 44. & ſic vbi maſculi in conditione poſiti reperirentur, vt ibi expreſsè concludit, & nu. 45. verſic. Tertiò reſpondetur. dicens non eſſe de Oldrado curandum, qui articulum circa maſculos non diſcutit: Maximè ſi cum qualitate maſculina, aliæ coniecturæ concurrerent, vt per eum, & conſ. 6. lecto teſtamento. nu. 11. poſt Curtium iun. & Antonium Capyciũ quos citat, Corn. conſ. 146. in hac conſultatione, nu. 4. verſic. Et quòd inſtitutis filijs, iunc. nu. 21. verſic. Et ſimiliter non obſtat, lib. 2. Soc. d. conſ. 250. in cauſa Bononienſi, poſt nu. 4. li. 2. Pariſ. conſ. 90. viſis, nu. 15. 16. & 39. lib. 2. conſ. 75. circa teſtamentum. num. 50. verſic. Nam licèt dictus Sulimanus, & nu. 64. verſic. Nam in præſentiarum, & conſ. 63. capiendo primum. nu. 28. eod. vol. Ioan. Crot. in l. filiusfamilias. §. Diui, nu. 127. dicens ſe ita conſuluiſſe, verſic. Tenendo tamen. ff. de lega. 1. Socin. iun. conſ. 78. ui di. nu. 28. verſic. Secundum verò, lib. 3. Iac. Menoch. conſ. 310. & ſi difficilis. nu. 24. lib. 4.

42 Tertiò declaratur, † cum liberi eſſent vo-

vocati: tunc enim ijdem dicuntur graua-
ti. Dec.d.conſ.270.Dom.Raynaldus, cir-
ca fin.verſic.Non obſtat quòd ſubſtitutio,
& conſ.95.& pro tenui, in fi.verſic.Nec ob
ſtat ſi dicatur.Aym.Craue.conſ.98. Nobi
lis,& potens. nu.1. allegans Guid. Pap.d.
deciſ.531.vt per eum.Menoch.conſ.220.
perplexa,& difficilis . nu.16.verſic. Atqui
quando teſtator,lib.3.conſ.310.& ſi diffi-
cilis.nu.20.lib.4.

43 Et quòd hoc verum ſit, † etiam ſi ſint li
beri in conditione,dummodo ex coniectu
ris vocentur,vt in propoſito contingit, ex-
preſſe tradit Ruin. d.conſ.158. viſo teſta-
mento.nu.14.li.2.

44 Quartò limitatur Oldradi † deciſio,
quando teſtator, vt hic, ad plures ſubſtitu
tionum gradus proceſſiſſet.Soc.conſ.250.
in cauſa Bononienſi,in 2.dub.nu.4. lib.2.
verſic. Sed in caſu noſtro, & infra. Iacob.
Menoch. conſ.117.neque noua, nu.31.
uerſic.Non etiam repugnat. lib.2. dicens
quòd & ſi teſtator in caſu Oldradi fecerit
duos gradus ſubſtitutionum, tamen ulti-
mus nihil operabatur ad agnationis con-
ſeruationem, & non conſideraſſe defectũ
filiorum poſitorum in conditione, ſed ſo-
lum eorum ſuperexiſtentiam, cui ſatisfa-
ctum dicitur, vbi ſemel extiterunt: nos ve-
rò perpetuam attendimus agnationis ſuc-
ceſſionem teſtatoris,& d.conſ.220.& per-
plexa,& difficilis.nu.15.lib.3.conſ.310.&
ſi difficilis,nu.14.lib.4.

45 Quintò declarari poteſt,† quando cõdi
tio tractum ſucceſsiuum haberet, Alexan.
conſ.43.lib.3.quod repetitur,conſ.53. cõ
ſideratis his,nu.4.11.& 12.lib.6.conſ.101.
ſuper primo.nu.13.lib.7.Socin. in l.ſole-
mus.in 4.concluſ.ff.de condit.& demon.
Dec.conſ.480.in caſu.nu.8. verſic. præte-
rea illa deciſio.conſ.585.Ioannes Bartho-
lomæi,nu.4.verſic.Ad idem.conſ.636.pri
ma facie, poſt nu.6. Carol. Ruin. conſ.9.
proponitur in themate, col.4. nu.8. lib.1.
conſ.115.caſus iſte. nu.7. conſ.132.pro-
ponitur.col.2.nu.5.verſic.Sed ſi verba, &
conſi. ſeq. einſdem initij.col.2. lib.3. Pa-
riſ.conſ.18.conſideratis.nu.43.lib.2. con
ſi.7.aliàs viſis conſilijs.nu.37.lib.3.Sfort.
Odd. in tract. de compend. ſubſtitu. in 6.
partic.artic.2.in 6.conclu. fol.109. Iacob.
Menoch.conſ.310.& ſi difficilis,nu.21.d.
lib.4.cùm igitur in dictis ſubſtitutionibus
tractus ſucceſsiuus fuerit per teſtatorem
inductus, mortis commemoratione non
obſtante, vt dicebam, meritò Oldradi de-
ciſio locum habere non debet.

46 Sextò, (clara reſolutio eſt in huiuſmo-
di materia, vt dicta per Oldradum ceſſent,
cum per ſimplicem ſuperexiſtentiam ap-
pareret, colligique ex diſpoſitis poſsit, nõ
eſſe ſatisfactum menti teſtatoris. Soc.iun.
conſ.102. viſo teſtamento. nu.34. lib.1.
poſt Raph.Cumanum, conſ.122. Gerar-
dus quondam.nu.2.& infra.quis nunc di-
xerit, in præſenti teſtamento, & codicillis
eſſe ſatisfactum menti, iuxta dictam Oldra
di concluſionem, cum tot gradus ſubſti-
tutionum, cum geminatione qualitatis
maſculorum teſtator fecerit? Hinc ſucce-
dit vltima declaratio, quòd ſi teſtator in-
terrogatus, an voluerit hoc onus reſti-
tutionis fideicommiſsi eſſe repetitum in
quolibet gradu ſubſtitutionis, inſpectis
tot coniecturis, affirmatiue reſpondiſſet,
ergo habendum eſt pro diſpoſito, ceſſare-
47 que debet dicta deciſio, † Aymo Crauet.
conſ.98.Nobilis,& potens,nu.2. allegans
glo.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.& l.Ti
tius.§.Lucius,ff.de libe.& poſthu. ac poſt
Socinum Iun.& Pariſium, eſt ad hoc vidẽ-
dus Menoch.d.conſ.220.perplexa, & dif-
ficilis.nu.35.lib.3.& conſ.310.& ſi diffici-
lis,nu.27.lib.4.

48 Et prædictis † non debent obſtare verba
reſtrictiua, tunc & eo caſu, vt conſiderant
Dec.conſ.63.& pro tenui. nu.3. ac Aymo
Crau.d.conſ.98.Nobilis & potens, nu.6.
cum ſequent. nam ſunt poſita in vltimo
gradu ſubſtitutionum, maſculina ſobole
in totum deficiente.

Secundò non obſtat, quòd prædictis
Dominis Ioanni Franciſco,& fratribus il-
lud obijci poſsit, ſubſtitutio de hoc non lo
quitur, Ioan.And. in addit. ad Specul.tit.
de teſtamen.§.1.verſic.Occurrit, ad finem,
Abb. conſ.140. facti contingentia, lib.1.
cum alijs deſuper allegatis. Nã ex ijs, qui-
bus conſultationem hanc confirmaui, fun
damentum iſtud, quod quidem leuiſſimũ
eſt in materia fideicommiſſorum, facilè di-
luitur, cum ex varijs coniecturis,& generi-
bus cauſarum, dicti Fratres Aemiliani fue
rint vocati per Dom.Iulianum ſeniorem,
& ex infra dicendis dilucidius apparebit,
nã ſubſtitutio explicitè loquitur: ad ipſo-
rum maſculorum fauorem, perpetuumq;
fideicommiſſum inducendum, voluntate
49 teſtantis perpenſa, † qui ſuam agnationẽ
conſeruare procurauit, iuxta tradita poſt
alios multos, per Marzar. conſ.7. requiſi-
tus. nu.3.ad terminos Oldradi, & conſ.6.
lecto teſtamento, nu.14. & 15. conſ.4. vi-
ſo,& perlecto.nu.8.& 26.& ita huic obie-
ctioni,

ctioni,ſubſtitutio hoc caſu non loquitur,
reſpondet ipſe Marzarius ibidem, nu.31.
verſ.Hoc itaque fundamento pſuppoſito.

Tertiò minimè repugnat, eoſdem Ma-
gnificos Fratres Aemilianos,poſitos eſſe ĩ
conditione, vt non cenſeantur diſpoſitiuè
vocati,iux.gloſ.in d.l.Lucius Titius. 2.ff.
de hær.inſti.ſecundũ opin.crebriori Doct.
calculo comprobatam,per ſæculaq; cano-
nizatam in ſcholis, & palatijs, ac etiam in
procerum reſponſis; Nam contrariam opi
50 nionem † multi, ac maximi viri eruditio-
ne, & authoritate inſignes celebrarunt,
quòd imò poſiti in conditione vocati di-
cantur. Cyn.Iacob.de Arena, Oldr. Alb.
Salyc.in ſi.Florian.col.12.& Rapha.Fulg.
in l.1.C.de condi.inſer.Benedict.de Plum
bino,in l.ſi cum dotem.col.13.vbi Ludo-
uic.Roman.col.12.ff.ſolut.matrim. Dyn.
in l.Titia Seio.§.Seia libertis, de legat.2.
Bar.in l.generaliter.verſic. Dico quòd v-
bicunque.C.de inſt.& ſubſtitu. in l.libero
rum, in 1.q.ff.de verb.ſign. in l.Gallus. in
princ.ff.de liber.& poſthum.& in l.ſi quis
eum.§.fin.ff.de vulga.& pup.& cùm lon-
gum eſſet omnes hanc opin. tenentes re-
cenſere, addam pro ea ſtare etiam Accur-
ſium in l.filiusfamilias.§.cum quis, vbi
Dyn.Iacob.de Arena,& Pau. de Caſt.nu.
3.ff.de legat. 1. omiſſiſque compluribus
de communi opin.atteſtantibus, infraſcri
pti omnes de magis communi meminere,
Soc.iun.conſ.168.præſentis conſultatio-
nis reſolutio.nu.75. lib.2. conſ.78. vidi,
nu.12.lib.3.conſ.145. viſo teſtamento.
nu.35.eod.vol. Gribald. conſ.40. Anno
Domini, nu.19. lib.2. inter conſ. Portij,
Decian.conſ.42.iuri, & æquitati conſo-
num.nu.1.& 2.conſ.44.quanquam.nu.1.
Iaco.Portius,conſ.46.decreueram. nu.9.
d.volum.Io.Cæphal.conſ.251.quoniam.
nu.72.verſi. Nec reluctantur, li.2.& ante
iſtos,And.Barba.conſ.57.præclarè ſcribi-
tur,lib.2.Hieronym.Grat.conſ.48.vt ex li
teris,nu.12.lib.1.Thob.Nonius,conſ.31.
viſis,nu.15.Auguſt.Bero.conſ.104.In hac
Lucenſi cauſa.nu.9. verſic. Et multa,li.2.
Iacob.Menoc.conſ.135.Reſpondendum,
nu.4.li.2.& tum prædicti, tum etiam nõ-
nulli alij,vno ore concludunt,veriorem eſ
ſe opin. nã vt dixit Amanel.ſing.15. pone
teſtator,ſi pro cõtraria negatiua ſtat Gloſ.
pro iſta affirmatiua eſt tex.in d.l. Lucius
Titius.probaturque vlterius, in l. etiam.
§.libertis.ff.de bon.libert.ubi text. dicit,
non male videri teſtatum libertum,ſi ſcri
pſerit, Si filius me viuo moriatur, patro-
nus hæres eſto: ergo videtur à contrario
ſenſu conditionls, ibi inſtitutionem indu
ci:vt videlicet filius hęres ſit,ſi teſtatore vi
uo non moriatur: ſi enim aliter intellige-
remus,teſtamentum fuiſſet nullum, cum
filius reperiret ſe præteritum, vt l.1.ff.de
iniuſto rup.& irri.fac.teſtamen.Secundò,
in l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.2.
vbi teſtator legauerat, ut ille qui vltimus
ex hæredibus decederet,fundum reſtitue-
ret, deciditurque in illo fundo teſtatorẽ
tacitè ſubſtituiſſe omnes hæredes videri;
quod ibi annotauit Bar.quibus certè iuri
bus, cum parum congruè reſpondeatur;
ideò reſponſiones prætereo.
51 Non obſtat† d.l.Gallus.§.in omnibus,
iunc.l.poſthumorum.nam poſſet attenta-
ri,ſub Galli formula:Si filius viuo me mo
rietur,filium inſtitutum cenſeri, quod in
eadem l.Gallus.in princ.dixit Barr.nu.5.
& probatur in l.ſi mater.§.fin.ff.de vulga.
& pupil.vbi Africanus Iuriſconſultus ſen
ſit ſub dicta Galli formula filium fuiſſe in-
ſtitutum:idemque voluit Vlpia. in l.cum
in teſtamento.in princip.ff.de hęre.inſtit.
dum duos gradus hæredum compręhen-
di ſcribit.Corn.conſil.97. Primò conſul-
tus,col.2.nu.1.verſic. Tamen inhærendo
verbis,lib.1.conſ.22. in hac conſultatio-
ne.nu.5.lib.2.allegans d.l. cum in teſta-
mento. quemadmodum itaque duo ſunt
gradus.ita ſimiliter neceſſe eſt, vt duæ in-
ſint conditiones contrariæ, quarum vna
filium reſpiciat,altera nepotem:neque e-
tiam vterque admitti ſimul poteſt ad hæ-
reditatẽ.impleta itaque conditione,poſt-
humus hæres erit, & altera filij deficiet.
ea deficiente quæ poſthumum vocat, in-
telligitur impleta quæ primum gradum
conſtituit. Non obſtat ordinatum eſſe te
ſtamentum,vt filius inſtituatur, l.inter cæ
tera,d.tit.nam nihil refert,an expreſsè,an
tacitè primus gradus contineatur. d.l.cũ
in teſtamento. quod locum fortaſſe non
haberet in extraneo, cui non equè faue-
tur,ac ſuis,l.ſi quis eum,in fi.ff.de vulgar.
& pupill. & quamuis ab Aemilio Ferre-
to,tex.in d.§.in omnibus.ineuitabilis ha-
beatur,niſi calumnietur, vbi Iuriſc.com-
plectens omnes caſus Galli,& Scæuolæ,
de Gallo ait,neceſſarium eſſe, vt filius in
partem veniat hæreditatis per inſtitutio-
nem.Nec refert cum Bart.& Alexan.aſſe-
rere, filium ſub formula Galli eſſe tacitè
inſtitutum, cùm Iaſ.ſolutionem iſtam nõ
recipiat: ab inteſtato namque veniens,
hæres inſtitutus non dicitur; ſicque tacita
inſti-

inſtitutio filij ſufficeret,ſuperflua foret ſup
pletio Scæuolæ in d.§.in omnibus.vbi ſup
plendo conſilium Galli, mandat filium in
aliqua parte inſtitui. Vltimò, ac vrgen-
tius,vt de tacita inſtitutione intelligi mi-
nimè poſſit, patet euidenter, quia præ-
cipit, filium debere in parte inſtitui; in-
ſtitutio autem non poteſt in parte eſſe,
niſi expreſſa, igitur de tacita non intel-
ligitur.

52 Tamen reſponderi poteſt,† quòd vt eſt
verum,venientem ab inteſtato, hæredem
inſtitutum non dici,ita negandum eſſe, ta
citè inſtitutum,intelligi ab inteſtato:inſti-
tutio enim quæ colligitur ex coniectura ta
teſtatoris mente ſufficit, ex eaque ſatisfit
formæ requiſitæ in filijs in poteſtate,ſcili-
cet vt inſtituantur, vel exhæredentur, d.l.
inter cæteras. prout notant Ioan.de Imol.
& Raph. Fulgoſ. in l.ſi pater filium .ff. de
vulg.&pup.per illum tex. vbi etiam Fran-
ciſc.Aret.ſi ergo ex præſumpta,coniectura
taque voluntate,filius qui ſuus eſt,inſtitu-
tus cenſetur, teſtamentum non rumpit.
Quòd verò voluntas præſumpta circa Gal
li formulam coniecturari poſſit,apertè de-
monſtratur: qui enim ita teſtatur, ſi filius
meus me viuo moriatur, tunc poſthumus
ex eo ſit mihi hæres, voluntatem habere
credendum eſt, vt teſtamentum valeat,
cùm in eo caſu prouideat, quo forſan te-
ſtamentum rumperetur, ergo à fortiori vo
luit filium inſtituere,cum in neutro caſu ſi
ne eius inſtitutione poterat teſtamentum
valere. Vlterius ſi nepotem ex filio meo fu
turum,incognitumque, in quo nulla cadit
affectio inſtitui,ſola illa ratione,quia volo
teſtamentum meum valere, & quòd ſucce
dant ex teſtamento qui proximi ſunt legi-
timi.quanto igitur magis credendum eſt,
velle filium inſtituiſſe,qui eſt in primo ca-
pite,& in quo paterna cadit pietas, & affe-
ctio,qua nulla fortè maior in rerum natu-
ra cenſetur, l. iſti quidem. ff. quod met.
cau.ſi itaque nepotem ea ratione inſtituo,
quia ex filio meo naſcetur. l.dedit dotẽ.ff.
de colla.bo.& quia de iure debet ſuccede-
re,ergo conſtat,voluntatem patris, ad filij
inſtitutionem multo magis coniecturari
debere. Accedente,quòd ſi concedendum
erit, in parte tacitè non poſſe inſtitui, ex
hoc neceſſariò non ſequi, in illis omnibus
caſibus filium pro parte eſſe inſtituendum,
aliàs ſequeretur, quòd ſi in toto inſtitue-
retur teſtamentum non valeret, quod ab-
ſurdum eſt:voluit igitur exprimere, quòd
in omnibus caſibus ſuperioribus qui plu-
res ſunt, filius ſit inſtituendus ſaltem in
aliqua parte; non tamen inde ſequitur,
quin poſſit in toto inſtitui. at in toto taci-
tè ex illis verbis Galli inſtituitur, vt ſu-
pra eſt dictum,ergo ille tex. nihil probat:
conſilium enim Galli ad plures caſus extẽ-
ditur,in quibus omnibus ſaltem in parte
filium debere inſtitui dicit,quia poteſt eſ-
ſe, quòd in aliquo iſtorum caſuum ita ſit
formatum teſtamentum, vt tacita inſtitu-
tio non colligatur: ex hoc tamen non ne-
gat,tacitè filium in poteſtate poſſe inſtitui,
nam ſi negaret abſurdum diceret,vt Docto
res paſſim fatentur in l.fin. C.de poſthum.
hæred.inſtit.& in d.l. Titius.§.Lucius, per
tex.in d.l.ſi pater filium. de vulg. & pupil.
Quod autem Iaſ. dixit, non poſſe tacitè in
parte inſtitui, abſolutè & ſimpliciter ve-
rum nõ videtur: ſi enim cohęredes habeat
poteſt in parte eſſe inſtitutus, l. 3. C. de
inoffic.teſtamen.l.ſi ita ſcriptum. ff.de lib.
& poſthum.Illud denique quòd ſuperfluè
Scæuola Gallum ſuppleret, verum eſſet,ſi
in omnibus caſib. tacitè eſſet inſtitutus,cũ
tamẽ plures caſus additi ſint,in quibus ea-
dem ratio prouiſionis Galli contingit, nõ
autem per eadem verba,quę tacitam inſti-
tutionem arguant,cùm caſus diuerſi ſint,
ideo dicit,in omnibus his caſib.requiri ſal
tem partis inſtitutionem,quæ tacita ſit vel
expreſſa: at ſi tacitè, & in toto fuerit inſti-
tutus, ſatisfit diſpoſitioni d.§.in omnibus,
& verum eſt ẽt ꝙ qui inſtitutus eſt in to-
to ſit inſtitutus in parte,nam totum partes
continet,& ſic pars continetur in toto, l.
quę de tota.ff. de rei vendic. c.paſtoralis.
de offic. delega. ex quibus etiam d.l.poſt-
humorum.declaratur, vt alia reſponſione
ſpecifica non egeat. Cæterùm cum ſuper
* hac ardua, & perdifficili materia in tracta.
an & quan.liber.in condit.poſ.vocen.val-
de diſſeruerim, amplius nunc nõ inſiſtam;
dixerim autem quòd licèt opinionem con
tra Gloſ.in puncto iuris veriorem, ęquio-
rem,magiſque conſonam voluntati teſtan
tis eſſe exiſtimem,cùm tamẽ opinio Accur
53 ſij in d.l.Lucius Titius, †vt antiquitus,ita
hodie etiam crebrior ſit,adeoq; canoniza-
ta,ut conſulendo non audeam ab ea rece-
dere. & quamuis arbitror Barto. ſententiã
in d.l.Gallus.in prin.veram eſſe,cum & ip
ſa communis non ſit,ſed contraria frequẽ-
tiſſimo Doctorum calculo recepta,vt dicit
54 Alexan. conſ. 185. viſo titulo queſtionis.
nu.17. verſic. Nec obſtat quod notatur,
li.2.conſ.108.viſo themate,nu.4.verſi prę
dictis etiam non obſtat, libro primo, com-

munem opi.Gloſſarum, & Doctorum con
tra Barto.eſſe atteſtans,conſ.109. videtur
prima fronte.nu.6.ab ipſa iudicando rece
dendum non fore aduertens, quanquam
paſſus ſit diſputabilis,& conſ.199.viſo prę
ſtanti conſilio, col.pen. nu.12.lib.2.vt a-
lios taceam antiquiores, & moderniores:
conſulendo iuxta communes ſententias,
ac reſolutiones à doctiſſimis viris traditas
55 nulli dubium eſſe, † à dicta receptiſſima
Gloſſæ opinione,ex coniecturis in contra
rium apparentibus recedi oportere. Paul.
de Caſt.conſ.263. circa primum quæſitũ.
col.2.lib.2.Socin.conſ.14. viſo teſtamen-
to.nu.3.lib.3. Curt. ſen.conſ.41. quia in-
quit,col.quarta.verſic.Tamen.conſ.51.ſu
per teſtamento Alberti, col.9.& 10. ver-
ſic. Si ita,conſ.75. Dom. Ludouicus. col.
tertia. verſic.Præmiſſis tamen.Corn. con-
ris videri, qui mouetur: Primò, nam poſt
65 acquiſitionem,† ceſſat ius accreſcendi.l.1.
§.interdum.ff.de vſufr.accreſc.ſublato er-
go iure ipſo accreſcẽdi, nõ poteſt amplius
vnio conſiderari. Secundò, quia ius accre
66 ſcendi † nunquam conſideratur in diuiſio
ne ſpecierum ſubſtitutionum. l. ſed cũ pa-
trono.ff.de bono.poſſ.l.1.C.de teſtam.mi-
lita.ex hoc inquiens reſponderi ad dictam
l.qui patri.ꝙ ibi erat vtraque ſpecies dire-
cta:hic verò vna directa,altera obliqua.Ter
tiò,in d.l.qui patri. pupillaris ſubſtitutus
non poterat ſubſtitutionem repudiare, nõ
mirùm ſi tranſmittit,in caſu noſtro vtique
potuiſſet grauato ſpem fideicommiſsi, ſal-
67 tem pacto conuento † remittere.l.1. C.de
pact.not.glo.in l.ſi ita ſcriptum.§. ſub con
ditione.ff.de legat.2.Fulgoſ.conſ.108. Te
ſtator legauit. Vnde concludebat Ripa,di-
ctam l.qui patri. ad propoſitum non face-
cere, quæ cum loquatur in caſu mirabili,
& ſpecialiſsimo,quem non admittunt,nec
verum putant,niſi Iuriſtæ benè fundati, ſe-
cundum Bald.in dicto conſ.8. Factum tale
eſt.li.2.non videtur in conſequentiam tra
henda.l.ius ſingulare.ff.de legib.vt non ab
re Soc.ſen.conſ.69. Viſo teſtamento, col.
9.num.7. verſic. Primum probatur. lib.3.
contrarium in his terminis, vt ipſe Ripa in
quit, conſuluerit.

Sed tamen prædictis non obſtantibus,
68 non videtur eſſe recedendum † ab opi.Bar.
in dicta l.vnica. §. ſin autem ſub cõditione.
in fi. ac aliorum præcitatorum, qui hanc
coniecturam comprobarunt, quorum opi
nio magis communis certè eſt, vt atteſta-
tur etiam Cæphal. d.conſ.16. Viſis omni-
bus.

bus.nu.45.verſic. Quinto,& vlt.li.1. quam pariter communem profitetur conſ. 283. Magnificus Dom. Vbertinus.nu.26. lib.2. ipſamque admittit euidentiſſime Socin. ſen.conſ.249.Materia præſentis conſulta. col. 8.ante num.1 t.verſic.Tertia eſt, quia ſunt vnitæ.& infra.verſic. Sed ſupra, idem concludit Bar.in pupillari & fideicommiſſaria,lib.2.vbi clare & explicitè loquitur, non ſic in conſilio, quod Franciſcus Ripa in contrarium allegauit.

Pro hac autem concluſione ſtat argumētum ex d.l. qui patri. iuncto tex. in l.ſi ex plurib.ff.de ſuis & legit.& l.qui ex duabus. d.tit.de acq.hære.concludenter ac fortiter deſumptū, cū ſubſtitutio vnita tranſmibili tatis qualitatem,naturamque iuris accreſcendi aſſumat, & acquirat: vnio nanque multū operatur, vnde licet actio perſona-
69 lis † ſtricti iuris non detur in ſolidum contra vnum tantum, etiam quòd ad eum tota res peruenerit.l.ſi tibi homo. §.cum fundus,de leg.1.prout actio bonę fidei datur, vt per Socin.ſen. conſ.253.In cauſa Ioannis Franciſci, nu.9.& 10.in 4.dub.lib.2.tamen dicta perſonalis actio ſtricti iuris ſi vnita ſit cum rei vēdicatione,ſecus erit.Barto.poſt Dyn.in dicta.l.4.§.Cato.in 3.opp. Paul.de Caſt.in l.in condictione.nu.1.verſic.Solutio, verum eſt.ff. de condict. furt. Stephan. Bertrand. conſ.183. Pro confirmatione, num.primo, libro primo. Carol. Ruin. conſ.85. Viſo & bene intellecto. num.10. verſic. & facit quod notat Bartol. libro ſecundo.

Nō obſtat quòd poſt acquiſitionem ceſſet ius accreſcendi, dicta l.prima. §.inter-
70 dum. Nam illud procedit † in iure accreſcendi ſimplici, ſecus ſi cum ſubſtitutione vnitum fuerit: tunc enim trahitur ad eam, vt habeat locum etiam poſt aditam hæreditatē,vt in dicta l.qui patri.& ſic ab ea vim, & robur recipit,cum fuerit ortum inſimul cum ipſa ſubſtitutione, ante aditam hęreditatem, vt poſtquàm fuerit informatum, & veſtitū vnione quadam hypoſtatica ab ortu ipſius cum ſubſtitutione,non obſit additio, nec vis illa inſita,& transfuſa omnino deperdi poſſit, aut ſeparari tanquam in diuidua,& hoc retinendo Bar.opinionem, quòd tranſmiſſio ex iure accreſcēdi in d.l. qui patri.contingat,vt textus verba indicāt ibi,Et accreſcendi iure acquiri. Si autem ex ſubſtitutione id dixerimus, incongruū non erit aſſerere,ob vim & qualitatem quādam ex iure accreſcendi contractam, & in ipſa ſubſtitutione non ſolum impreſſam, ſed immixtā,atque inſitam miniſterio iuris,tranſmiſſionem obuenire, vti nimirum ſit, ſi etiam adita per pupillum hæreditate tranſmiſſio fiat,vt Alexan.ibi,col.2.contra Iacob.de Rauen.aduertit, reliquijs priſtini iuris accreſcendi, vt ſupra originaliter vniti cum ſubſtitutione remanentibus, ex cauſa quadam impulſiua, ſubſtantiali, atque permanente.

Non refragatur ſecunda ratio, vt iuri accreſcendi non ſit locus in diuerſis hæreditatibus,ſiue deferantur ex diuerſis teſtamē
71 tis,ſiue ex vno: illud enim verum eſt † in mero,ac ſimplici accreſcendi iure,vt in cōtrarijs. ſi vero cum pupillari vnitum fuerit, ad illam trahitur,ad bonaque impuberis porrigitur,vt idem Bar.aduertit. Vel ſecundò reſpondetur,quòd ſubſtitutus in locum pupilli ſubrogatur,& ſic non diuerſo iure,proindeq; militat ius accreſcendi inter ſubrogatum & coniunctum eius in locum cuius ſit ſubrogatio,vt tradit notabiliter Aret.in l.ſi totam.in fi.ff de acquir.hære dita.quem ſequitur Cur.iun.in d.l. vnica. col.3.in prin.C.quando non pet.par. & in rubr.illius tit.col.pen.prope fi.

Vltimò non obſtat,quòd ex eo in d.l.qui patri.fiat tranſmiſſio,quia pupillaris ſubſtitutus non poterat ſubſtitutionem repudiare, nam non ex hoc,ſed ratione aſſumptionis naturæ iuris accreſcendi fit ibi acquiſitio,ex qua quidem aſſumptione, pupillaris ſubſtitutio contra ſuam propriam naturam ad hæredes tranſmittitur.ſi igitur non eſſet vnita,non tranſmitteretur, & ſic appareret,id non procedere ex eo,quod ſit neceſſaria tranſmiſſio: ſic enim ſemper tranſmitteretur,quod eſt falſum. Et ideo dicēdum eſt, quòd in d.l.qui patri. effectus pupillaris ſubſtitutionis tranſmittatur, & cauſa tranſmittendi, iuri accreſcendi tribuatur, dum ibi Neratius, iure accreſcendi acquiri, inquit.

Sique diceretur prędictam coniecturā vnionis ueraméſſe, dummodo ex ſubſtitutis aliquis non ſuperſit.l.qui plures.ff. de vulga.& pupilla.Reſpondeo,hoc verum in propoſito non videri: cùm, vt eſt dictum, ex ſimplici iure accreſcendi non ſuccedatur, ſed ex ſubſtitutione illi vnita, vt poſt gloſ.& Barto.declarat Ioan. Cæph. d.conſi.16.nu.47.qui reſpondet ad d.l.qui plures. vt loquatur,quando locus eſt ſubſtitutioni directæ vulgari,vt per Barto.ibi,& in l.Lucius.col.fin.eod.tit.vbi aliud ſenſit in ſubſtitutione fideicommiſſaria:& ratio eſt, quia exiſtente vulgari ſubſtitutione,ius accreſcen-

creſcendi ceſſare videtur. Barto. in dicta l.
qui plures. ideo ab ipſo non poteſt vulga-
ris ſubſtitutio accipere tranſmiſſionis natu
ram. ſecus in fideicommiſſaria, quæ non of
fuſcat ius accreſcendi, quo minus ſi cohæ-
res non adeat hæreditatem iuri accreſcen-
di locus eſſe non poſſit, mox ſit quoque lo
cus fideicommiſſarię ſubſtitutioni, in euen
tum quòd idem cohæres ſine liberis moria
tur, ex quibus ſit, vt ratione dictæ vnionis
fideicõmiſſaria ſubſtitutio naturam iuris
accreſcendi aſſumat. Aut ideo ſubſtitntio
vulgaris ex coniecturis non tranſmittitur,
quia ex eiſdem non inducitur, ſed ideò fi-
deicommiſſaria ex ijs tranſmittitur, quia
coniecturis introducitur. Paul. de Caſtro
in l. penultima. C. de impuber. cum in cita
to conſilio per Cæphalum adductis. o-
mitto nunc obiectionibus Hieronymi Zan
chi reſpondere, ne prolixitate nimia la-
borare videar.

Quæ coniectura potiſſimum procedit,
72 aliqua † alia leui coniectura ſubſiſtente, vt
dicit Ruin. dicto conſ. 201. Viſo, ac perle-
cto teſtamento. nu. 7. & 8. verſic. & tanto
magis. libro ſecundo. & rradit Aymo, con
ſi. 618. Antonius. nu. ſecundo. verſic. Alte-
ra coniectura.

Et ſi diceretur, non poſſe de tranſmiſſio
ne fideicommiſſi conditionalis hoc caſu
tractari, cum D. Io. Carolus ſenior ſuper-
uiuentes filios ſubſtituerit, ex quo verbo,
73 ſuperuiuentes, vel ſuperſtites, † impeditur
tranſmiſsio, vt tenuerunt Bald. in l. qui-
dam elogio. nu. 22. verſic. Solutio, & hic
aduerte. C. de iure deliberan. & conſ. 271.
Subuitutio fideicommiſſaria, lib. 2. conſ.
435. Punctus, ſuper quo conſilium petitur
exhiberi. lib. 4. Ludouicus Romanus in di-
cta l. qui patri. in fi. ff. de acquiren. hæredi-
tate. Alex. conſ. 252. Præclarè allegatum.
in prin. lib. 6. Iaſ. conſ. 29. Videretur in præ
ſenti dubio. col. fin. verſic. Septimo & vlti-
mo. lib. 3. Corn. conſ. 290. Tota vis conſul
tationis, per totum. lib. 4. qui idem videtur
ſentire, conſ. 29. Placēt mihi Petro Philip-
po de Corneo, poſt nu. 3. verſic. Vt ſic com
præhendas. lib. 2. conſ. 182. Videtur prima
facie. nu. 6. eod. vol. Socin. ſenior, conſ. 77.
in præſenti conſultatione. in princ. lib. 1.
Ludouic. Gozad. conſ. 29. Videtur. nu. 17.
& 33. ver. Tertio reſpondeo. Cur. iun. con
ſi. 69. Habita diligenti conſideratione. col.
fin. ante num. 3. Franciſc. Rip. in l. hæredes
mei. §. cum ita. nu. 59. Soc. iun. conſ. 133.
Quia præſens conſultatio. nu. 4. & infra,
lib. 1. conſ. 14. Dubitatio præſentis conſul-
tationis. nu. 7. verſic. Et quod nepos. dicẽs
eſſe magis communem opinionẽ, & pro ea
ſe conſuluiſſe, dũ Paduæ legeret, in cauſa
Ser Iacobi Bariſoni. lib. 2. & ab ea tanquã
veriori non eſſe recedendum, ut per eum
ibi, qui idem conſuluit, conſ. 30. Maxima
profectò, nu. 7. aſſerens iſtam opinionem
firmari authoritate maiorum noſtrorum,
ita quidem, vt dici poſsit, eam eſſe magis
communiter receptam, & ab ea in dubio
recedendum non eſſe, & licet plerique Do
ctores non leuis authoritatis aliquandò fir
maſſe contrarium uideantur: tamen illis
reiectis non eſſe à communi opinione rece
dendum, maximè cum pro ea ſit caſus in d.
l. hæredes mei. §. cum ita. & adſint etiam ra
tiones urgentes, ac contrarię authoritates
facilè etiam euitari poſsũt, prout illo anno
ipſe late conſulendo fuerat proſequutus.
d. lib. 2. Par. conſ. 37. ſi bona & res. nu. 50.
& 51. lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 181. uiſis con
ſilijs. num. 2. & infra, lib. 2. & faciunt, quę
ipſemet Ruin. ſcripſit conſ. 136. perſpectis
diligenter uerbis. nu. 7. uerſic. Sed tamen
præmiſsis, lib. 3. Natta conſ. 551. quoniam
ſuper præcedenti controuerſia. nu. 33. lib.
3. Franciſc. Manti. in tract. de conlect. ult.
uolunta. lib. undecimo, tit. 20. num. 28. di-
cens eſſe magis communiter receptam o-
pinionem, & contra eam requiri ualidiſ-
ſimas coniecturas.

Non uidentur itaque uerba ſubſtitutio
nis reſtrictiua, & limitata, dictis pronepo-
tibus aptari poſſe: nec ratio recti ſermo-
nis ipſorum compræhenſionem patitur, ut
non dicatur caſus ſubſtitutionis eueniſ-
ſe, & per conſequens tranſmiſsio exclu-
ditur, ut poſt Raph. Cumanum, quem re-
fert, & ſequitur, tradit Soc. in d. §. cum ita.
col. 5. in princip. ſuper uerb. ſucceſsiſſet.
Quòd autem ratio recti ſermonis hoc non
patiatur, deducitur: nam illa uerba, qui ſu
74 perſtites fuerint † uel ſuperuiuentes, im-
portant conditionem. l. Stichus qui meus
erit, cum ibi not. de legat. 1. perinde ergo
eſt, ac ſi teſtator dixiſſet, ſi ſupſtites, uel ſu-
peruiuentes fuerint, & ſic filij ſunt ſubſtitu
ti ſub duplici cõditione, ſi ſinę filijs maſcu
lis deceſſerint: ſique ipſi ſuperuiuenres fue
rint, quo caſu ſuccedit regula l. ſi hæredi
plures. ff. de condit. inſtit. quod quando di
75 ſpoſitio † teſtatoris facta eſt ſub duplici cõ
ditione requiritur, quòd utraque condi-
tio uerificetur, & ideo una deficiente, defi-
cit ſubſtitutio.

Suadetur ulterius ex alia regula, quæ
76 uult, quod relatiuũ ſine copula † ſtat reſtri-
ctiuè.

ſiuè.l.ea tamen adiectio.ff.de lega.3.vnde relatiuum illud, qui ſuperſtites fuerint, ſubſtitutionem de qua agitur, ad ſuperſtites reſtringit. nec ratio recti ſermonis patitur, quòd filij eorum admitti debeant, ad quod facit tex. in l.ſed ſi plures. ff. de vulga.& pup.Confirmatur etiam ex Curt. iunio.dicto conſ.69. in fi. nam quando aliqua conditio nominatim alicui perſonę adijcitur, neceſſe eſt, quòd in ea purifice-
77 tur, † non autem ſufficit ipſam in perſona hæredum purificari, l.ſi ita expreſſum ſit.& l. quæ conditio. ff. de condit.& demonſtr.

Et quòd verbum, ſuperſtites, vel ſuperuiuentes,conditionem importet,ex Socin. iun.d.conſ.14.nu.8.lib.4. oſtenditur, nã alioquin ſuperfluum eſſet, nihilq́; operaretur, quod non eſt dicendum: quodlibet
78 enim verbũ † debet ſic intelligi, vt aliquid operetur,l.ſi quãdo.in prin.ff.de leg.1.c.ſi Papa.de priuil.in 6.eſtq́; trita doctr.Bal.in rub.C.de contrah. empt. in 9.q. cum ſatis fuiſſet dicere, filios, reticendo,ſuperſtites. vnde per huiuſmodi adiectionem, debent intelligi filij, ſi ſuperuiuentes fuerint.

Videturq́; eſſe caſus in d.l.hęredes mei. §.cum ita.vbi quamuis teſtator de ſubſtitu ti filijs meminerit,non tamen ad eos fideicommiſſum conditionale trãſmittitur, ex quo teſtator dixerat, vt ſuperſtiti fratri reſtituat,quemadmodum Franc.Rip.ibi.nu. 59.& Franc.Mantica in d.tract.li.11.ti.20. nu.28.aduertunt.

Refertur itaque verbum illud,vt Cuma nus dicebat, ad perſonas primo loco inſtitutorum,& intelligitur,deueniat in ſuperſtites,ideſt in eos hæredes inſtitutos,qui ſupererunt.l.fi.ff.ad Trebel.& argumen. tex. in l.codicillis.in prin.ff. de vſufruct. legat. l.qui cum plures.ff.de vulgar.& pupil.Nec perſona extrinſeca ſubintelligenda eſt. l.ſi ſtipulatus. §.Griſogonus. ff. de verborum obliga.alioquin dicta ſubſtitutio incerta eſſet,ac generalis: non enim appareret de quibus ſuperſtitibus intellexiſſet.

Quicquid autem præcitati Scribentes
79 aſſeruerint, contrarium † eſt concludendũ, vt quamuis in ſubſtitutione adſit illud verbum,ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, tranſmiſſio conditionalis fideicommiſſi nõ impediatur, & hanc opinionem ſequuti ſunt Rapha.Cuma.conſ.13. Titius. circa med. verſic.Intellexit ergo.Raph.Fulg. conſ.15. proponitur quod Montes.in 2.dub.Alex. in dicta l.qui patri. nu.13.verſic. Non omitto etiam. vbi Paul. de Caſtr. ff. de acquiren. hæred.Iaſ.conſ.154. viſo teſtamẽto, col, fina. verſic. Nec huic fundamento obſtat,libro quarto. idemque videtur ſenſiſſe inſpecto themate,cõſ.52.materia pręſentis conſultationis.col.fi.lib.3.Dec.con ſi.369. iuridicas eſſe arbitror.ante num.2. Ioan.Crot. in l.re coniuncti. nu.115.Pariſ.conſ.76.fatentur. nu.12.verſic. vocauit ergo.libro ſecũdo,conſ.50.ex teſtamento. nu.35.lib.3. Carol. Ruin. conſ.79. primo videndum. nu.13.& 14.libro tertio. conſil.179. in themate proponitur,nu.quinto. verſic. quod autem. libro ſecundo. conſ. 130. primo per ordinem. nu.3.& 6. libro tertio. Aym.Crauet.conſ.306. col.3. uerba inſtitutionis, ante nu.quartũ.idemque ſibi voluit in repeti. l.cum filiofam.in ſecũda parte. nu.261. cir.fi.ſed latius,nu.352. & conſ.776.Magnificus Dom.Bonauentura.nu.17.verſic. Non obſtat impedimento.Anto.Gabriel.Rom.lib.4.de hæredib. inſtit.cõcl.2.nu.32.in 6.coniect.& nu.59. verſic. contrarium ſenſit Romanus.Hieronym. Zanch. in repet. d.l.hæredes mei. §. cum ita.nu.219 & 220.poſt Ioan.Mariam Riminaldum, quem ipſe allegat.Sfor.Od. in erudito,atque eleganti tract.de Cõpen. ſubſtitu.partic.6. concluſ.13.uerſic. Sublimitat Curtius iunior. Hieronym. Gabr.conſ.121.Ludouicus inſtituit hæredes. nu.30.verſic.tamen cum vocantur. Hęcq́; opin.non ſolũ iuſtior eſt,ſed etiam ęquior, vt dicit Raph.Cuma.d.conſ.13.poſt nu.1. verſic. Cæterum iuſtius,& æquius. eſtque magis communis,vt Sfortia Oddus in præ citato loco teſtatur.

Hæcque opinio fundatur primò: nam recti ſermonis ratio, quam in contrarium Curtius iunior obijciebat, ſaluari poteſt, cùm Dom. Ioan.Carolus teſtator verbum illud,ſuperuiuentes, intellexerit non ſolum de illo, vel illis, qui ex nominatis ſupererunt,& ſic de Ioanne Aloyſio,ſed etiã de liberis præmortui Ioannis Hieronymi, de quibus ſatis cogitauit, per conditionem,ſi ſine filijs, in ſubſtitutione appoſitã in perſona eius cui ſubſtituit, adeò quòd includit tacitè, ꝙ alter, vel uiuat, vel cum liberis decedat. vnde dicit Raphael Cuma nus ex illa ui incluſa,ꝙ uerbũ, ſuperſtites, intelligitur de fratre, & liberis eius: hicq́; veriſimilis eſt ſenſus, cum ſubſtituerit vni decedẽti ſine filijs,ut propter illa uerba, ſine filijs,ſubſtituendo ſuperſtites, intellexerit de cohærede, & ijs, qui expræfuncto ſuperuiuunt, nec uerba diſcordant, argum. l.talem, §.primo. de hæred.inſtitut. l.ab

omnibus, in princ. de legat. primo. coniećtura etiam concurrit, ac conuenit, vt quẽadmodum fratrem, ita & fratris filios ſubſtituere voluerit, argumen. l. Lucius Titius 2. d. titu. de hæred. inſtitu. ibi, Nam prudẽs conſiliũ. & quia agitur de fideicommiſſis
80 in quibus etiam uerbis ceſſantibus, † coniećturata volũtas admittenda eſt. l. cum proponebatur, & l. vnum ex familia, de leg. 2. l. cum virum. C. de fideicom. cum ſim.

Secundò reſpondebat Hieronym. Zanch. in dićta l. hæredes mei. §. cum ita, nume. 220. quòd dićtio, ſuperuiuentes, eſto quòd importet conditionem, idest, ſi tunc viuet, vt per Alexand. conſ. 109. ſuper prima couſultatione, col. 2. nu. 4. lib. 7. paria-
81 que ſint, † aliquem ſubſtituere, ſi uiuit, vel eum nomine proprio nominare, §. 1. Inſti. de excuſat. tuto. §. hoc etiam. Inſtitu. de legitima agnat. ſucceſ. l. 3. ff de fundo inſtr. Dec. conſ. 79. & pro tenui, in princ. Pariſ. conſ. 9. Olim D. Camillus, nu. 24. verſic. & quia vocando, lib. 2. & conſ. 37. ſi bona & res, col. 7. in fine, nu. 53. eodem volum.
82 cum tranſmiſſio † non impediatur, quando quis nomine proprio ſubſtituitur. Alexan. in dićta l. qui patri, nu. 13. verſic. quam limitationem. ff. de acquiren. hæredit. idem ergo erit quando eſt dićtum, ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, vt tranſmiſſio fieri debeat, & ita ante eum, Alexand. dićto nu. 13. arguebat, eius reſponſione non obſtante, ex ijs quæ idem Zanch. tradidit ſupra poſt nu. 25.

Tertiò, pro hac opin. eſt text. in contrarium allegatus in eadem l. hæredes mei. §. cum ita. ibi, ſuperſtiti fratri. Conſiderando quòd ſi ibi Claudia neptis teſtatoris ſubſtituta non fuiſſet, nec fuiſſet dićtum (totam, vel omnem) ſecundum veram Dodorum intelligentiam, ille nepos ex fratre fuiſſet admiſſus, quod Socin. ibi aduertit, & poſt alios Sfortia Oddus, & Zanchus in citatis locis ſequuntur, vt tantum abſit, vt hic tex. contrariam opinio. probet, quin potius retorqueatur.

Quartò, in caſu propoſito non eſt dubium, filios Ioannis Hieronymi prædefunćti iure tranſmiſſionis debere admitti, licet vocentur ſuperuiuentes: nam de mente teſtatoris conſtat, voluiſſe fideicommiſſum, nedum ad ſuperſtites, verum etiam ad præmortuorum filios tranſire, vt poſt Raph. Cuman. dicit Pariſ. d. conſ. 37. num. 56. libro ſecundo. quòd verò hic conſtet, allegatæ coniećturæ oſtendunt, quæ in iure ſubſiſtunt.

Quintò dicebat Hieronym. Gabriel. dićto conſ. 121. quòd cum vocentur ſuperſtites filij, & regulariter filiorum apppellatio ne nepotes veniant. l. iuſta, & l. liberorum, de verb. ſign. affirmari poteſt, de nepotibus etiã teſtatorem intellexiſſe. nec obſtat relationem fieri debere ad ea, de quibus diſpoſitiuè præmiſſum eſt, ſi verba verificari poſſunt: nam in caſu noſtro non agimus de relatione facienda, ſed dicendum eſt generaliter, teſtatorem ſubſtituiſſe ſuperſtites filios maſculos, non relatione ad inſtitutos fadta, ſed quoſcunque filios comprehendẽdo, etiam nepotes, dummodo viuerent, & ſupereſſent grauato, tempore euenientis conditionis, & qui admitti vult uixerit, ac in rerum natura tempore vitæ grauati fuerit: hoc enim modo verbi, ſuperſtites, proprietas ſeruatur, quod non vi ſua, ſed per relationem, quoties ſolùm ad nominatos nomine proprio refertur, nominationis uim habet, non autem cum pluribus ſub eadem collećtiua dićtione uocatis adijcitur.

Sextò, ſi Dom. Io. Carolus uoluiſſet intelligere tantum de filijs inſtitutis, ſuperſtites tantum ſubſtituiſſet, nec adieciſſet, filios maſculos, cum adiecerit, ita fieri interpretatio debet, ut ea uerba aliquid operentur, nec ſint ſuperflua, ut eſſent omninò ſi diceremus, nepotes ſiue pronepotes vocatos non eſſe: nam (ut eſt dićtum) ita fieri ſemper interpretatio debet, ne uerba ſuperflua ſint. d. l. ſi quando. adeò, ut ne ſyllaba quidem ſuperuacanea ſit. Bald. in l. 1. ff. quod met. cauſa.
83 Et quamuis † ſuperfluitas toleretur, cũ explicitè, quod implicitè inerat, uel ratione maioris declarationis aliquid profertur, id uerum eſt, cum conſtat de ſuperfluitate, nec uerba aliud poſſunt operari, quã declarationem: ſed ſi interpretari poſſunt, ut operentur, & aliquis ſenſus intellećtinus dari poſsit, id omnino fieri debet, iuxta not. in capitu. ſolitæ. de maior. & obed. Aym. Craue. conſ. 131. ad primum quæſitum, nu. 8. in fi.

Septimò, ex intentione Io. Cæphali, d. conſ. 16. nu. 66. uerſic. alia quoque reſponſio, dici poteſt, quòd licet inſpećtis uerbis, ſuperſtites, uel ſuperuiuentes, nepotes, aut pronepotes excluſi uideantur, inſpećta tamen diſponentis mente, quando in nepotibus eadem ratio militat, quæ in filijs, pro ut in præſenti caſu, eadem agnationis, & familiæ conſeruandæ ratio dubio procul uiget, ideo in dićtos pronepotes tranſ-
ſmiſſio

miſſio non debet impediri, quod ante
Cęphalum voluit Pariſius conſilio quinto,
viſo teſtamento, nu.quadrageſimotertio,
& 44.lib.4.

Quartò, de iure iſti pronepotes debent
in locũ ipſorũ patris ſubintrare: quicquid
enim Baldus contrariæ opinionis aſſertor,
84 ac alij ſequaces voluerint, verius eſt, †nepo
tes in fideicommiſſis, & ſic in ſucceſſione,
ex diſpoſitione hominis locum patris in-
gredi. Gloſ.in dicta l.cum ita,§. in fideicõ-
miſſo, in uerb. Primo. vbi Ang.de Perigl.Ia
cob.de Puteo, & Ioan.de Imola, circa finẽ,
Bal. ſibi contrarius conſ. 488.quidam Ti-
tius deceſſit. lib.3. conſ.432. proponitur,
quod mortuo.lib.4. Socinus ſenior, conſ.
252.viſis inſtrumentis, col.decimaquinta.
nu.17. verſic.ad ſecundam rationem. li.2.
conſ.249. materia præſentis conſultat.nu.
vigeſimoprimo. verſicu. tertiò hoc magis
ſtringo, eo.vol.conſ. 51. viſa facti narratio
ne, nu.19. verſic.præmiſſis tamen. lib.4. &
in l.ſi cognatis.col.fin.de reb.dub.Alex.di
cens eſſe communem opinionem, cõſ.88.
qui concurrere debeant, poſt princ. libro
primo. quod repetitur conſ.137. eodem
vol.conſ.26.videretur fortaſſe, nu.13. ver-
ſic.præterea gloſ. libro tertio. vbi de magis
communi meminit, & conſ.124.viſo pro-
ceſſu cauſæ. nu.ſecundo.verſic.& ideo quã
do.lib.7.Franciſ.Aretin.conſ.164. diligen
ter, & maturè diſcuſſis, col.fin. verſic. & li-
cet Baldus.conſ.146.reſpondendo ſumma
tim.in princ.Iaſ.conſ.215. ex Valentia Ci-
uitate.col.quarta. verſic.ſed præmiſſis.con
ſi.159. in præſenti conſultatione, col. pe-
nultima. verſic.tertiò pro iſta parte, libro
quarto. Dec.conſ.79.& pro tenui, col.pri-
ma.& ſequen.conſ.217.in caſu propoſito,
nu.ſecundo. Ludouic. Gozad. conſ.quar-
to.prout potuit. nu.16.& 33.Corn.in l.fi.
circa fi.nu.quinto. vbi hanc ſententiam in
praxi ſeruandam eſſe ſcribit. C. de verbo-
rum ſignific.conſ.24.ad euidentiam dicẽ-
dorum, nu.31.verſic.tamen his non obſtan
tibus, conſ.22.in hac conſultatione, nu.14.
verſic.ad idem, conſ.115.in hac conſultatio
ne eſt videndum, nu.32. verſic. confirma-
tur hęc concluſio.dicens ita vidiſſe conſul-
tum per famoſiſſimum Doctorem Dom.
Baldum de Bartolinis, conſ.182. videtur
prima facie, col.4.verſic.licet requiſitus.li-
bro ſecundo. Bertrand. conſ. 256. multa
ſunt, quæ videntur, nu.quarto.lib.3.Aym.
Crauc.conſ.67.vltra pro me ſcripta, nu.5.
verſic.& licet Baldus.Rub. Alexand. conſ.
82.viſo eleganti conſilio, poſt nu.5.verſi.
ſed præſuppoſito.Socin.iun. conſ.116.vi-
ſo puncto, num.8. & 9.dicens opinionem
gloſſæ prædictæ magis communem eſſe, cõ
ſil.126.maxima profecto, nu.25.verſic. ter
tiò facit.vbi etiã de crebriori teſtatur, li.1.
conſ.146.viſo teſtamento, nu.17. vbi ma-
gis communem eſſe repetit, lib.2.conſ.20.
non diſputabo, in princip.lib.3. adhuc de
crebriori atteſtans.Pariſ.cõſ.3.videtur pri
ma facie dicendum, nu.1.vbi de communi
meminit.conſ.76. fatentur, nu.ſexto, con-
ſil.83.viſo teſtamento Bernardini, nu.14.
lib.2.conſ.36.circa primum dubium, co-
lum.2.in princip.ante nu.2.conſ.51.in hu-
iuſmodi cauſa, col.tertia. nu.16. commu-
nem eſſe aſſerens, conſ.57.in præſenti cau-
ſa, nu.16.idem repetens, eod.lib.2. conſ.5.
viſo teſtamento, nu.26.libro 3.Gualdenſ.
titul. de ſubſtitut. caute.27.nu.primo.vbi
de magis communi opin. teſtatur. Carol.
Ruin.conſ.8.in propoſita quæſt.nu.9.con-
ſi.12.circa caſum, nu.14.verſic.nec obſtant
rationes.communem eſſe dicens. conſ.13.
præſupponitur, nu.13. verſic. præterea gl.
ibi, idem affirmans, conſ.27. viſis his, nu.
8.conſ.162.primo quæritur, col.2. nu.2.
lib.primo.conſ.68. primum dubium, col.
fina.in finalib.verbis, verſic.præterea opin.
Baldi, opinionem gloſ.magis communem
eſſe aſſerens, & contrariam veram non vi-
deri, conſ.171. caſus iſte, col.3. nu.8. vbi
de communi, verſic.ſed iſtis, conſ.168.pro
ponitur, quòd Titius, col.5.nu.11.verſic.&
facit, quod not.gloſ.lib.2.conſ.96.quia de
ſubſtitutionibus, num.16.conſ.101. ſuper
his, nu.18. conſ.181. viſis conſilijs, nu.5.
conſ.167.viſo teſtamento, nu.15.&18. vbi
communem opinionem eſſe ait. conſ.78.
primum dubium, nu.11.eodem lib.2.cõſ.
142.viſo ac perlecto, col.penultima. nu.
14.idem inquiens, lib.3.Anton.Gab.de fi-
deicommiſ.lib.4. concluſio.3. ante nu.3.
And. Tiraquel. in tract. primogen. q.40.
nu.188.& infra, Didac.Couarr.Pract.Quæ
ſtio.c.38. nu.4. verſic. ex quibus infertur.
Caſſan.in conſuet.Burgund.fol.275.col.
1.& 2.Nouiſ.Pariſienſ. ad Alex. conſ.26.
videretur fortaſſe, nu.13.littera C.lib.3.Si-
mon de Prætis in tracta.de interpreta.vlt.
volunt.lib.3. interpret.3.dubi.4.ſol.3.an-
te nu.22.dicens Gloſ.opin.veriorem eſſe,
Ioan.Caph.de crebriori, conſ.16.viſis om
nibus, nu.30.dicens à Gl. non eſſe iudican
do diſcedendum, tãquam calculo crebrio-
ri ex plurium relatione recepta, lib.1.con-
ſil.215. præſuppoſita, nu.12. de crebriori
atteſtans, prout idẽ dicit conſ.283.Magni-

ficus Dominus Vbertinus,nu.14.lib.2 cō ſil.330.verba teſtamenti,nu.53.lib.3.conſil.489.teſtator,nu.38.lib.4.Portius, conſi.55.nu.30.cum ſequen.lib. Burſat. conſ. 7 . D.Georgius,colum.2.lib.1.Roland.de Valle cōſi.68.perſpectis diligenter omnibus,nu.22.33.& 46.veriorem,& magis cō munem opinionem eſſe affirmans,li.1.con ſil.38.in præſenti conſultatione,nu.33.ver ſic. verum quia multi . lib.4. Curt. iunior conſ.57. habita diligenti conſideratione, nu.8.conſ.58. circa præmiſſam conſultationem,nu.1.& 2. conſ.128. præſupponitur in facto,nu.11.verſic.confirmantur præmiſſa,conſ.154.præſupponitur,nu.7.And. Alciat.in dicta l.cum ita.§.in fideicommiſſo,nu.11.in fine.Claud.de Seyſel. in l.Gallus.§.quidam rectè.col.2.ff.de lib.& poſthum.dicens ſe bis pro hac parte conſuluiſſe.Hieronym.Gabriel.conſ.86.vt vera reſolutio, nu.9. inquiens gloſſæ opinionem communiter receptam eſſe, & contrariam Baldi veram non eſſe,nec receptam.Ferdinandus Vaſq.in tract.de ſucceſ.crea.lib.3. §.27.nu.17.verſic.ad gloſſam.l.cum ita.ex cuius verbis colligitur hanc opinionem humaniorem eſſe, contrariam verò rigidiorē, & aſperiorem,quod quidem ante Vaſquiū tradidit Angelus de Periglis in dicto §. in fideicommiſſo.vt refert,& ſequitur Dida. Toletan.in lib.Pract.quæſtio. dicto ca.38. nu.4.verſic.& æquiorem eſſe profitetur.ad do prædictis Iacob.Menoch.conſ.124.tamen,nu.81.de ueriori,& magis recepta at teſtantem,lib.ſecundo.

Ex eo hęc magis communis,& vera opi.
85 confirmatur, † quod ſcribit Iaſ. in d.l.Gallus, §. quidam rectè, in 1.lectu. col.5. nu. 21.verſic.quod neceſſariò,& col.7.nu.29. verſic. primò limita.vbi inquit, quòd illa communis concluſio, quæ habet, quòd ſi teſtator inſtituit filium & nepotem,eos nō ſimul, ſed ſucceſſiuo ordine inſtituere intelligatur,locum ſibi vendicat in nepote ex filio, qui viuit, non autem in nepote ex filio præmortuo, quia cum in locum patris prædefuncti ſubintret, æqualiter ſuccedit cum patruo, d.§.cum filius.idemque repetit in 2.lect.col.4.nu.15.verſic.tertia concluſio Bart.& hoc per deciſionem Bal.in l. 1.col.3.C.de ſecun.nup.& Iaſonem ſequitur Pariſ. conſ.36.circa primum dubium, nu.11.verſic. tertiò non obſtat,col.3.lib.2.

Et ita tenendo, non obſtat prima ratio Baldi in dicto §.in fideicommiſſo,cum nō ſit vera, vt ibi Ioan.de Imola aduertit, quē ſequuntur Alex. & Iaſ. in citatis conſilijs: ſicque verba Iuriſconſulti ponderentur,nō magis dicit affectionem conſiderandam, quam in caſu dictæ auth.ceſſante. ſed ſimpliciter dicit proximiores vocandos, quo caſu debet intelligi ſecundum ordinē ſucceſſionis,quia de mente illius text.uidetur quòd proximiores eodem modo ad fideicommiſſum vocentur, quo de iure ad ſucceſſionem defuncti inuitantur, & ita poſt Imolam ſenſit Socin.ſen. conſ.51. viſa facti narratione,nu.19.verſic.nec obſtat,lib. 4. dicens hanc opinionem veriorem eſſe, per tex.in l.fin.C.de verb.ſign. in verb.gradatim.vbi dixit Caſtrenſis,quòd debēt gradatim admitti ſecundum ordinem ſucceſſionis, vt qui prius ab inteſtato vocatur, prius admittatur.

Secundo reſponderi poteſt,quia maior af-
86 fectio naturaliter eſt in poſteros, † quamuis remotiores,vt plus diligamus nepotes, quàm filios,cum ex ipſis longiorem propagationem perſpiciamus, ſicut commune votum parentum eſt.l.liberorum.ff.de verbor. ſign. Oldr.conſ.269.thema,ſiue tenor
* facti . num.2. in fine. & in proœm. l. cum auus.de cond. & dem.c.1.nu.1.ex Themiſtio,lib.2.de Anima.c.14.& alijs latè dixi.

Tertiò, relinquens fideicommiſſum a-
87 gnationi, † vel familiæ,cenſetur potius habuiſſe rationem eiuſdē familiæ,quàm perſonarum,quas dilexiſſe creditur propter agnationem.Anc.conſ.27.non ſeruato.col. 3.ad fin. verſic. hic autem loquimur. & ita dictum §.in fideicommiſſo, declarant Ludou.Roman.conſ.438. in cauſa. colu. penultim.verſic.ſicut & conſanguineo relinquitur.Caro.Ruin.conſ.240. viſa facultate eligendi.nu.ſexto, & 7. conſ.110. circa caſum, ſub nu.14. lib.2. Iacob. Mandel. conſ.51.deceſſit iam multis annis,nu.duodecimo.& infra.

Secundò non obſtat tex.in l.3.§.ſi duo. ff.de legitim.tuto.ex quo Bald. mouetur, cum ex eodem Ioanne de Imola in dicto §.in fideicommiſſo,cui ſe ſubſcripſit Francíſ.Aretin. dicto conſ.164.col.pen.parum ſtringat, & magis facit pro opin. Gloſſæ. Quia ibi nepotes in tutela liberti non admittuntur ſimul cum patruo, cum non vocarentur ad ſucceſſionem in bonis liberti.l.ſi patronus.§.1.ff.de bo.liberto.& hoc ad ampliandum fauorem libertatis, ne libertus plures patronos habeat, vt dicit Io. Fabri in §.fi.nu.2.verſic.ſed cur tam diuerſum.Inſtit.de ſucceſ.liber.

Non obſtat, quòd in feudo dictum eſt, vt in hæreditario tantum nepos intret in

locum

locum patris, ſecus in feudo non hæredita
rio, dicto cap. 1. de gradibus ſucce. in feud.
88 Nam multi aliter dicunt, † & diuerſimodè
dictũ c. interpretantur, vt ratio ſubintratio
nis nepotis procedat etiam in feudo non
hæreditario, & ita declarāt gloſ. in ca. 1. de
natu. ſucceſ. feu. vbi And. de Iſern. nu. 18.
Bald. Afflict. nu. 15. & alij. Dom. Abb. con
ſi. 85. duo, col. penultima, verſic. & per hæc
videntur ceſſare. vbi dictum c. retorquet al
legando dictum cap. 1. de natu. ſucceſſ. feu.
& cap. 1. ac 2. de feudo March. vt per eum,
Iaſ. in l. ſi auiæ. nu. 5. C. de ſucceſſ. edicto.
Dec. conſ. 443. in caſu ad me tranſmiſſo,
nu. 7. verſic. quartò hoc idem. Corne. con-
ſi. 131. præmittendum eſt, nu. 10. verſic. &
hoc modo, lib. 2. Alber. Brun. conſ. 70. cir-
ca quæſtionem propoſitam, col. 1. verſic. &
in feudo eſt tex. conſ. 71. dicitur adhuc, in
princ. Pariſ. conſ. 3. videtur prima facie, nu
me. 42. & infra, lib. 1. & conſ. 10. mortuo Il
luſtr. Do. nu. 4. eodem vol. vbi de commu-
ni opinio. atteſtatur, citās Aretinum, & Al-
uarotum, Carol. Ruinus conſ. 112. circa ca
ſum, nu. 16. lib. 1. conſ. 171. caſus iſte, nu-
me. 13. verſic. vnde ex natura, lib. 2. conſil.
203. de duobus principaliter, col. antepe-
nult. in 2. dub. verſic. ſed præmiſſis non ob-
ſtantibus, eodem vol. Rub. Alex. conſ. 36.
enitar explicite, nu. 4. verſic. tertiò & vlti-
mò. Rol. de Valle, conſ. 68. perſpectis dili-
genter omnibus, nu. 16. & 54. li. 1. Io. Fab.
in dicto §. cum filius, nu. 3. verſi. quid ergo
dices in feudo.

Sed his opinionibus inuicem pugnanti
bus, prima ſcilicet glo. in dicto §. in fideicō
miſſo, vt filius locum patris etiam in fidei-
cōmiſſis ingrediatur, ita vt nepos inſimul
cum patruo ſuccedat: Altera Baldi contra
glo. ibi, vt ſolum in legis diſpoſitione hæc
ſubingreſſio vera ſit, non autem in diſpoſi-
tione hominis. Superuenit tertia diſtinguē
tium opinio, & dictas opiniones concilian
tium, vt gloſ. ſententia conſtans ſit, vbi de
ſuccedendo aſcendenti, vel patruo agit, ſe-
89 cus ſi de † ſucceſsione tranſuerſaliũ in gra
du remotiori exiſtentium, quo caſu vera ſit
Baldi, & ſequacium opin. & ita diſtingunt
Io. Fab. in d. §. cum filius, ante nu. 2. verſic.
ſed dic. Inſtit. de hæred. quę ab inteſta. Ale
xan. conſ. 44. videretur, nu. 19. verſic. quia
reſpondeo, lib. 5. Iaſ. conſ. 159. in præſenti
conſultatione, col. 2. nu. 2. li. 4. Socinus ſe-
nior conſ. 252. viſis inſtrumentis. nu. 11. ver
ſicu. prę ſuppono etiam, li. 2. Dec. conſ. 79.
& pro tenui, col. 1. verſi. his præſuppoſitis.
conſ. 217. in caſu propoſito, col. 2. in prin-
cip. & nu. 2. verſic. ſecus ergo. Curtius iu-
nior conſ. 22. præſupponitur in facto, nu.
11. conſ. 57. habita diligenti conſideratio-
ne. col. 4. nu. 8. verſic. aggredior nunc, conſ.
58. circa præmiſſam conſultationem, col. 1.
in princ. conſ. 128. præſupponitur, col. 3.
nu. 11. dicens in tanto conflictu ſibi ſemper
iſtam diſtinctionem placuiſſe, ſæpeque ita
conſuluiſſe. verſic. confirmantur præmiſſa,
conſ. 154. præſupponitur in facto, col. 2.
nu. 7. conſ. 161. eiuſdem initij, vbi dicit iſtā
eſſe magis communem opinionem. Ludo.
Gozad. conſ. 4. prima facie. col. 9. nu. 32.
verſic. non obſtat conſilium Decij primũ,
& conſ. 59. prima facie dicendum, col. 1.
nu. 5. verſic. vbi expreſſè dicit. Pariſ. conſi.
36. circa primum dubium, col. 2. in princi.
nu. 1. conſ. 38. in hac conſultatione, col. 3.
nu. 15. conſ. 40. iſte abnepos, nu. 28. & 29.
lib. 2. conſ. 42. ad reſolutionem dubitatio-
nis, col. 3. nu. 25. verſic. & ideo, lib. 3. Ca-
rol. Ruin. conſ. 134. viſo ac perlecto teſta-
mento, nu. 22. verſic. & dato, quod opinio
gloſſæ. conſ. 168. proponitur. nu. 11. verſic.
& facit, quod notat gloſ. conſ. 181. viſis cō
filijs, nu. 5. lib. 2. idem Ruin. conſ. 40. circa
dubium, col. 2. nu. 4. verſic. quia regulari-
ter inter conſilia Rubei Alexand. & ipſe
Rub. conſ. 82. viſo eleganti conſilio, col. fi.
verſic. & iſtud non negat. Socinus iunior
conſ. 126. maxima profecto. nu. 11. lib. 1.
dicens illam gloſ. in d. §. in fideicommiſſo.
procedere, quando fideicommiſſum fuit
ordinatum ab eo, qui erat aſcendens vtriuſ
que cōtendentis, conſ. 20. non diſputabo.
col. 3. & infra, nu. 8. lib. 3. Franc. Marzar. in
tracta. de fideicommiſ. in 2. par. q. 18. vbi de
communi meminit, ſicque fuiſſe iudicatũ
per Dominum Hieronymum Torniellum
in Rota Florentina. And. Alcia. in dicto §.
in fideicommiſſo, nu. 11. in fine. Didac. Co-
uar. lib. practic. quæſ. cap. 38. ante nu. 5. ver
ſic. Nono ſecluſis hiſce caſibus. vbi commu
nem opinionem, & ſine dubitatione verā
eſſe dicit. Ioan. Cæphalus dicto conſ. 16. vi-
ſis omnibus, nu. 32. uerſi. ſecundò moueor,
lib. 1. aſſerens iſtam diſtinguentium opin.
cęteris prę ualere, & omninò ſeruandam eſ
ſe, conſ. 215. præſuppoſita, nu. 19. lib. 2. con
ſil. 489. teſtator, nu. 42. & 43. lib. 4. vbi de
magis communi teſtatur. Franciſc. Manti-
ca de coniectu. vltim. volunt. lib. 8. titu. 9.
nu. 3. dicens iſtam diſtinctionem ſibi ratio
nabilem videri, de magis communi opin.
poſt Curt. iun. fidem faciens. Celſ. Hugo
conſ. 49. Petrus Raymundus, nu. 16. verſic.
& quod idem ſit. Franciſ. Burſat. conſ. 1.

non abeſt.nu.25.verſic.non enim, & conſ.
67.nu.9.lib.1.& poſt Alciatum, idem rur-
ſus ſenſit ipſe Cæphal.conſ.488. teſtator,
nu.42.& 43.de magis communi atteſtans,
lib.4.Iacob. Menoch. conſ.124. tametſi,
nu.56.lib.2.Natta conſ.424.res caret pro
babili dubit.nu.3.lib.2.

Prædictaque opinio, in eo reſidet: nam
ſecundùm Decium,& alios diſtinguentes,
90 In dubio teſtator † conformare ſe cum di-
ſpoſitione iuris communis cenſetur. Bart.
nu.4.Ange.Cuman.Alexan.& Socin. col.
pen.verſiculo, poſtremò ex dictis Baldi, in
dicta l.hæredes mei.§.cum ita, vbi Hiero-
nym.Zanchus,nu.1119.plures citat. ff. ad
Trebellian.Bald.in l.precibus,nu.44.in fi-
ne,verſic.nam & teſtator. C.de impube.&
al.ſubſtit.in l.cum patrem.in fin. verb.per
illum text.C.de condit. inſert. in dicta l.
Gallus.§.quidam rectè,in princ. in 3.not.
poſt Cynum. ff.deliber. & poſthum. Petr.
Anchara.conſ.120.pro clariore deciſione
dubij, circa finem, verſic.ita enim verba te
ſtatoris. Alexan. conſ.87. viſis codicillis,
col.6. lib.2. conſ.103. viſis ſcripturis, col.
3.eodem vol.conſ.55.perſpectis his,col.2.
& 3.nu.4.lib.4. Dec. conſ.256. Quæritur,
an legitimatus,col.2.verſic.hoc idem con-
firmatur.Corneus conſ.22. in hac conſul-
tatione, col.5.& 6.lib.2. Iaſ. in l.qui filia-
bus,col.3.de lega.1.& conſ.84.Puto. col.
2.nu.2.verſic.ex prædictis omnibus, lib.1.
conſ.215.ex Valentia Ciuitate, col.pen.
verſi.unde ſuccedit regula, libro ſecundo.
ad iſtos terminos conformitatem allegatã
adducens,& multos citans, Socinus iunior
conſ.135.uiſo puncto prædicto.col.tertia.
nu.quarto.verſic.& hoc ex mente, lib.pri-
mo.conſ.139.uiſo themate prænarrato,
nu.27.eodem volum. Sed de iure commu
ni, ubi de ſucceſsione aſcendentis agitur,
vel patrui filius in locũ patris prædefuncti
ingreditur, dicto §.cum filius, Inſtitut. de
hære. quæ ab inteſt. defer. & in Auhen. vt
fratrum filij.

Cęterum cum in propoſito tractetur de
ſucceſſione olim Domini Ioannis Caroli
ſenioris aui,& proaui reſpectiuè ad Dom.
Ioan.Aloyſium, dictumque Troianum, &
fratres, l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulga.
& pupilla.meritò ijdem pronepotes debẽt
locum Dom.Ioannis Hieronymi ipſorum
patris ingredi, cum prout de nepotibus, ita
91 de pronepotibus, † text.in dicto §. cum fi-
lius, loquatur: & tradunt Decius dicto cõ
ſil.217.in caſu propoſito, nu.ſecundo. ver-
ſic.Sed in propoſito agitur, Franc. Aretin.
conſ.136.reſpondendo ſummatim, col.1.
Goza.dicto conſ.4.prima facie videtur di-
cendum,col.9.in princip.ante nu.33. Pa-
ri.conſ.38.in hac conſultatione,nu.8.li.2.
conſ.36. circa primum dubium, col.2. in
princ.nu.1.eod.vol. Socin.iun.conſ.126.
maxima profecto,nu.10.lib.1.

Quæ repręſentatio vltra pronepotes cõ
92 cedenda in iure eſt, † ẽt in decimo gradu,
quod expreſſim tenet gl. & illic Io. Fab.in
§.multis,in verb.ad quintum. Inſti. de ſuc
ceſ.lib.Cy.in tract.de ſucc. ab inteſt.in eo-
demq; tract.Rol.col.11.verſic. ſed ſi cum fi
lijs.idẽ Fab.in §.cæterum, nu.3.Inſt.de le-
gitima agnat.ſucceſ.Salyc. in auth.in ſuc-
ceſſione,in fi. C.de ſuis, & legitim. & poſt
93 Eguinatium Baronẽ † quem alterum Var-
ronem doctrina, & in iure ciuili eruditio-
ne appellat Franciſcus Duarenus Andreæ
Guillarto ſcribens. idem voluit Didacus
Toletanus in lib.pract. quæſtion. cap.38.
nu.5.verſi.idcircò mihi potius placet.quo
rum opinionem probari vult Couarruuias
94 Iuriſconſultus † eminentiſſimus in §.item
vetuſtas, verſic.ita tamen.Inſtit.dicto titu.
de hær.quæ ab inteſt.deſer.vbi in ſucceſſio
ne hęreditatis aſcendẽtium,ſuccedunt ne-
potes, pronepotes,& aliæ perſonæ deſcen-
dentes ex maſculo, vel fœmina in ſtirpes,
& non in capita, idem ferè traditur in d.au
then.in ſucceſsione.quòd ſi vlteriores per
ſonæ.poſt pronepotes ſuccedunt aſcendẽ-
tibus in ſtirpes, vt conſtat: plane ſequitur,
filios admitti in locum parentum præmor
tuorum per repræſentationem, alioquin
ſucceſsio in ſtirpes interdiceretur, quod e-
tiam voluit Iac.Menochius conſ.194.duæ
ſunt,nu.4.lib.2.

Nõ obſtat, ſi adhuc fortius quis oppone
95 ret repræſentationem † ſubrogationem-
que prædictam non procedere in ſucceſſio
ne fideicommiſsi, cum repugnat voluntas
teſtatoris, quę vel ex cõiecturis colligi poſ-
ſit, & in propoſito vehemens illą coniectu
ra adſit, cum Dom.Ioan.Carolus ſuperui-
uentes ſubſtituerit, vt in his terminis repre
ſẽtationis,& ſubingreſsionis, voluere Cur
tius iunior conſ.57.habita diligenti conſi-
deratione,nu.9.verſic.præmiſſa tamen. ci-
tans tex.in l.qui plures.ff.de vulg.& pupil.
la.vbi dicit, quòd in ſubſtitutione de qua
ibi, quando ſubſtitutionis conditio euenit
eo quia vnus hæres partem ſuam repudia-
uit, ad ſuperſtitem tota portio pertinebit,
vnde gloſ.ibi exponit, ad ſuperſtitem tan-
tum, quaſi dicat, non ad hæredes mortui,
& cum illa gloſ.cæteri tranſeunt.vult ergo

Ac-

Accurſius declarando verbum,ſuperſtitē,
poſitum in textu,quòd vbi hæreditas ad ſu
perſtitem debet deuenire,hæres mortui cū
ſuperſtite non admittatur, ſubdens Curt.
iu.hunc tex.non ignoraſſe Lud. Ro.in cōſ.
ibi allegato,Cor.conſ.182. Videtur prima
facie.nu.6.li.2.Pariſ.cōſ.37.ſi bona & res,
nu.51.& in fi.lib.2. Soc. iunior conſ.116.
viſo puncto,nu.11.lib.1. Decius conſ.79.
& pro tenui, col.prima.verſic. præmittendum
eſt.Iacob.Menoch.conſ.200.vtinam
quòd Iuſtinianus, nu.39.verſic.ſexto acce
dit,libro ſecundo.

Nam reſpondeo,vt ſupra dicebam, circa
coniecturā tranſmiſſionis fideicommiſſi
conditionalis ex mente Rapha.Cuman.d.
conſ.13. Titius, circa medium, argum. l.
Lucius Titius.2.in fi.de hæred.inſtit.& ex
intentione ſubtilis,ac eruditi Doctoris, D.
Hieronymi Gabrielij, vt coniectura hæc,
ex alijs coniecturis deſuper conſideratis elidatur,
quas repetere non expedit:quo ca
ſu verbum,ſuperſtites, vel ſuperuiuentes,
hanc repræſentationem non impedit, vt
etiam Pariſ.dicto conſ.37.nu.56.verſic.&
licèt Cumanus,lib.2.conſiderabat, traditque
Franciſcus Mantica in d.tract.de con
iect.vltim.volunt.lib.8.tit.9.nu.5.in fine,
verſic.niſi aliud appareat. vna namque for
tior prçſumptio,ſiue coniectura tollit aliā.
l.diuus.ff.de in integrum reſtitu.Alex.con
ſi.54.in caſu, nu.11.lib.7.Decius cōſ.479.
in controuerſia,nu.6.conſ.575.in caſu.nu
me.5.& duę prçſumptiones tollunt vnam.
Ioan.And.in additio.ad Specul.titu.de ac
cuſa.§.1.verſic.ſed pone, quod obijciens.
Natta conſ.29.licet,nu.14.lib.1.Caro.Rui.
conſ.3.de pluribus,nu.17.lib.2.

Et prædicta fortificantur ex illa condi-
96 tione,& caſu,quo deficeret linea † filiorum
maſculorum Petri,& Mutij filiorum ipſius
teſtatoris,ac filiorum Martini,in quem ca-
ſum filij maſculi Ioannis Baptiſtæ ſubſti-
tuuntur: verba enim dictæ conditionis tra
ctum ſucceſſiuum habent, & comprælien-
dunt omnes filios maſculos in infinitum
de illa linea.Alexan.conſ.53.conſideratis
his,quæ in themate,nu.12.lib.6.Simon de
Prætis in tract.de interpreta.vltim.volunt.
lib.3.interpretat.2. dubit.1.ſolut.11.nu.
51.faciuntque tradita per Nicol. Bellon.
conſ.80.quondam Dom.Ioannes,num.2.
97 verſic.nam in linea.dicens in linea † aſcen
dentium, deſcendentium, & collateraliū
plures gradus conſtitui.l.Iuriſconſultus.§.
ſunt & ex lateribus. ff.de grad. cognat.&
ſcribit Decius conſ.365.viſo conſil.col.4.
in princ.verſic.& certè ſtante tali filio.li-
98 neam dici collectionem † perſonarum ab
eadem ſtipite deſcendentium,gradus con
tinentem,& numeros diſtinguentem. Pet.
de Ancha.conſ.95.in quæſtione,quæ verti
tur,col.penult.circa finem,verſiculo,ad pri
mum eſt dicendum.

Quintò, quo ad prædilectionem, quæ
ſumitur ex inſtitutione de Ioanne Aloyſio
facta,vt cēſeatur prędilectus etiam in ſub-
ſtitutione, cùm dicti pronepotes in con-
ditione tantum poſiti ſint: dicendum eſt,
eoſdem Troianum, & fratres non ideo mi
nus prædilectos cenſeri, nam Dom. Ioan.
Hieronymus ipſorum pater inſimul cum
Ioanne Aloyſio fuit inſtitutus, in cuius lo-
cum ipſi Troianus, & fratres ſubintrant,
quæ ſubintratio fit cum omnibus qualita-
tibus: ſubrogatum enim ſapit naturam e-
99 ius,† in cuius locum ſubrogatur,§.fuerat.
Inſtitu.de act.l.ſi cum.§.qui iniuriarum.ff.
ſi quis caut. & pater ac filij cenſentur vna
perſona: & ſicut Dom.Ioann.Carolus prę
dilexit Ioan.Hieronymum,ita etiam prędi
lexiſſe, & prætuliſſe videtur eius poſterita-
tem,argumen.l.cum auus.ff.de cond.& de
monſtrat.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom-
miſ.& l.generaliter.§.cum autem. C.de in
ſtitut.& ſubſtitutio. quæ leges procedunt
100 etiam ſubſtituto alio † teſtatoris filio,Ra
pha.Cuman.in dicta l.cum auus.Bald.col.
1.nu.1. in d.l.cum acutiſſimi, vbi Salyce-
tus, nu.3.Pau.de Caſtro,nu.5.& And.Bar
bat.col.26.& Alexan.in dicto §.cum autē,
vbi Ioan.Pet.de Monte Sperel.Cor.col.1.
& Iaſ.nu.2.idemque tradunt Alexan. con
ſi.5.circa primum dubium, nu.4.verſic. &
illud eſſet verum,lib.3.conſ.38.perſpectis,
nu.11.verſic.poſſet & reſponderi,lib.6. Lu
douic.Roman.conſ.370.in propoſita con
ſultatione,col.prima. Paul. de Caſt. con-
ſi.14.ſi contingat dictam Do.Liſam,col.1.
nu.1.lib.1.conſ.198.ſuper primo quæſito
col.1.li.2. Curtius ſenior conſ.45.ſtatuto.
col.8.verſic.quia diſpoſitio,conſ.63.anti-
quiſſima,& nobiliſſima familia,col.12.ver
ſic.non obſtat,Socinus ſenior conſ.182.li-
cet filia,col.2.verſic.cōfirmatur,conſ.227.
præſens conſultatio.col. fin. verſic. nec ex
eo,lib.2.Ruin.conſ.124. viſo teſtamento,
nu.2.lib.3.conſ.131.in themate,col.3.nu.
4.eodem vol.Socinus iunior de communi
opinio.atteſtans,conſ.126.maxima profe-
cto,nu.18.lib.1. Ioan. Caphal. conſ.306.
conſultatio frequens, nu.8.vbi communē
eſſe dicit,lib.3.Rolan.de Valle, conſ.100.
quoniam,nu.21.lib.primo.& ſi non eſſent
æqua-

æqualiter dilecti, vtique non venirent vnà
cum patruo, vt veniunt. Cæphalus dicto cõ
ſi.16.uiſis omnibus, nu.60. quod maximè
procedit, iure tranſmiſsionis concurrente.
Vlterius licet pronepotes in conditione
poſiti ſint, tamen ex coniecturis vocati di-
cuntur, vt in ſuperioribus eſt declaratum.
Nec refert, Ioannem Aloyſium fuiſſe geni
tũ tẽpore conditi teſtamenti, & mortis te-
ſtatoris, dictos verò nepotes nequaquam,
vt maior ſit affectio ad natos, quam naſcitu
ros, d.l. qui filiabus. cum ſimilibus.
101 Nam huius legis argumentum, † non
procedit, cum diſpoſitio in aliquem futu-
rum euentum conferretur, vt hic. ita Ale-
xan.conſ.37. viſo themate, col.fin.nu.19.
verſic. vltimo non obſtat, libro ſexto. per
text. in l. iubemus, in verb. poſthumo. C.
ad Trebellia.
Sextò, & vltimo, concludendum eſt, in
fideicommiſsis attendi proximitatem non
102 grauati, ſed fideicommitentis, † quia per
fideicommiſſum ſucceditur ipſi teſtatori,
non autem vltimo defuncto. l. cohæredi. §.
cum filiæ. ff. de vulgari & pupillari. l. ſanci
mus. §. cum autem. C. ad Trebel. l. vnum ex
familia. §. ſi de falcidia, de lega. 2. & ita vo-
luere Ioan. Petrut. de Monte Sperel. in l.
cum acutiſsimi. C. de fideicommiſ. Ioan.
Baptiſta Caccialup. de San. Seuerino, in l.
generaliter. §. cum autem, q.25. C. de inſti
tu. & ſubſtitu. Alex. conſ.30. viſo teſtamen
to Albertini, col.1.nu.4. verſi. tamẽ in hoc,
contra Dyn. lib.2. Corneus conſ.199.nu.6.
lib.2. Iaſ. conſ.215. ex Valentia Ciuitate,
col.1.nu.2. lib.2. dicens ſe cum hac com-
muni opin. reſidere, & ſic eſſe tenendum.
conſ.159. in præſenti conſultatione, nu.1.
verſic. tamen in caſu noſtro, lib.4. Socin. ſi-
bi inconſtans, conſ.6. in præſenti conſulta
tione, nu.21. verſic. cum per fideicommiſ-
ſum, lib.3. conſ.33. viſo teſtamento, col.2.
nu.7. verſic. & tenendo iſtam partem, lib.4.
Dec. conſ.1. memini me, nu.4. verſic. ſed in
iſto fideicommiſſo, conſ.79. & pro tenui,
col.1. verſic. & pro fundamento, conſ.217.
in caſu propoſito, col.2. uerſi. & pro clara.
cõſ.304. in caſu propoſito, nu.2. & 4. Gual
denſ. titu. de ſubſtitu. caute. 21. num.3. vbi
magis communem opinio. eſſe dicit. Ca-
rol. Ruin. ſibi contrarius, conſ.142. viſo ac
perlecto teſtamento. nu.16. cum hac ſentẽ
tia tanquam ueriori pertranſiens, libro 3.
Curtius iunior conſ. 58. circa præmiſſam
conſultationẽ, col.1.nu.2. uerſic. quia hoc
modo conſeruatur. Rube. Alexandr. conſ.
126. uiſo teſtamento Matthæi, nu.3. uerſi-
culo, ſecundus caſus, & in l. Gallus. §. qui-
dam rectè, col.30. & infra, uerſic. ſexta, &
ultima concluſio. de liber. & poſthu. And.
Alciat. in dicta l. cum ita. §. in fideicommiſ
ſo, nu.7. de legat. 2. dicens eos qui Socini
ſenioris opinionem ſequũtur, leuis arma
turæ milites eſſe, & ſic ibi Oldradum, Bal-
dum, Albericum, & Cumanum ſentire, &
in l.2. §. quiſquis autem, nu.41. ff. de uulg.
& pupilla. Ioan. Crot. in l. filiusfamilias. §.
Diui, nu.160. uerſic. quartò quæritur, & ibi
Ferdin. de Loazeſ. nu.545. & Franciſ. Ripa
nu.31. de lega.1. idem Ripa in l. Lucius, col.
fin. nu.47. dicto titu. de uulga & pupilla. &
in l. ex facto, in princip. nu.6. ff. ad Trebel.
And. Tiraquel. in tracta. de retract. lignag.
§.11. gloſ. ſecunda, nu.21. uerſic. quæ autẽ
ſupra. Didacus in lib. Practic. quæſtio. cap.
38. nu.3. Franciſcus Mantica in tracta. de
coniectu. ult. uolunt. lib.8. tit.12. nu.31. refe
rẽs Tyberium Decianum de communi at
teſtantem. Pariſ. conſ.3. uidetur prima fa-
cie, nu.38. lib.1. conſ.36. circa primum du
bium, nu.2. conſ.37. ſi bona & res, nu.40.
conſ.38. in hac conſultatione, nu.15. con-
ſil.93. potuit proculdubio, nu.36. lib.2. cõ
ſil.42. ad reſolutionem dubitationis, nu.
24. lib.3. Nat. conſ.675. habito ſæpius col-
loquio, nu.24. lib.5. Rolan. de Valle, con-
ſil.70. quoniam, nu.74. dicens opinio. con
tra Socinum communiter reprobari, lib.3.
Hieronym. Gabriel. conſ.86. ut uera reſolu
tio. nu.11. aſſerens hanc opinio. ſæpius ſe-
quutum fuiſſe, & magis commmunem eſſe,
& nu.14. in fine, conſ.107. Dominicus, nu-
me.2. de ueriori, & receptiori atteſtans,
conſ.121. Ludouicus, nu.10. & 11. ſcribens
contra Socinum, & ſequaces ueriſsimam,
& communem opinionem militare, idem
repetens, nu.17. in fine, ſcillcet liquidò cõ
ſtare opinionem contra Socinum ueriſsi-
mam eſſe, & receptiſsimam. Fab. Acco-
romb. in l. hæredes mei. §. cum ita, nu.41.
ad Treb. Pe. Peralta Hiſp. in d. §. in fideicõ
miſſo. nu.24. Por. conſ.55. ex hoc ſanè per
plexo themate. nu.85.86. & 87. libro pri-
mo, Vbert. Zuccard. in l. fina. nu.70. C. de
edicto diui Adr. toll. Io. Cæphal. conſ.16.
uiſis oĩbus, nu.34. li.1. conſ.489. Teſtator,
nu.68. & infra, & conſ.493. Bartholomæũ
de Bondelmontibus, nu.13. cum pluribus
ſequentibus. Iacob. Menoch. conſ.124. ta-
metſi, num.3. ac etiam ante, & infra, dicens
pro hac parte ſtare Accurſium, Baldum, &
Caſtrenſem, omnibus ferè authoritatibus,
& rationibus pro opinione Socini facienti
bus reſpondens, & de communi atteſtans,

ante

ante numerum 35.lib.ſecundo,& conſilio
359.reſpondendum eſt, nu.4.lib.4.de ve-
ra,& magis recepta ſententia opinionis fi-
dem faciens.

Et pro hac opinio. Primò eſt text.in di-
cta l.cum ita,§.in fideicommiſſo .qui licet
à Socino in contrarium allegetur, tamen
retorquetur per Didac.d.cap.38.nu.3.ver
ſic.deinde,quia.Cæphal.d.conſ.493.Hie-
ronymum Gabrielium dicto conſ.121.nu-
me.11. & Iacobum Menoch. dicto conſ.
124.col.ſecunda.nu.primo. aliter intelli-
gendo,quàm Soc. intelligat, vt inſiſtendũ
non arbitrer.

Secundo, ipſam probat alius text. opti-
mus in l.is qui cum plures.de leg.3. cui So
ci.parum congruè reſpondet.

Tertiò facit,quod Bar. ſcribit in l. peto.
§.fratre, in princip. de lega.2.& in l. ſi co-
gnatis,col.fina.ff.de reb. dub.verſic.quæro
103 hic dicitur, quod legatum.vt in † dubio,
teſtatore vocante agnatos poſt aliquem no
minatim,fuiſſe vocatos potius agnatos ip-
ſiuſmet teſtatoris, quàm illius grauati, &
nominati,cenſeatur.

104 Quartò, nam in iure accreſcendi,† vul
garique ſubſtitutione, proximitas teſtato-
ris inſpicitur, Bartol.& cæteri,in l.Lucius.
ff.de vulgar.& pupill. & in l.re coniuncti,
dicto titu.de legat.tertio.Socin. ſen. in l.ſi
cognatis, nu.33. de rebus dub. Hierony-
mus Gabriel.dicto conſ.86.vt vera reſolu-
tio,nu.14.& hoc ex eo, quia teſtatori tunc
ſucceditur, ergo idem erit in fideicom-
miſſo ex eademmet ratione, dicta l.cohæ-
redi.§.cum filiæ.

Quintò afferuntur l.fi.C.de verb.ſign.&
l.fi.ff.ad Trebel.illas inducendo,vt per Ia-
cob.Menoch.dicto conſ.124.num.6.& 8.
libro ſecundo.

Sextò prędicta coadiuuantur,cum effe-
105 ctus diſpoſitionis,† cauſæ efficienti aſcri-
batur,l.ſi quæramus.ff.de teſtam.l.licet,C.
de procu.cap. at ſi clerici.ibi,quemadmo-
dum,extra de iudi.

Septimò,licèt hæres grauatus hæredita
tem adiuerit, tamen de bonis hęreditarijs
teſtari nõ poteſt,nec liberè diſponere, nec
in ijs ſucceſſorem habere.l.fi.§.ſed quia,&
authent.res quæ, C.commun. de lega. Vt
proinde,nec in dubio præſumatur de ijs te
106 ſtari † voluiſſe,Rolan.de Valle, conſ.71.
viſis priuilegijs,nu.26.li.2.Aliquando igi-
tur hæreditas nemini eſt reſtituenda,& tũc
per aditionem deſinit eſſe hæreditas, patri
moniumq́ue hæredis efficitur,gloſ.in l.pri
ma.§.veteres.ff.de acqui.poſſeſ.Aliquan-
do verò alij venit per fideicommiſſum vni
107 uerſale reſtituenda,† tuncq́ue licèt adita
ſit, & appręhenſa, adhuc tamen hæreditas
dicitur, nomenq́; hæreditatis retinet, eius
inquam, qui illam reliquit.Iaſ.in rub.col.
3.poſt med.nu.11.in 2 limita.ff.ſoluto ma
trim.& in l.1.col.pen.circa med.verſic.vn
de pro veritate cõſidera.C.vnde vir, & vx.
vbi Dec.col.4. nu.18. verſic. ſed ad hoc e-
tiam poteſt reſponderi. idem in dote, quæ
cum onere recuperatur, vt nomen dotis re
tineat,ad hoc vt illud onus impleatur con
cludentes,vt l.cum filiæ dotem. C.de coll.
in auth. ſed quamuis. C.de rei vxo. act.vt
hinc colligatur teſtatori,& non grauato ſuc
cedi,ac meritò intelligi oporteat non vlti-
mo morientis, ſed teſtantis proximitatem
inſpici debere.

108 Octauò congruit,nam † fideicommiſſa,
ſicuti & legata, relinquuntur ob affectio-
nem, quam habet teſtator ega eum cui res
acquiritur,iuxta l.nec adiecit.ff.pro ſocio.
l.alimenta,in principio,vbi Barto.ff.de ali
men.& cibar.lega.& in ſpecie fideicommiſ
ſa ob affectionem, & merita erga teſtatorē
relinqui,tradit Socin.ſenior,conſ.37.Vilo
teſtamento,col.3.nu.6.verſi. Secundo iſta
concluſio,lib.3.Pariſ.conſ.99. Si conſide-
ramus bona.in fine,nu.19.verſic.Et in iurę
certiſſimum eſt. lib.2. Pariſ. conſ.3. Vide-
tur Dom.Diogenem, nu.47. verſic. Acce-
dat etiam, poſt Corneum,& Romanum, li
bro 3.Sed ſi grauati proximitatem ſpecta-
remus, non teſtatoris fideicommittentis,
ſequeretur quòd fideicommiſſum ex affe-
ctione grauati acquireretur, quod eſt ab-
ſurdum: ergo dicendum eſt affectionem
teſtantis inſpici, cum aliàs euenire poſ-
ſet, quòd ei quem teſtator odio habuit a-
109 quireretur, quod abſurdius, † & iuri re-
pugnans eſſet.l.Lucius Titius.§.Lucius Ti
tius. ff. de legat.ſecundo, & ſic argumen-
tatur Franciſc.Ripa,in dicta l.ex facto, in
princip.nu.7.ff.ad Trebel.& Andr.Alciat.
in d.l.ſecunda,§.quiſquis autem.num.42.
de vulg.& pup.

Nono, quia verba in dubio magis ad te
110 ſtatorem † referuntur, quàm ad eius hę-
redem,Bar.d.l.cum in teſtamẽto. ff.de au.
& arg.leg.in d.l.ex facto.prin. Dec.in l.fin.
nu.4.C.de impube.& alijs ſubſtit. ac con-
ſi.371.In cauſa,nu.4.verſic. Iſta enim ver-
ba.poſt Alexand.conſ.56.Conſideratis ver
bis teſtamenti. nu.2. lib.1. Vnde filiorum
111 mẽtio † ad teſtantis filios refertur,non au
tẽ eius hæredum,vt dicit Alexan.conſ.88.
Perſpectis, nu.3.lib.6. ſicut de mentione
hęre-

hæredum, tradit ipſe Alexand. dicto con-
ſil. 56. col. 1. verſic. Ita enim intelligunt,
de quo alibi.

Nimirum ſi ſtantibus prædictis, cum le-
gitimatus ſubſtitutum non excludit ob no
112 bilitatem, † teſtantis nobilitas, non autē
hęredis grauati inſpicitur, vt indicauit An
gel. in ſua diſputatio. incipien. Nobilis qui
dam genere. Angel. Imo. & Alexand. in
l. ex facto. ff. ad Trebellian. vt alia ſimilia
prætercam. ſolam And. de Iſer. in capit. 1.
de grad. ſucceſ. in feud. authoritatem ad-
dam, dicentis agnatum venientem ad ſuc-
ceſſionem vltimi ſine maſculis decedentis,
non venire vt ex nunc, ſed prout ex tunc,
vt per eum.

Præterea, cum Ioan. Carolus iunior de
ceſſerit ſine deſcendentibus, & eius linea
113 ſit finita, † multò magis vera eſt opin. con
tra Socinum, vt proximitas teſtatoris ſit
ſpectanda, non vltimi morientis, cum quo
eius linea extinguitur, vt conſuluit Iacob.
Philipp. Port. Imolenſis, conſ. 55. ex hoc ſa
nè perplexo themate. nu. 83. 84. 85. & in-
fra. vbi ſuper fideicommiſſo illorum de Ca
pitibus liſtæ, ad quod aſpirabant Syluius
teſtatoris pronepos ex Petro filio hærede
inſtituto, & Hieronymus abnepos vlterio-
ris gradus ex Federico alio filio, ac teſtato
ris hærede, Syluius ſolus veluti proximior
prælationem affectabat, Hieronymus verò
oppugnabat, dicens ſe fuiſſe locum patris
ingreſſum, & propterea vti patrē repræſen
tantem eſſe admittendum vnà cum Syl-
uio: & pro eo Portius reſpondit, teſtatoris
proximitatem eſſe attendendam in eo ca-
ſu, in quo linea vltimi defuncti erat finita,
idemq; poſt Riminaldum iuniorem, & Ia-
cobum Menochium referendo huiuſmodi
factum, & Portij Imolenſis reſponſum, cō
cludit Ioan. Cæphal. dicto conſ. 493. nu.
42. verſic. Poſtremo adduco, libro 4. &
voluit hoc etiam Franciſc. Manti. in d. tra-
cta. de coniectu. vltima. voluntatum, lib. 8.
titulo duodecimo, nu. 31. verſic. Sed cum
deſcendentes.

Hæc materia cum ſit valdè intricata, &
114 perplexa, crediderunt aliqui † optimum
eſſe, ex coniecturis videre, quæ fuerit mens
diſponentis. Socinus conſ. 37. Viſo teſta-
mento, ſub nu. 3. lib. 3. Carol. Ruin. conſ.
167. Viſo teſtamento Domini Valerij, an-
te numerum decimum tertium, verſic. Et
ad omnia contraria, libro ſecundo, conſ.
142. Viſo ac perlecto teſtamento, nu. 17.
lib. 3. Hieron. Gabr. dicto conſ. 86. nu. deci
moſeptimo, & conſ. 107. nu. octauo. Fran-
ciſcus Mantica, dicto lib. 8. titu. 12. col. 13.
in principio. verſic. Quanquàm, ante nu.
32. fol. 193.

Si itaque mentem dicti teſtatoris ex ver
bis teſtamenti coniecturari volumus, pro-
ximitas ipſius erit inſpicienda, non autem
vltimo morientis: cum ut idem Mant. vo-
luit, referendo Tyberium Decianum, teſtā
115 tis proximitas † attēderetur, ſi vſus fuiſſet
uerbis, quę ad eius perſonam referantur,
ueluti ſi ſubſtituat in eius hęreditate, uel
ſuis bonis. unde cum uoluerit Vallem Gi
niani ſemper nominari Vallem Ioānis Ca-
roli Riuerę teſtatoris, ultra uerba quę in
principio fideicommiſſi poſuit, terras, ui-
neas, & omnia alia eius bona ibi conſiſten-
tia, de hac mente coniecturata appare-
re uidetur.

Eſt tamen uerum, in pręſenti caſu hanc
difficultatem ceſſare, ex quo admittimus
ſubintrationem, ex qua Dom. Ioan. Hiero
nymus per eius filios repręſentatur, ut ſu-
pra dicebam, ut nepos & pronepotes ſint
in pari gradu, & alter non ſit proximior, ut
conſiderat Cęphal. d. conſ. 489. Teſtator
filijs inſtitutis, nume. quinquageſimo no-
no, uerſiculo, Quibus etiam remouetur.
Quod ipſe comprobabat, licet enim à ſtatu
116 to, † uel lege uocati ſint proximiores, ta-
men nepos admittitur unà cū patruo, quia
cenſetur in gradu patris. Alexand. conſ.
88. Quod concurrere, nume. quarto, li-
bro 1. Dec. conſ. 299. in cauſa mihi com-
miſſa, nu. 6. conſ. 527. in ciuitate Rauennę.
ante nu. 8. verſic. ſed ad hæc etiā reſponde-
tur, & conſ. 553. in ciuitate Lucana, nu. ſe-
cundo, verſic. & iſta concluſio. Pariſius con
ſil. 20. pro vera reſolutione, nu. 23. verſic.
& quod filius, li. ſecundo. nam vt dicit Bal.
117 quem refert Decius † dicto conſ. 527.
nu. 8. quando filius ingreditur locum pa-
tris, non corrumpitur gradus, ſed repręſen
tatur, ita vt filius reputetur eſſe in eodem
gradu in quo erat pater, ſequitur Socinus
iunior conſ. 116. viſo puncto pręditco, nu.
28. verſic. nec in propoſito, libro primo. &
poſt Alexand. & Ruinum, Iacob. Menoch.
conſ. 200. vtinam, quod Iuſtinianus, nu.
44. lib. ſecundo, dicens etiam ex Andrea
Alciato, filium ingredi in locum patris e-
tiam ex lege duodecim tabularum, verſic.
primò ita argumentantur.

Et ſic ex pręditis conſtat, arguendo à
ſufficienti partium enumeratione, dictos
Troianū &c. ex perſonis proprijs, ſiue pro
prio iure, ac etiam ex perſona, & iure olim
D. Ioannis Hieronymi ipſorum patris, de-

bere

bere ad fideicommiſſum dictæ Vallis Gi-
niani admitti.& quamuis omnia ferè con-
traria ſint ex fundamentis ipſis in oppoſi-
tum adductis, ex eiſdemque met rationi-
bus,quę concludenter retorquentur,ſubla
ta:pro clariori tamen reſolutione,dictis cõ
trarijs ſic reſpondetur.

Non obſtat igitur primo, quòd appella
tione filiorum, nepotes non veniant,quan
do diſpoſitio fuiſſet effectũ ſortita, vel poſ
ſet ſortiri in perſona filiorum, Barto.in di-
cta l.liberorum, nu.18. cum alijs deſuper
adductis,per text.in l.Gallus.§. idem cre-
dendum.nam reſpondetur, Primò Barto-
118 lum debere intelligi, † quando in filio
adimpleta eſt diſpoſitio, ſecundum inten-
tionem diſponentis, omnemque affectum
habuit,ſicut in terminis dicti §.idem credẽ
dum.Nam illo caſu, teſtator ſubſtituit ne-
potem ex filio, ne per eius præteritionem
teſtamentum rumperetur, & ad hunc fi-
nem,& effectum principaliter,iuxta conſi-
lium Galli.Si ergo nepos ſucceſſit, prone-
pos hoc caſu vocatus nõ intelligitur,necve
nit appellatione nepotis, quia in perſona
filij teſtamentum habuit effectum, ſecun-
dum intentionem teſtatoris,qui nepotẽ in
ſtituit,ne per eius præteritionem rumpere
tur,& quòd nepote admiſſo nõ poteſt am-
plius rumpi, nec eſt irritabile. Sed in caſu
noſtro quamuis adſit Io.Aloyſius, in eius
perſona non poſſet diſpoſitio effectum ſor
tiri, ſecundum intentionem teſtatoris,qui
non ſolùm voluit ei prouidere, & acquiri
fideicommiſſum, ſed omnibus filijs Marti
ni,& ideo dicti pronepotes poſſunt venire,
quia in primo tantum non verificatur di-
ſpoſitio, quando in illo non ſumit effectũ
ſecundum intentionem diſponentis. Bal.
in l.inuitus, in fine, C.de procuratorib. &
in l.fideicommiſſa, §.ſi quis decem, de le-
gat.tertio. dicens, quòd tunc non ſibi lo-
cum vendicat. l.boues. §.hoc ſermone, de
verborum ſignificatio.& ita dictum Barto.
in dicta l.liberorum,declarat Socinus con
ſil.250.in cauſa Bononienſi, col.octaua,in
princip.verſic.infertur etiam, & tertia re-
ſponſio. lib. ſecundo, quem ſequitur Ca-
rolus Ruinus conſ.203. de duobus princi-
paliter quæritur, col. 12.in principio, ante
nume. 23. verſic.nec obſtat, quod Bartol.
libro ſecundo, & conſ.25. adeò plenè &
eleganter, nu.decimoquinto.verſic. tertiò
non obſtat, lib. 1.

Secundò reſpondeo, dictum Bartol. in
dicta l.liberorum, procedere quando ſim-
pliciter filijs aliquid conceditur abſque ali
quibus verbis denotantibus tractum tem-
119 poris: † ſed in caſu noſtro filij vocantur,
per verba tractum temporis ſignificantia,
ideo nepos cum patruo debet admitti,
Ruinus conſ.117.viſo teſtamento Antonij,
num. 19. verſic.nec obſtat dum dicebatur,
libro ſecundo.

Non refragatur textus in l.cum pater.§.
hæreditatem, ff.de legat. ſecundo. iuncta
expoſitione gl.& Dyni,dum dicit, cum de
alijs eligendi poteſtas non fuerit, vt inter-
pretandus ſit, ſcilicet ſuperexiſtentes ſunt
tantum eligendi, & non mortuorum filij,
& ſic nepotes.

120 Reſpondetur, † quòd ibi erat quæſtio
vtrum hæredes præmortuorum (de hære-
dibus ſimpliciter loquendo)repræſentan-
tes perſonam ſui auctoris ad partẽ admit-
ti debeant.& determinatur,quod nõ,quia
mortui non ſunt conſiderandi, cum eligi
non potuiſſent. & ſpes illa fideicommiſſi
in hæredes pendente conditione non fue-
rit tranſmiſſa, per iura vulgaria: & hoc vo-
luit ibi gloſ.ſi bene aduertatur:& ita decla
rat Raphael Cumanus. Sed ſi aliquis filius
præmortuorum,& ſic nepos grauati ſuper-
eſſet, quòd non habeat partem,ibi nõ pro-
batur: ſolum enim dicitur, quòd ex his,
qui eligi poterant ſuperuiuentes admittã-
tur, vnde nepos debet admitti cum eligi
poſſet; nam cum deberet filijs reſtituere,
& ex his cui voluiſſet, & aliàs filiorum ap-
pellatione veniant nepotes, poterant ne-
potes etiam eligi. ita Domino Hierony-
mo Priorato reſpondet Socinus iunior
conſ. 146. in reſponſ. incipient. vidi du-
bium,nu.decimoctauo,verſic.non obſtat,
libro ſecundo.

Quinimo Marianus Socinus ibi, vnum
præſupponit, ſcilicet, contra doctrinam
Bartoli vrgere plurimum gloſ.magis com-
muniter approbatam, in dicta l.cum ita,§.
in fideicõmiſſo,dum vult, prout Doctores
declarant,quòd filij fratrum cum fratribus
pariter ad fideicommiſſum admittantur;
ſubdens, quòd licèt Baldus, & quidam a-
lij id negent,tamen dicta gloſ. opinio ma-
gis communiter recipitur, præſertim cum
de ſucceſſione eius agitur, cui ab inteſtato
pariter proximior, & remotior ſuccede-
rent, Cornei denique conſilia declarans,vt
per eum: Bartolumque reprehendit Alex.
in dicta l.Gallus,§.inſtituens, nu.5.verſic.
vnde Barto.

Non obſtat ſecundo, quòd appellatio-
ne filiorum, non veniant nepotes naſcitu-
121 ri,ſecundùm Alexandr. dicto conſ.184.
viſo

viſo themate,nu.2.lib.2.enm alijs ſupra al
legatis.Nam primo reſpondetur,id verum
non eſſe in propoſito, cum diſpoſitio non
fuerit facta ſimpliciter de filijs pręſentibus
tpe teſtamenti,ſed in euentum futurũ col-
lata, in quem veriſimiliter erat dubium,an
tunc extarent d. nepotes ex Martino,an ve
rò pronepotes,tunc enim veriſimilè eſt te-
ſtatorem late verbum filijs,accepiſſe, præ-
ſertim cum veriſimiliter præſumi debeat,
parem affectionem teſtatoris fuiſſe erga di
ctos pronepotes,ſi illi extarent, vt extãt,pa
tre præmortuo, Alexand. conſ.26. videre-
tur fortaſſe, nu.5.7.& 13.dicens hoc caſu
propriè loqui dictam l.Lucius. in verb. fi-
lium. coniuncto verbo,liberos. ipſamque
ita declarare Imolam in dicto §.inſtituens,
lib.3.& quicquid ſibi voluerir Franciſcus
Mantica in tract. de conie.vlt.vol.lib.8.ti-
tu.8.nu.9.in 6.caſu,verſic.quanquam hæc
etiam declaratio, non eſt ab Alexandro re
cedendum, & eius opinio fuit Ioan. And.
in addit.ad Specul.titu.de teſtamen. in ru
bric.col.4.verſic.item Lambertinus de Rã
ponibus. quem ſequuntur Cur.iunior cõ-
ſi.111.Dom.Paulus de Raude.col.penulti
ma,num.19.verſic.non obſtat etiam illud.
Ant.Rub.conſ.8. præſupponitur in facto.
in fi.num.10.verſic.& ex prædictis, dicens
idem velle Soc.in l.ſi cognatis.col.14.verſ.
quarta concluſio.de reb.dub. Baldum ẽt ac
Decium referens, Carolus Ruinus conſ.
117.viſo teſtamento Antonij,nu.20.verſi.
item non obſtat, lib.2.conſ.123. quia cir-
ca caſum,col.6.nu.16.verſic.nec etiam ob
ſtant alia contraria, eodem volum.Secun-
dò reſponderi poſſet, vt per Ioan.Cæphal.
conſ.16.viſis omnibus,nu.62.verſic.ad ter-
tium,libro primo.

Non obſtat rertiò,quòd nepotes exclu-
dantur ex verbo,ſuperuiuentes,ex ijs, quæ
in ſuperioribus circa trãſmiſſionem,& ſub
intrationem late dixi.

Quartò non obſtat, vt nepotes non ve-
niant vbi damnum filiorum reſultaret, cũ,
ſi rectè animaduertatur,damnum eſſet pro
nepotum,ſi non intelligerentur ſub voce fi
liorum,non autem Ioannis Aloyſij ex ip-
ſorum incluſione, qui haberet plus de ſub
ſtantijs teſtatoris,quàm linea Ioannis Hie
ronymi,contra mentem, & verba eiuſdem
diſponentis, reſpectu portionis filiorum
Petri, & ſic lineæ diſtinctæ, & ſeparatæ à
lineis Mutij, & Martini: nam damnum eſt
122 diminutio, † patrimonij, l.damnum. ff.
de damno infecto. Corneus conſ.419.cir-
ca primum cõſultationis articulum, nu.4.
lib.3. proinde conſiderata incluſione ſub
verbo, filiorũ, tranſmiſſione, vocatione ex
coniecturis poſitionis in cõditione,& inter
pretatione, pronepotes verſarentur in di-
minutione patrimonij, & Ioannes Aloy-
ſius non in dãno vitando,ſed in lucro quæ
123 rendo: & certe non eſt† par ratio damnũ
pati,& lucrum non capere.l.finali,§.ſi quis
verò.C.de codicill.l.iuris ignorantia, & l.
error.ff.de iuris, & facti ignoran. Corneus
conſ.300.viſo themate,nu.3.lib.4.& pro-
pterea cum nulli damnum inferatur, mul-
tò magis debent nepotes ſub voce filiorũ
compræhendi,in actu ipſis fauorabili. Ma-
ximè, quia ſumus in teſtamento aſcenden
tis, cui iſti pronepotes ab inteſtato fuiſſent
ſucceſſuri vna cum Ioanne Aloyſio,quo ca
ſu de plano negocium procedit. Aretin. in
indiuiduo,conſ.146.reſpondendo ſumma
rim,col.2.verſic.præterea ſicut.& verſic.ſi-
cut ergo de iure,quem ſequitur Curtius iu
nior conſ.57.habita diligenti,nu.5. verſic.
2.principaliter moueor.Socinus iunior cõ
ſil.146.viſo teſtamento, nu.12.lib.2.conſ.
primo, conſiderato themate, nu.42. ver-
ſic.nam quando teſtator,lib.3.idem etiam
voluere, Alexan.conſ.5.circa primum du-
bium,nu.7. verſic.ſed de iure, libro tertio.
And.Alciat.conſ.69.fideicommiſſi verba,
nu.10. lib.9.

Ad ſecundum motiuum de poſitis in
conditione, vt non ſint vocati dicti prone
potes,ex allegata opinio.gl. in d.l.Lucius,
in ſuperioribus reſpondetur, conſideran-
do coniecturas, ex quibus dicta concluſio
magis communiter recepta limitatur, &
præſertim coniecturam maſculinitatis ge-
minatam,atque repetitam. Et ſi adhuc di-
ceretur qualitatem iſtam non poſſe conie
cturam vocationis inducere in propoſito,
cum in Regno hoc Neapolitano adſit Re-
gia Conſtit.incipiens, In aliquibus Regni
partibus.tit.de ſucceſſio. Comir.& Baron.
lib.3. diſponens, quòd ſtantibus maſculis
fœminæ non ſuccedant, ſed debeant dota
124 ri de paragio,quod † eſt legitima, vt ibi
declarat And.de Iſern.col.ſecunda,verſic.
nam paragium, col.3. verſic.ſed tunc non
credetur ei,col.5.verſic. veruntamen cum
hoc onere,col.8.verſic.ſed hoc paragium,
col.9.verſic.item multò magis.Matthæ.de
Afflict.deciſ.162.pater reliquit,nu.2. dos
enim ſuccedit loco legitimę portionis, ſtã
125 te † ſtatuto, quòd filiæ fœminæ non ſuc-
cedant, ſtantibus maſculis.l.quoniam no-
uella.C.de inoffic.teſtam.Capyc. dec.158.
in cauſa, nu.3. deciſ.176. eiuſdem initij,
nu.9.

nu.9.licet etiam ad paragium, hoc conſtituendum And.ibid.col.12.verſic.nos dicimus,& Affli.in 12.q.nu.32. præſertim in nobili multa conſiderent, vt per eos,& Re-
126 gni conſtitutio † ius municipale eſt Regni, & non vniuerſale, totumque Regnum
127 pro vna prouincia habetur, † vt dicit idẽ Iſern.in conſtit. Regni, Conſuetudinem. in princ.verſic.& ſic declarat Regnum. de præſcrip. Afflic.deciſio. 404.fuit per Illuſtrem,nu.6.verſic.& conſtitutio. & propterea ſtante dicto ſtatuto, vel conſtitutione, ceſſat illa ratio, quæ inſpecto iure communi poſſet conſiderari, excludendi fœminas, cum iam ab ipſo ſtatuto ſint excluſæ, pro-
128 ut † in his terminis eandem maſculinitatis coniecturam limitant, Socinus ſenior conſ.116.in cauſa filiorum,col.4.verſi.pro certa iſta ratio,lib.3. Marian. iunior conſ. 111.ex themate, nu.32. verſic.& poſito.dicens eſſe pulchram,&optimam declarationem, quam non negarent Guido Pap. & Decius, vt ipſe credit: quod repetit conſ. 118.propterea difficultas,nu.19.conſ.119. viſo teſtamento, nu.31.verſic.& fortè, libro primo, ac etiam alibi, Hieronym. Cagnol.nu.51. Franciſcus Ripa col. quarta. de communi atteſtans. Andr. Alciat. in verb.ſine liberis,& Vbertin.Zuccard.in fine notabilium, poſt numerum 90.in l.prima, C.de pactis.

Reſpondeo, quòd etſi prædicta limitatio videatur magis communiter recepta, Decij tamen ſententia in puncto iuris verior eſt, vt in tract. An & quando liberi in condit.poſiti vocen.explicaui.verum,quia à Socino recedendum non eſſe conſulendo,& iudicando dicebam, quod nunc etiã ratum habeo, ideo ſaluando receptiorem
129 ſententiam, declarari poteſt, † vt ſit vera, cũ teſtatoris intentio non ex alio,quàm ex ſimplici expreſſione maſculinitatis in conditione deduci poſſet, vt nihil tunc ipſa qualitas operetur, ex quo teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare cum ſtatutaria diſpoſitione. Sed ſi alio modo vltra ſtatutum colligi poſſet teſtatorem ſuam familiam, agnationemque conſeruare voluiſſe, & hæc qualitas ad teſtantis diſpoſitionem directè referri videatur, qui non contentus ſtatuto,ſibi ſuiſque poſteris expreſſim prouidere voluit, coniectura hæc ad filiorum maſculorum fauorem operetur: non enim cenſendum eſt teſtatorem fortuitò hanc qualitatem expreſſiſſe, ſed quia propoſuit vltra ſtatutum ſibi conſulere, tacitamque rationem in ſtatuto retentam, clariorem reddere, expliciteque ſtabilire. Si enim Dominus Ioannes Carolus teſtator ſtatuto acquieſcere voluiſſet, tot conditiones, nexus, prohibitiones, totque ſubſtitutiones, quibus vſus fuit, ordinare non oportebat, vt propterea non cenſeatur velle, quod ſtatutum dictat: eo, inquam, modo quo ſtatuit, ſed alio modo quo ipſe diſpoſuit, illudque congruere videatur, legis prouiſionem ceſſare, vbi hominis diſpoſitio adeſt. licèt enim mater, & auia tutrices ex lege ſint, ſi tamen in teſtamento relinquantur, non legitimę, ſed teſtamentariæ tutrices erunt. quod ſi contingit, vbi idem circa eaſdem perſonas & res diſponitur, quid vbi alio modo pręcipitur,& ordinatur? vt enixa mens ſit attendenda,& ex ſe principaliter conſideranda, quicquid poſtmodum in conſequentiã quandam ſtatuto conformis exiſtimetur. Proinde cum tot in huiuſmodi teſtamento coniecturæ concurrant,& illa ratio ſtatuti, vltra qualitatem maſculinitatis ſit expreſſa, ad rationem expreſſam, non tacitã teſtantis voluntas referenda eſt, pro coniecturanda in conditione poſitorum vocatio-
130 ne. Prædictis non abſimile eſt, † quod Tyberius Decianus conſ.45.non obſtantibus col.prima, inter conſil. Philippi Port. libro primo, notabiliter tradidit. limitando enim hanc concluſionem de ſtatuto, ipſam procedere dixit, vbicunque appareret, vel credendum eſſet, teſtatorem voluiſſe fœminas ſuccedere eo ordine, quo ab inteſtato ex forma ſtatuti ſucceſſuræ fuiſſent, ſecus quando appareret teſtatorem voluiſſe fœminas alio ordine ſuccedere, quàm per ſtatutum diſponeretur. tunc enim ceſſaret ratio, quæ per Socinum conſideratur, & coniectura maſculinitatis efficacior videretur: Vt ſit magis ſpectanda clara prouiſio, & ratio teſtatoris, quàm ſtatuti tacita ratio, & dubia diſpoſitio ob varias interpretationes, quas recipere poſſet. & eo maximè hoc dicendum eſt, cum ab huiuſmodi præſumptione, & coniectura conformitatis teſtatoris cum ſtatu-
131 to, † de facili recedatur, vt per Corneum conſ. 83. videtur in hac conſultatione, ſub nu. ſecundo, conſ.91. viſa facti narrationе, col.ſecunda, nu.primo, libro primo. Aymon Crauetta conſ. 180. quando reddidi conſilium, colum.fina. nume. quarto. verſic. quartò reſpondeo, & conſil. 250. iam reuocatur, colum.prima. numero ſecundo.

Et vltra dictas cõiecturas, alię duę pluri-

mum vrgentes concurrunt. Prima, quòd ſu
132 mus in fideicommiſſo † particulari, iuxta
doctrinam Ange. in l. in legatis, in lect. Flo
rentina. C. de legatis. quem ibi cæteri ſe-
quuntur, ac etiam alibi Berous conſ. 110.
materia propoſitæ quæſtionis. nu. 41. verſi-
culo, & hoc fortius, lib. 2. & in eodem caſu,
idem conſuluit Socinus iunior conſ. 158.
abundè, col. fin. nu. 76. de magis communi
opin. atteſtans. lib. 2.

Secùnda, nam filij ſunt poſiti in condi-
133 tione, ſub qualitate maſculorum † de le-
gitimo matrimonio, vel filiorum legitimo
rum, & naturalium ex corpore natorũ, quę
conditio primæ æquipollet, quo quidem
caſu, vocati cenſentur. Socinus iunior cõſ.
110. Diu in hac conſultatione, nu. 26. li. 3.
vbi de vera, & communi opinio. teſtatur, &
conſ. 145. viſo teſtamento, nu. 39. verſic.
poſſent etiam, eodem volum. dicens eſſe
potiſſimam coniecturam, & cui nihil oppo
ni poteſt. Thobias Nonius Peruſinus, con
ſil. 32. viſo, nu. vndecimo, verſic. ſecunda
eſt coniectura.

Prętereo coniecturas prohibitionis alie
nationis, cum cauſæ expreſſione, ac etiam
quòd Vallis denominetur ex nomine Ioan
nis Caroli Riuerę, vt denominatur, cum
deſuper expreſſæ ſufficiant.

Ad motiuum de tranſmiſsione condi-
tionalis fideicommiſſi, quæ regulariter nõ
procedit, reſponſum extitit conſiderando
coniecturas ex quibus tranſmitti poteſt, &
iam ex hoc fideicommiſſo deducuntur: po
teſt enim teſtator facere, vt fideicommiſ-
ſum, quod aliter non eſſe tranſmiſſibile trã
134 ſmittatur, † ſicut etiam poteſt per contra
rium, vt tradit Iaſ. plurima adducens conſ.
154. teſtator habens, col. 3. & 4. & infra
lib. 4. Decius, conſ. 574. in cauſa, quę agi-
tur, col. 1. & ſequen.

Et ita dicendum eſt in propoſito thema
te, vt tranſmiſſio ex coniecturis fiat, cum
135 ius tranſmiſſionis † fauorabile ſit, vt decla
rauit Franciſcus Aretinus in l. cum filiofa-
milias, nu. 25. de lega. 1. & dilucidius So-
cin. in l. qui duos, in princ. nu. 26. ff. de reb.
dub. ac denique Hieron. Zanch. in repet. l.
hæredes mei. §. cum ita. nu. 212. verſic. præ
dicta ergo concluſio. ff. ad Treb.

Aliud fundamentum de ſubintratione
cùm plenè fuerit reſolutum, non eſt vlte-
rius inſiſtendum, cum gloſſæ opinio ſit ma
gis vera, & magis communis, & cum gl. opi
136 nione eſt pertranſeundum. † Decius in l.
vt vim, nu. 34. de iuſtit. & iure, in c. 1. nu.
43. de conſtitu. conſ. 23. & pro tenui, nu. 6.
verſic. ſimiliter opin. gloſ. conſ. 146. eiuſ-
dem initij, nu. 7. Afflict. deciſ. 384. non po
nam caſum, nu. 3. poſt Bald. in l. 1. ff. de Se-
nat. dicentem, iudicando nunquam rece-
das ab opinio. gloſ. & idem Bal. in l. quan-
quam, nu. 9. in fi. verſic. Dicit Iacobus Bu-
trigat. C. de ſenten. quæ ſine cer. quant. aſ-
ſeruit, quòd in magnis dubijs ſemper eſt
tenenda opin. gloſ. Socin. conſ. 80. de duo
bus, nu. 4. lib. 1. Guid. Pap. q. 39. Doctores
in iure ciuili, nu. 2. Alexan. conſ. 92. viſo,
nu. 4. li. 2. Cur. ſen. conſ. 63. antiquiſſima,
& nobiliſſima familia, nu. 3. Gra. conſ. 75.
quamuis, nu. 21. li. 2. Do. Io. Cæph. conſ.
698. Illuſtr. Domina Laura, num. 12. conſ.
747. in hac cauſa, num. 13. lib. 5. Franciſ.
Beccius conſ. 16. tametſi, nu. 6. verſic. quæ
cum ita ſint. Rol. de Valle, conſ. 34. vidi du
bia, nu. 9. lib. 4. vbi poſt Abbatem quem al
legat, in curia Romana ab opin. gloſſę non
recedi teſtatur.

Eſt etiam alia opin. diſtinguens, & alias
137 opiniones contrarias concilians, † ſequẽ
da, l. hoc amplius, §. 1. & ibi Bar. ff. de dam.
infec. Felyn. in c. canonum ſtatuta, col. fi.
verſic. ſecundo nota. de conſt. Are. in prin.
Inſt. de empt. & vendi. col. 2. verſic. & iſtam
dicit. Cur. iunior conſ. 10. viſa ac diligen-
ter conſiderata, ante nu. 2. dicens ita feciſ-
ſe Iuriſconſultum in l. adeo. §. cum quis.
ibi, eſt etiam media ſententia. ff. de acq. rer.
dom. atteſtansq́; gloſ. in l. apud antiquos,
C. de furt. dicentem, diſtingue tempora &
concordabis ſcripturas, Pariſ. conſ. 47. ſi cõ
ſideramus, nu. 76. lib. 3. conſ. 92. prima du-
bitatio. nu. 30. lib. 2. Socin. iu. conſ. 39. per
ſpectis his, nu. 78. conſ. 121. eleganter, nu.
36. in fi. lib. 2. Grat. conſ. 30. viſis compro
miſſis, nu. 33. lib. 1. conſ. 64. profecto caſus
iſte, nu. 36. lib. 2. Ioan. Cæphal. conſ. 208.
rectiſſime, nu. 2. conſ. 240. Magnifici Do-
mini, nu. 21. lib. 2. conſ. 283. Magn. Dom.
Vbertinus, nu. 21. eod. vol. conſ. 306. con-
ſultatio frequens eſt, nu. 98. conſ. 220. plu
res, nu. 30. lib. 3. Cæphal. iun. conſ. 708. in
cauſa, nu. 52. inter conſ. eius genitoris, li. 5.
Iacob. Meno. conſ. 257. & ſi grauis, nu. 82.
libro tertio.

Non obſtat ratio Ioan. Crot. d. conſ. 39.
nu. 4. dum dicebat, repræſentationem, &
ſubintrationem filij prædictam in gradum
& locum patris per fictionem procedere,
quod voluere etiam Fran. Aret. conſ. 164.
diligenter, & mature diſcuſſis. col. 3. verſic.
ſecundò hoc probarur. Alexan. conſ. 204.
conſideratis verbis, nu. 7. verſic. & quòd fi-
lius, lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 171. caſus iſte,

nu. 11.

nu.11.verſic.& maxime,quia quod nepos,
lib.2.Rol.de Val.conſ.60. Iacobus Meno-
chius conſ.200.vtinam,quod Iuſtinianus,
nu.42.lib.2.& ratio eſt, quia appellatione
filij continetur nepos ex interpretatione
138 extenſiua, † Bar.in l.liberorum,col.2. de
ver.ſig. Alex.conſ.17.ponderatis his,col.2.
nu.4.conſ.125.attentis verbis,col.3.nu.11.
lib.5.Corneus conſ.90.ſcrupuloſa, col.2.
nu.6.lib.3.conſ.290.tota uis conſultatio-
nis,& col.2.nu.2. verſic.his tamen, lib.4.
Saluſt.de Peruſ.de communi atteſtans, in
ſubſcrip.ad conſ.Soc.conſ.152.caſus iſte,
nu.5.lib.1.Decius conſ.95.& pro tenui, in
ſecundo dubio,col.3.nu.6.conſ.372.viſis,
poſt nu.1.& nu.7.verſic. prima eſt, & ante
nu.10.verſic.non obſtat,quod de proprie-
tate ſermonis, conſ.545. viſo teſtamento,
col.6.nu.9.Curtius iunior conſ.57.habita
diligenti conſideratione, col.3.nu.6.Ca-
rolus Ruinus conſ.163.caſus talis eſt, nu.
10. verſic. quia cum nepotes, lib.3. Soci-
nus iunior conſ.114.viſis, col.2.nu.9.li.1.
conſ.53.videbitur fortaſſe,nu.2.& 7.conſ.
108.viſo puncto,col.4.nu.21. li.2.cõſ.30.
reſolutio,col.2.nu.11.lib.3.Iacobus Man-
de.conſ.29.pro diſcuſſione,nu.11.conſ.60.
habet præſens caſus,nu.6.& 20. Matth.de
Afflic.in conſt.quamplurium.nu.19. ti.de
139 Adiut.exig. ab hom. † Sed quando veri-
tas, & fictio concurrunt, præualet veritas.
l.filio quem pater,vbi Barto. ff.de liber. &
poſtbum.ergo Ioan. Aloyſius qui filius eſt
debet dictis pronepotibus præferri. hinc
dicebat Bald. conſ.373. nu.octauo. libro
primo.ſenſum naturalem, non fictum in te
140 ſtamentis eſſe accipiendum, † quia mens
hominis naturalis eſt. & verba teſtatoris
in dubio ad naturalem,non ciuilem intel-
ligentiam redigenda eſſe, tradit Petr. de
Ancharan.conſ.225.Videtur prima facie.
in princ.verſic.Nam iſti poſſint dici. Curt.
iun.conſ.145. Magnificus Dom. Comes,
nu. vigeſimoprimo, & quod vbi agitur de
voluntate teſtatoris interpretanda, fictio
non attendatur,voluit Ioan.Cæpha. conſ.
82. Hæreditas duplex, nu.71. conſ.111.
Magnificus olim. nu.13.libro primo. nam
verba propriè ſunt capienda.l.non aliter,
in princip.ff.de legat.tertio.& quod per fi-
ctionem eſt tale, non dicitur propriè tale,
l.2.§.nec enim.ff.de vſuf. ear. rer. quæ vſu
conſum.§.conſtituitur.Inſtit. de vſufr.l. le
ge Cornelia,in fi.ff.de teſtam.

Nam multipliciter reſpondetur.Primò
ex mente Caroli Ruin. conſ. 115. Caſus
iſte, col.7.nu.16.verſi.Licet ergo.libro ter
tio.qui poſt Oldradum,relatum à Paul.de
Caſtr. conſ.164. In præſenti cauſa. col.3.
nu.tertio.verſic.Omiſſis pluribus.libro ſe-
cundo.melius negocium explicantem, di-
cebat,quòd iſti pronepotes poſſunt dicere
141 ſe eſſe ex corpore † aui teſtatoris, ſicut ip
ſe Ioan. Aloyſius nepos, eo quod portio
paterni corporis transfuſa fuit in procrea-
tionem filij. l.cum ſcimus. C. de agric. &
cenſit.lib. vndecimo. ante fi.vbi eſt tex.cla
rus,quòd filius portio eſt paterni corporis:
quæ licet in nouum hominẽ conuerſa ſit,
negari tamen non poterit quin vera caro,
& corpus patris remanſerit,qui (vt natura
les aſſerunt) formam in creatione filij præ
bet, & mater materiam, forma autem dat
eſſe rei, l.adeo. §.inſulam.ff.de acq.rer. do
mi.l.Iulianus. §. ſi quis rem. ff.ad exhib.l.
ſi is qui.§.quædam. ff. ad l.Falcid. licet er-
go (inquit Caſtrenſ.) reſiduum corporis,
quod apud patrem, tanquam radicem re-
manſerit, extinctum ſit, hic tamen por-
tiuncula quæ in procreationẽ fuit transfu
ſa nõ fuit extincta,ſed aucta. Proinde quo
ad corpus ipſum,filij corpus poteſt dici ve
rè & propriè corpus patris, licet alio reſpe
ctu dicatur verè nouus homo, ſed fictè idẽ.
Sicut ſi è radice vitis aliquis palmes pro-
pagaretur, deinde vetus radix exſiccare-
tur, non propterea exſiccaretur ramus,ſeu
palmes in noua radice ꝓpagatus.d.l.adeò:
§.fina.& l.qua ratione.in princ. de acquir.
rer.dom.& diceretur eadem vitis cum illa,
vnde proceſſit,licet renouata, & noua radi
ce alita: facit quod not.per glo.in l.obliga
tionum ferè. §.placet. ff. de act. & oblig.l.
damni.§.ſi is qui vicinas. de damn. infect.
quamuis alio reſpectu, propter nouam ra-
dicem, ſeu alimentum, noua arbor dicatur,
l.ſed ſi ex meis.§.arbor.d.ti.de acq.rer.do.
ita nepos iſto reſpectu dr̃ nouus homo,
licet non reſpectu corporalis ſubſtantiæ.
Exemploq; nobis ſit, ꝙ ſi vna actio, pura ex
teſtamento in alteram ex ſtipulatu animo
nouandi transfundatur, licet prima extin-
guatur,non tamen extincta dicitur,cum a-
lia loco ipſius ſubrogata ſuperſit, in quam
fuit transfuſa ſubſtantia primæ: nec eſt fal-
ſum dicere,quòd illud ſit debitum ex teſta
mento, licet actione ex teſtamento non de
beatur.l.cum filius.§.hæres meus.ff. de le-
gat. 2.quia non titulus actionis, ſed origi-
142 nalis cauſa inſpicienda eſt. † l.tutor.ff.de
fideiuſſ.l.qui id quod. de dona. & ad hoc,
vt aliquid dicatur verum, ſufficit quòd ha-
beat aliquid veritatis admixtum, l.quid ta
men. ff.de contrahend. empt. & vt aliquid

dicatur extare, ſufficit, vt quantuncunque modicum de illo extet, l. domum. verſic. Si verò quantacunque. d. tit. l. ſi cui vſusfructus inſulę. ff. de vſufr. Vnde per prædictam rationem patet, quòd nepotes, & pronepotes inſpecto ſeminio quodam poſſunt dici filij, & nati ex proprio corpore aui, quando diſpoſitio, (vt in propoſito) in perſona filij originem non ſumpſit.

Secundò reſpondetur, non eſſe veram
143 illam propoſitionem, † vt cum veritas, & fictio concurrunt, veritas præualeat, vbicunque fictio eandē vim à iure habet, quā ipſa veritas retinet, & ambę ſimul eſſe poſſunt, ſicuti in caſu noſtro, vbi lex ſtatuit filium ingredi locum patris, vt concurrat cū patruo in ſucceſſione aui. d. §. cum filius. Inſtit. de hær. quę ab inteſt. defer. quæ quidē declaratio corroboratur ex notatis per Bar. in l. 2. §. hoc S. C. ff. ad Syllan. cū dixit, quod quando fictio, & veritas circa idem concurrunt, eodē reſpectu, fictio præualet, & in iſtis terminis Bartolum ſequitur Carol. Ruin. d. conſ. 115. nu. 18. lib. 3. & hoc tanto magis, dicebat Iac. Menoc. conſ. 124. Tametſi. nu. 105. li. 2. procedit, quia quòd filius patris ſui perſonam aſſumat à Princi
144 pe approbatum eſt, † & quando fictio approbata eſt à principe, veritati præualet, vt tradit Ioan. Igneus in l. 1. §. domini. 3. nu. 24. ff. ad Syllan.

Tertiò dici poteſt, quòd eſto filius perſonam patris per fictionem inducat, quo ad ipſam originem, attamen quo ad ſucceſſionis effectū cenſetur verè, & propriè pater, vt nihil omninò ab eo differat: lex enim aliquid quod in ſua poteſtate eſt, fingendo ſtatuens, non fictè, ſed verè, & propriè fa
145 cere † dicitur, Bar. ad l. ſi maritus. §. legis, prope fin. ff. ad l. Iul. de adult. Iaſ. in l. filio quem pater. nu. 16. ff. de li. & poſthu. Caro. Ruin. conſ. 86. Attenta legitimatione. ſub nu. 14. verſ. Ad idem etiam facit. lib. 3.

Quartò reſpondetur, repręſentationem hanc non ex fictione, ſed magis ex præſumptione procedere, cū lex præſumat, quòd auus decedens inteſtatus, vel teſtatus voluiſſet nepotem cum patruo in ſua ſucceſ
146 ſione concurrere, pręſumptionemq́; † nō fictionem eſſe declarant Soc. iun. conſ. 116. Viſo puncto prædicto. nu. 15. lib. 1. Pariſ. conſ. 38. In hac conſultatione, nu. 14. li. 2. poſt Soc. ſen. quem citat Ioan. Cæph. conſi. 489. Teſtator filijs inſtitutis, nu. 57. li. 4. quod ſibi etiam voluit Iaco. Menoc. conſ. 357. Dubitatio hæc expreſsè. nu. 33. vbi alios citat. lib. 4. ad quod probandum ipſe inducit, quòd ſi hæc eſſet fictio legis, ſicuti Bal. & eius ſequaces opinati ſunt, non poſſet aliter diſponere, cum non poſſit quis le
147 gis † fictionem tollere. Fran. Aret. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. ſi Titius. ff. de verb. obl. Alex. conſ. 158. In cauſa & lite. nu. 9. verſic. Nec obſtat ſi diceretur. lib. 2.

Quintò congruit, ꝙ licèt hæc ſubingreſſio ex fictone procederet, illa attenditur, quādo natura rei ſuper qua interponitur, illam pateretur, vt dicit Rol. de Val. conſ. 68. Perſpectis diligenter, nu. 43. lib. 1. dicens ad iſtum caſum fictū extenſionem fie
148 ri mediàte interpretatione paſſiua † procedente ab alijs regulis iuris communis, l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. ſed de iure cōi habemus regulam dicentem, ꝙ ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. Sed filius fratris ſuccedit in gradum, & locū patris. d. §. cum filius. Propterea ſicut lex admitteret patrem iſtorum filiorum ſi viueret ad cōcurſum cum fratre: ita & debet admittere filium ſubrogatū, ſuccedentem in locum, & gradum eius, &
149 ꝙ repugnante natura rei † verba verificentur in caſu ficto, ante Roland. voluit Ruin. conſ. 171. Caſus iſte. nu. 17. verſic. & pro hoc reſpondetur. lib. 2.

150 Sextò, fictio eſt fundata in æquitate, & ex ea regulatur. cùm ergo æquitas ſit pro iſtis pronepotibus, qui voluntatem teſtatoris ſaltem coniecturatam habent, fictio eis obeſſe non debet, vt poſt Socin. tradit Menoc. d. conſ. 357. ſub nu. 34. verſic. reſpondetur tertiò. lib. 2.

Vltimo non eſt ambiguum, ex coniectu
151 ra voluntatis, verba teſtatoris † ciuiliter etiam intelligenda eſſe, l. Gallus, §. & quid ſi tantū. de li. & poſtu. nā & ideo à propria verborum ſignificatione receditur, vt declarat Franc. Mant. in tract. de coniec. vlt. volun. lib. 3. tit. 4. nu. 15. in fi. verſic. Sed tamen ex coniectura. & teſtator ſi fuiſſet interrogatus, vtique dixiſſet dictos pronepotes velle gradum, & locum patris ingredi, vt pro diſpoſito ſit cenſendum, glo. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. cum ſim.

Et ita certè teſtator reſpondiſſet, tum ex affectione, vt ſtatim dicam: tum etiā ob
152 æqualitatem inter eius liberos † ſeruandam, vt quælibet linea æqualiter de ſuis bonis conſequatur, & in lineis ipſis æqualitas etiam ſeruetur. l. fin. C. comm. vtriuſque iud. ob quā æqualitatem iuta collationem induxerunt, l. vt liberis, & l. illud, C. de colla. & hoc ne inæqualitas inuidiā, &

diſcor-

diſcordiam pareret ,l.cum oportet . C. de
bonis quæ lib. Socin.iun.pluribus hoc cō-
probans,conſ.160.Circa pręſentem conſul
tationem.nu.20.& inf.lib.2.Et quòd ficta
proximitas per legem inducta hoc caſu,ve-
ræ æquiparetur, tradit Ioan.Cæphal. con-
ſil.489. Teſtator filijs inſtitutis . num.66.
libro quarto .

Non obſtat quòd Dom. Ioan. Aloyſius
fuerit à teſtatore pręlectus tanquam in-
ſtitutus , & dicti pronepotes tanqnam in
conditione tantum poſiti minus dilecti vi-
deantur,vt prædilectus in inſtitutione,cen
ſeatur etiam in ſubſtitutione pręlectus ,
& vti natus, ac conceptus tempore condi-
ti teſtamenti,ad eundem maiorem affectio
nem, quàm ad pronepotes naſcituros ha-
buerit. Nam & ſi hoc contrarium in ſupe-
rioribus radicitus fuerit ſublatum:vlterius
vt Cæph.d.conſ.16.Viſis omnibus,nu.60.
inquit, repręſentatio gradus,hoc etiam tol
lit argumentum,licèt pronepotes exallega
tis coniecturis fuerint vocati, & in diſpoſi-
tione poſiti,quod Cæphalus in ſuo thema
te nō præſuppoſuit, ne tam altū pelagus in
grederetur . Quo verò ad dilectionē reſpe-
ctu natorum,nō naſciturorum , ſubdit nu.
62.ſat eſſe , terminos repræſentationis ad-
huc retinendo , ipſorum patrem quem re-
præſentant, eo tempore natum fuiſſe, quo
teſtator diem extremum clauſit , vt repræ-
ſentationis ius, ac tranſmiſſionis ſufficiat ,
poſt And.Tiraq.in tract.de retract.lignag.
§.11.ti.9.ſub n.6.in fi.verſ.Vt interim illud
omittam. Vel ſecundò,& fortius reſponde
ri poteſt,argumentum pręlictum de natis,
& naſcituris ad prædilectionem coniectu-
randam validam eſſe,vbicunque fideicom
153 miſſum † purū eſſet : ſecus in hoc fideicō
miſſo conditionali, in quo ſufficit, ſubſti-
tutum eo tempore in rerum natura eſſe,
quo fideicommiſſi dies cedit,& ſic tempo-
re purificatæ conditionis,vt ex Alexandro
d.conſ.37.Viſo themate,nu.19.lib.6.dice
bam, quod etiam voluere idem Alexand.
conſ.13.Circa primum dubium,ſub nu.3.
verſic. Sed in propoſito noſtro,& conſ.26.
Videretur fortaſſe,nu.14.lib.3.Socin. in l.
ſi cognatis,nu.30.de reb. dub. & conſ.10.
Conſideratis,col.fi.num.12.verſic.Tamen
quando fideicommiſſum.libro 3.Paul. de
Caſt.conſ.16.Viſo dicto puncto . col.4. in
princ.lib.2.Dec.conſ.217.In caſu propoſi
to, in fine, verſic. Non obſtat.Curt.iun.d.
conſ.111. Dom. Paulus de Raude. nu.19.
conſ.113.Pro reſolutione motiuorum. nu.
11. Rub.d.conſ.8. Præſupponitur in facto.
ad fi.nume.10.conſ.28. Circa præmiſſam,
col.3.nu.9.de magis vera,& communi opi
nione atteſtans.Pariſ.conſ.31.Conſidera-
to primo capite,num.41.lib.2.Carol.Rui.
d.conſ.117. Viſo teſtamento, col.6.nu.20.
lib.2.conſ.160. Viſo,& perlecto teſtamen-
to,nu.10.eod.vol.rurſus,Cæph.conſ.262.
Dom. Franciſcus,nu.14.vbi de magis com
muni opin.meminit.lib.2. & poſt Andreā
Alcia.tradit Franc.Mant.in tract.de conie
ctu.vltim.volunta.lib.8.titu.12. num.14.
verſic. Sed tamen aduerte . vbi verſic. Il-
lud tamen in dubium non venit.dicit con
ceptos poſt mortem teſtatoris dubio pro-
cul admitti , quando ipſe teſtator ad plu-
res ſubſtitutionum gradus digreſſus fuit ,
154 adeò † vt non ſit veriſimile eum conſide-
raſſe illos duntaxat, qui ſe viuo eſſent con
cepti , vt Socin. ſen. admonuerat in dicta
l.ſi cognatis, nu.30. quod in præſenti the-
mate contingit ,

Circa hanc tamen pręlectionis conie
cturā,conſiderāda eſt illa diſtinctio, quam
155 Hieronymus † Gabrielius Iuriſconſult.
iudicij acumine clariſſimus, conſ.96. An-
tonius de Nobilibus , col.6. nu.21. verſic.
Non videtur.accurate ſcripſit , in ſecundo
capite, quòd ſi tractaretur vt excluſus is cē
ſeatur, qui quamuis attenta natura poſte-
rior gradu ſit, tamen ordine ſucceſſionis in
teſtati inſpecto,æquè dilectus ſit cum ante
riore, veluti nepos, aut pronepos: & tunc
ſi ex teſtamento is vocatus non ſit , ſed ſo-
lum in conditione poſitus,contra regulas
iuris, & legitimam, iuſtamq́ue interpreta-
tionem,æq́ue dilectus,qui expreſſam volū
tatem reſiſtentem non habeat,non putatur
ex tacita voluntate excluſus,niſi alia conie
ctura adſit , tametſi alter æquè dilectus ſit
expreſsè excluſus,& conſequenter ęquè di
lecti excludantur nec ne, in conditione po
ſiti nihil interſit, quia nemo eorū ex teſta-
mento vocatur , ſed de excluſione poſiti in
cōditione quęritur ad vtilitatem alterius ,
dicens ſic loqui Alexandrum conſ.38.Per
ſpectis his.col.fi.num.11.& infra,lib.6.

Et quamuis in naſcituris , Curtius iun.
conſi.57. Habita diligenti conſideratione.
nu.11.& 12.verſic. Puto in propoſito nō-
ſtro, & conſ.58. Circa præmiſſam conſul-
156 tationem , nu.quinto. diſtinguere † mo-
litus fuerit, eius tamen diſtinctionem par-
uifaciendam eſſe ſcribit Cæpha. conſ.659.
Cum Bartholomæus. col. quinta . nu.24.
verſiculo,Quibus conſtat.libro quinto.cui
inhærendum magis,quàm Manticæ in pro
poſito exiſtimo .

Vltimò non obſtat, quòd in fideicom-
miſſis quando plures collectiuo nomine
vocantur, attendi debeat proximitas gra-
uati, non teſtatoris: nam licet huic funda-
mento reſponſum fuerit, vlterius dici con
cludenter poteſt, quòd præſuppoſita hac
opin. ita demũ vera eſſet, ſi teſtator in ſub-
ſtitutione verbis collectiuis vſus fuiſſet,
157 vt quando ad fideicommiſſum † agnatio-
nem, vel familiam vocaſſet, l. peto. §. fratre.
de legat. 2. d. l. cum ita. §. in fideicommiſſo,
eo. tit. l. fina. C. de verbo. ſignific. vel quan-
do vocaſſet deſcendentes, vt per Car. Rui.
conſ. 92. Caſus de quo quæritur. nu. 1. & la
tius, nu. 8. lib. 2. conſ. 92. De duobus prin-
cipaliter, col. 3. nu. 6. verſic. Et quia dicti de
ſcendentes. li. 3. & generaliter in omnibus
nominibus collectiuis, tradit Dec. conſ.
236. Non parua, nu. 2. cõſ. 248. Viſa, nu. 4.
& Aymon Crau. conſ. 22. Magnificus D.
Gulielmus. nu. 4. tunc cum proximior præ
feratur, ſi nepos voluerit cum patruo con-
currere, oportet quòd intret in locum pa-
tris, in cuius locum quando ingredi nõ po
teſt, vt quando non agitur de ſucceſsione
aſcendentis, vel patrui, ſeu auunculi, amitę
vel materteræ, excluditur. hic autem non
eſt caſus noſter, tum quia agitur de ſucceſ
ſione aſcendẽtis: tum etiam quia dicti pro
nepotes ſub verbo, filiorum, continentur,
vt ſupra eſt latè oſtenſum: quod verbum, fi
158 liorum, † non collectiuũ, cum aptum non
ſit plures perſonas cõplecti, vt nomen libe
rorum, poſterorum, deſcedentium, & ſimi-
liũ, Dec. cõſ. 223. In caſu propoſito, nu. 4.
& infra, Pariſ. conſ. 47. Si conſideramus,
nu. 50, cum ſeq. lib. 3. Socin. iun. conſ. 126.
Maxima profectò. nu. 27. verſ. Quintò opti
me facit. lib. 1. cum ſimilibus ſed eſt nomẽ
ſpeciale, vt declarat Carol. Rui. conſ. 122.
Quia circa caſum. col. 2. nu. 2. verſic. Secun
do facit, lib. 2. dicens expreſsè probari in l.
Titius. in princip. de liber. & poſthum. &
hoc idem velle Angel. conſ. 305. Chariſsi-
me frater, &cet. & poſt iſtos voluit Ioan.
Cæphal. conſ. 262. Dominus Franciſcus.
num. 14.

Eortificantur prædicta, nam dicti pupil
li pronepotes poſsederunt mediante reali
reſtitutione ipſis facta, ac hodie poſsident
portionem eoſdem tangentem de dicto fi-
deicõmiſſo: vnde in dubio, licet verſemur
159 in claris, pro poſſeſſoribus † eſt iudican-
dum, capitu. ex literis, de probatio. capit.
ne à ſede, de præben. in 6. §. cõmodum. In-
ſtit. de interdict. & eſt etiam text. in l. ſi de-
bitor. t. vbi Franc. Ripa, nu. 5. ff. de pignor.

Sunt etiam rei conuenti, ad quorum fauo
160 rem † in re controuerſa, eſt pronuncian-
dum, cap. fin. in princ. extra de ſenten. & re
iudica. l. Arrianus, ff. de act. & obligat. l. qui
accuſare, C. de eden. rei enim ſub iudicis of
ficio, protectioneq; eſſe dicuntur, l. planè,
& l. fin. ff. famil. erciſcun. tractant inſuper
de conſeruando iure quod habent, Dom.
Ioan. Aloyſius verò de lucro captando, vt
dicebam. fauorabilior igitur cauſa eſt di-
ctorum pronepotum, iuxta l. quod autem.
§. ſimilique modo. ff. de his quæ in frau. cre
dito. l. fin. §. illud. C. de codicill. Quinimò
cum ſorores dicti olim Ioan. Caroli iunio-
ris reſtituerint illam portionem dictis Tro
iano, & fratribus, quam reſtituiſſent olim
Ioanni Hieronymo ipſorum patri ſi tunc
inhumanus fuiſſet: cum prædictus actor
non contradixerit, ſed tacitè conſenſe-
161 rit, † non videtur poſſe amplius contradi
cere, cap. quod ſemel, de regulis iuris, in 6.
gl. in §. religioſum. in verbo, conſentiente.
Inſti. de rerum diuiſione, Bar. per illum tex
tum in l. in diem, nu. 2. ff. de aqua pluuia ar
cenda, & in indiuiduo tradit Ioannes Cę-
pha. conſ. 489 Teſtator filijs inſtitutis, nu.
58. verſic. Poſtremò res ipſa. lib. 4.

Concludo itaque ex prędictis, Domi-
nos Troianum, Bartholomæum, & Fran-
ciſcum, pronepotes præfati olim Do. Ioan
nis Caroli Riueræ ſenioris, ex olim Domi
no Ioanne Hieronymo eius nepote, ac fi-
lio Martini genitos, debere vnà cum Do-
mino Ioanne Aloyſio ipſorum patruo ad
fideicommiſſum dictæ Vallis, Giniani ad-
mitti, quinimò legitimè in eo ſucceſsiſſe,
& ita de iure reſpondeo, ac conſulo pro ve
ritate, ego Ioſephus de Ruſticis, V. I. D.
de Ciuitate Aquilæ, & ad fidem me ſub-
ſcripſi, ſolitumque meum ſigillum, quo in
his vtor, apponi feci.

Laus Deo Opt. Max. eiuſque Matri Glorioſiſſimæ Mariæ ſemper Virgini Cæli Reginæ.

CONSILIVM TERTIVM SVPER FIDEICOMMISSO OLIM ILLVSTRIS D. LVCAE IOANNIS MORMILIS DE NEAPOLI,

Pro Illuſtri Domino Scipione Mormili.

ARGVMENTVM.

FIDEICOMMISSVM *conditione ſemel impleta ob liberorum ſuperexiſtentiam, cùm aliquis reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, rogatus fuerit, quando non extinctum cenſeatur: vnde quæritur an Oldradi conſilium 21.* 1 *ex coniecturis limitetur: ſufficiensq́; ſit coniectura conſeruandæ agnationis: ex quibus eadem coniectura colligatur: & quid ſi teſtator verbis, tunc & eo caſu, reſtrictiuis, ac limitatiuis vteretur: An etiam liberi in conditione poſiti ex coniecturis vocati intelligantur, deq́ue coniecturis maſculinitatis, digreſsionis ad plures ſubſtitutionum gradus, cùmque fideicommiſſum onere reali affectum eſſet: Conditionale inſuper fideicommiſſum quando ex coniecturis tranſmittatur: & quando filij in patris locum ſubintrent: Subſtitutioq́; nunquid de perſona ad perſonam extendatur: Maſculorum denique qualitas an in ſequentibus ſubſtitutionibus repetita cenſeatur.*

SVMMARIVM.

1 *Conditionem ſubſtitutionis ſemel extitiſſe, licèt non duret ſufficere.*

2 *Conditionē ſubſtitutionis ſemel extitiſſe ſufficere, quicquid poſtea de liberis cōtingat, iuxtà Oldr. conſ. 21. Et non ſolùm primam ſubſtitutionem, ſed alias omnes ſucceſſiuè factas euaneſcere. nu. 3.*

4 *Oldradi conſ. 21. procedere etiam ſi maſculorum qualitas fuerit adiecta? qualitate iſta maſculinitatis etiam pluries repetita, nu. 5. Sed contrarium verius eſſe, nu. 37.*

6 *Oldr. deciſionem d. conſ. 21. ex coniecturis infringere, periculoſum videri. Contrarium autē receptius ac validius haberi, nu. 35.*

7 *Oldrad. concluſionem d. conſ. 21. procedere etiam quòd teſtator conſeruandæ agnationis rationem attenderit ſecundùm vnam opinionē, ſed contrariā ſubſiſtere, nu. 36.*

ibiq́

ibiq́; Doctores ipſam tenentes recenſeri, rationeq́; confirmari.

8 *Eo caſu, dictiones, idem quod tūc, importare.*

9 *Tali caſu, dictiones reſtrictiuas & limitatiuas eſſe.*

10 *Subſtitutionem ex verbis, tunc & eo caſu, ad alios caſus nequaquam extendi.*

11 *Verba reſtrictiua, diſpoſitionem etiam fauorabilem reſtringere.*

12 *Oldradi conſ. 21 inconcuſſum manere, ex dictionibus reſtrictiuis & limitatiuis: Sed contrariū ex magis communi opinione verius ac firmius eſſe: Doctoresq́; hoc aſſerentes enunciari. nu. 47.*

13 *Dicti, vel praedicti, verba reſtrictiua cenſeri: Hoc tamen aliter interpretari, nu. 48.*

14 *Limitatam cauſam, limitatum effectum producere.*

15 *Liberos in conditione poſitos, ex crebriori opinione vocatos non eſſe.*

16 *Liberos in conditione ſub qualitate maſculorum, nec vocatos poſſe affirmari; etiam facta huius qualitatis geminatione. Sed contrarium ex crebriori opinione affirmari, nu. 49. Alijs praeſertim coniecturis concurrentibus, nu. 50.*

17 *Liberos in conditione poſitos non cenſeri vocatos, ex digreſſione per teſtatorem facta ad plures gradus inſtitutionum. Contrariā tamen ſententiam receptam magis communiter videri, nu. 50.*

18 *Liberos in conditione poſitos multo minus vocatos eſſe in tranſuerſalibus.*

19 *Tranſmitti nullatenus poſſe, quod nō exiſtit.*

20 *Filium in fideicommiſſis non intrare in locum patris. Sed contrarium comprobari. nu. 61.*

21 *Extenſionem ſubſtitutionis de caſu ad caſum permitti.*

22 *Extenſionem de perſona ad perſonam etiam ex veriſimili voluntate teſtatoris nō fieri.*

23 *Extenſionem de perſona ad perſonam non fieri, non ſolum cùm de perſona ſubſtituti agitur, ſed etiam ſi varietur perſona: idq́; verum eſſe ex praeſumpta mente teſtatoris ex coniecturis elicita: Contrarium verò afferri nu. 62. & 65.*

25 *Repetitionem maſculinitatis in ſequenti ſubſtitutione non fieri: Sed contra, nu. 66. & 67 maximè ſtante geminatione dicta qualitatis. nu. 68.*

26 *Conditionem poteſtatiuam in ſubſtitutione appoſitam ad ſuos terminos reſtringendā, nec aliter extendendam fore. Id tamen ex mente teſtatoris limitari, nu. 69.*

27 *Subſtitutionem allegantī, in eaq́; ſe fundanti onus ipſam probandi incumbere. Sed ex Franciſco Marzario declarari, nu. 70.*

28 *Teſtatorem aliquid ſenſiſſe, niſi illud diſponat, non ſufficere.*

29 *Maſculorum expreſſionem ac incluſionem, faeminarum autem excluſionem à teſtatore inductam, agnationis conſeruationem inferre: praeſertim vbi qualitas maſculinitatis geminata ſaepius fuerit, nu. 30.*

31 *Familias propter maſculos conſeruari ac perpetuari.*

32 *Voluntatē teſtatoris legibus regulari debere.*

33 *Liberos poſitos in conditione praedilectos eſſe, licetq́; non vocentur, ipſos tamen vehementem voluntatis teſtatoris coniecturam habere, quòd ad ipſos ſua bona peruenire, non ad ſubſtitutum voluerit.*

34 *Fideicommiſſa coniecturis induci.*

38 *Tractum ſucceſſorium, ex digreſſione ad plures ſubſtitutionum gradus, expreſſioneque maſculorum ſaepius repetita, inductum videri.*

39 *Liberos in conditione poſitos, ex qualitate maſculinitatis, ſi in loco ſtatutum faeminarum excluſiuum ſtantibus maſculis vigeat, ex Socini ſenioris communiter recepta ſententia vocatos non cenſeri: Veriorem tamen Decij contrariam opinionem fuiſſe.*

40 *Oldradi deciſionem d. conſ. 21. ſi teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum digrederetur locum non habere, ex communi Doctorum atteſtatione.*

41 *Oldradi dictam deciſionem non procedere, ſi in vltimo ſubſtitutionis gradu agnatū proximiorem teſtator ſubſtituiſſet.*

42 *Oldradi cōcluſionem d. conſ. 21. ceſſare, vbicunque liberi vocati eſſent, tunc enim ij dē granati dicerentur. Hocq́; verum eſſe etiam ſi in conditione poſiti reperirentur, data tamen ex cōiecturis ipſorum vocatione.*

43 *Oldradi deciſionem praealleg. conſ. 21. ſi Trebellianica vel omnium quartarum detractionem teſtator prohibuiſſet, ceſſare.*

44 *Oldradi axioma praedictum conquieſcere, vbicunque per ſimplicem primam ſuperexiſtentiam appareret, colligiq́; ex diſpoſitis poſſet, menti teſtatoris non eſſe ſatisfactū.*

45 *Oldradi deciſionem d. conſ. 21. ceſſare, vbi teſtator interrogatus an voluiſſet onus reſtitutionis fideicommiſſi eſſe in quolibet ſubſtitutionis gradu repetitum, ex coniecturis veriſimiliter affirmatiue reſpondiſſet.*

46 *Extenſionem ſubſtitutionis, ſi teſtator dixiſſet, & caſu quo ex Socino iuniori ab Illuſtriſſimo D. Cardinali Mantica relato, non prohiberi.*

51 *Liberorum in cōditione poſitorum ex digreſſione*

ſione ad plures gradus ſubſtitutionũ, vocationem, ſecundùm aliquos ad teſtatoris deſcendentes tantum reſtringi: Sed in agnatis etiam transuerſalibus id verum eſſe.

52 *Liberos in conditione poſitos omni caſu vocatos cenſeri, quo appareret agnationis conſeruandæ rationem habitam fuiſſe.*

53 *Liberos in conditione poſitos cenſeri vocatos, cùm ex verbis præcedentibus & ſequentibus colligi poſſet, teſtatorem ipſos vocare voluiſſe.*

54 *Liberos in conditione poſitos ex coniecturis vocatos cenſeri, vbi plures coniecturæ concurrerent: tuncq́; vnam ab altera proculdubio foueri.*

55 *Fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſionem coniecturis induci ac fieri.*

56 *Tranſmiſſionis coniecturas ex diſpoſitis eliciendas eſſe.*

57 *Tranſmiſſionis coniecturam deſumi, ſi teſtator ſuæ agnationi prouidere ſtuduerit.*

58 *Tranſmiſſionis fideicõmiſſi conditionalis cõiecturã oriri, ſi liberos teſtator in conditione poſuerit, licèt enim vocati tunc non dicerentur, ad eos tamen tranſmiſſio fieret. Hocq́; ſubſtituta etiam pia cauſa verum eſſe. nu.60.*

59 *Vocationem difficilius induci, quàm tranſmiſſio fiat.*

63 *Extenſionem de perſona ad perſonam fieri, vbi perſona ad quam, modo aliquo ſub verbis menteq́; diſponentis ob qualitatem aliquam ei inhærentem, comprahendi poſſet.*

64 *Extenſionem de perſona ad perſonam fieri vt abſurdum euitetur, ne (inquam) minus dilectus magis dilecto præferatur.*

Diuino implorato præſidio.

EX facto proponitur Illuſtrẽ D. Lucam Ioannem Mormilum Patritium Neapolitanum inſtituto Ioanne Aloiſio filio D. Iacobi Mormili vniuerſali hærede, multas ordinaſſe ſubſtitutiones: primam ſcilicèt, quòd moriẽte ipſo Io. Aloiſio ſine filijs legitimis & naturalibus, ideſt ſine filijs maſculis, eo caſu in hæreditate & bonis eiuſdem teſtatoris ſuccedere deberet Cæſar Mormilus ſecundogenitus præfati Ioannis Iacobi: & caſu quo idem Cæſar ſine filijs maſculis moreretur, eo caſu in hæreditate & bonis ipſius teſtõris ſuccedere poſſet & deberet Annibal Mormilus: ſub eadẽque formulæ cõceptioneq́; verborũ Annibali Scipionẽ, & ipſi Scipioni Iulium, & Iulio Alexandrũ & Alexandro Antonium primogenitum, omnes fratres dicti Aloiſij, ac filios Ioannis Iacobi: Antonioque Ioannem Annichinum nepotem naturalem dicti teſtatoris ex Ioanne Bernardino Mormili eius fratre ſubſtituiſſe: & denique ac octauo loco, moriente Ioanne Annicchino ſine filijs legitimis & naturalibus, eo caſu in bonis hæreditateque ipſius teſtatoris propinquiorẽ de domo Mormili mandaſſe ſuccedere.

Prohibuiſſe etiam detractionem quarumcunque quartarum, nec poſſe de legatis & contentis in eius teſtamento aliquid datrahi ſeu defalcari iure naturæ, ratione falcidiæ vel Trebellianicæ, aut pro debito bonorum ſubſidio.

Inſtituiſſe inſuper particulariter D. Portiam Mormilam, & D. Ioannellam ſorores ipſius teſtatoris in quibuſdam bonis particularibus, cum prohibitione de aliquid aliud vlterius non petendo, legaſſeque Ioanni Annicchino prædicto quædam particularia bona, cum prohibitione alienandi, niſi ex cauſa dotis & paragij, ac redemptionis ſuæ perſonæ, illiq́; huiuſmodi verbis ſubſtituiſſe: Item prædictus teſtator ordinat & vult, quòd quãdocunque pręfatus Ioãnes Annicchinus moriretur in pupillari ętate, vel poſt, ſine filijs legitimis & naturalibus, quòd tali caſu in rebus ipſi legatis ſuccedat hæres vniuerſalis eiuſdem teſtatoris qui tunc erit.

Euenit primo mors Ioannis Aloiſij hæredis abſque liberis, cui ſucceſsit Cæſar ex dicta prima ſubſtitutione: deinde deceſsit Ioannes Annichinus pariter ſine liberis, in cuius bonis idem Cæſar virtute dictæ vltimę ſubſtitutionis de vniuerſali hęrede ſucceſsit: tertiò obijt Annibal ſecundò ſubſtitutus ſine liberis: quartò deceſsit Scipio relicta vxore prægnante, quę Illuſtrem D. Scipionem Mormilum iuniorem qui nũc experitur, progenuit: quintò obijt etiam Cæſar primo ſubſtitutus relicto Ioanne Camillo eius filio legitimo & naturali, qui tandem abſque ſobole ex hac luce migrauit, ſuperſtite tantum ex dicta linea Iacobi Mormili dicto D. Scipione iuniore in conditione poſito.

Quęritur nunc an idem Scipio iunior poſsit ad bona fideicommiſſo ſubiecta per dictum olim D. Lucam Ioannem teſtatorem aſpirare, fœminis Mormilibus excluſis, prętendentibus vti proximiores pręfato ultimo decedenti ſuccederę.

Et prima fronte ſuper hac difficili cõſultatione, quę celeberrimos atque inſignes Iuriſ-

Iuriſconſultos aliquando ceſpitare fecit, negatiue reſpondendum videretur. Primo nam: AVT volumus D. Scipionem ſubintrare poſſe tanquàm ſubſtitutio ſub duplici conditione facta cenſeatur, ſi Cæſar ſine filijs maſculis deceſſerit, vel illi filij ſine filijs & hoc admittendum non exiſtimant, cum
1 ſufficiat † conditionem ſemel extare, licèt perpetuò non duret, l. in ſubſtitutione, vbi Ang. & Io. de Imol. ff. de vulg. & pupill. l. ſi quis hæredem, vbi Bald. Ang. Salyc. Raph. Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. C. de inſti. & ſubſtit. l. rogo, in fin. ff. de fideicom. libert. Oldrad. conſ. 141. Thema tale eſt, D. G. Leuionenſis, col. 2. ante num. 2. verſic. ſufficit. Alexan. conſ. 115. Vetus & trita, in fin. li. 1. eſtque text. in l. filiusfamilias, §. cùm quis, de lega. 1. Quod procedit etiam, quicquid poſtea de ipſis liberis contingat, licet enim ij qui faciunt fideicōmiſſum deficere, poſtmodum ſine filijs moriantur, non tamen
2 ſubſtitutio † locum habet. Oldrad. conſ. 21. Thema tale eſt, teſtator, nu. 1. verſic. & mihi uidetur, per text. in l. cum vxori, C. quādo dies leg. ced. in l. hæredibus, & in l. ex facto, §. ſi quis autem ſuſceperit. ff. ad Treb. ac d. conſ. 141. col. 2. Ioan. And. in addit. ad Specul. titu. de teſtam. §. in primis, in final. addit. q. 5. Cyn. in auth. ſed & ſi quis, in vl. q. in fin. C. de ſecund. nupt. Bald. in l. fin. col. 8. nu. 54. in 25. q. C. de hæredib. inſtit. & conſ. 57. Itē inſtituo, col. 1. in fi. & infra lib. 2. Petr. de Anchar. conſ. 120. Pro clariori deciſione, poſt prin. Alex. cōſ. 139. Circa primum, nu. 3. lib. 6. Dec. conſ. 205. In cauſa, nu. 8. & frequenter alibi. Stephan. Bertrand. conſ. 166. Pro faciliori reſponſione, col. 2. ante nu. 5. verſic. Per ſecundam, li. 1. Anton. Rub. conſ. 31. Præſupponitur in facto, nu. 3. Hieronym. Grat. conſ. 68. In pręſenti cauſa, nu. 5. lib. 1. Io. Cephal. conſ. 17. Magnifica Do. Franceſchina, nu. 11. conſ. 114. Magnificus D. Bartholomæus, nu. 5. lib. 1. Didac. Couarr. in cap. Raynaldus, in princ. nu. 3. verſic. ſed & illud. de teſtam. Achyll. Perſonal. in tract. de adipiſc. poſſ. nu. 191. verſic. & primo. deque communi opinione teſtantur Aym. Crauet. conſ. 98. Nobilis & potens, nu. 4. Pariſ. conſ. 86. Ad veram, nu. 3. li. 2. & Rol. de Val. conſ. 56. Quoniam ex facto. nu. 9. lib. 3. Prædictaque Oldradi deciſio in tantum vera eſt, vt nedum prima ſubſtitutio ſub illa liberorum conditione concępta expirare dicatur, ſed etiam
3 omnes alię ſubſtitutiones † ſucceſsiuè factę poſt primam, à qua ſequentes dependent penitus deficiant, d. l. cū in teſtamento, in prin. l. ſi mater, §. fi. vbi Iaſ. in 2. not. d. tit. de vulg. & pupil. Socin. ſen. conſ. 116. In cauſa filiorum, col. 5. verſic. Quę omnino, lib. 3. conſ. 92. Viſo capitulo, col. 4. nu. 7. uerſic. ex qua intelligentia, lib. 2. Alex. dicto conſ. 139. Circa primum, nu. 4. lib. 6. & ſenſit Bart. in l. 1. col. 10. nu. 47. verſic. Sed circa hoc, eo. tit. de vulg. & pup.

4 Procedit adhuc ſi maſculorū † qualitas fuerit adiecta, ut in pręſenti themate contingit. Abb. Panormit. conſ. 40. Venio. in 1. dub. col. 1. & 2. lib. 1. Alex. d. conſ. 139. nu. 3. Dec. conſ. 63. & pro tenui, ante nu. 3. col. 2. conſ. 291. Viſis, nu. 5. conſ. 513. In ciuitate noſtra, col. 2. nu. 3. Carol. Rui. conſ. 153. Viſo vtroque teſtamento, col. 4. nu. 5. verſic. & per illum, lib. 2. vbi Ruinus in terminis Alexandri loquitur, in quibus teſtator proprias ſorores excluſerat, Iſaſchinū & Antonium eius agnatos inſtituendo, ſub qualitate hæredum maſculorum illis ſubſtituendo, quemadmodum dictus D. Lucas Ioannes diſpoſuit Dom. Portiam, & D. Ioannellam excludendo, cum expreſſa prohibitione de aliquid vlterius non petendo, & in vltimo gradu ſubſtitutionum, proximiorem de domo Mormilorum vocando. idem Caro. Ruin. conſ. 132. Proponitur, nu. 5. lib. 3. Hieronym. Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 763. ff. ad
5 Treb. ētſi eſſet pluries repetitū † uerb. maſculis, vt per Oldrad. d. conſ. 21. & tradit Pariſ. conſ. 31. Conſiderato primo capite, nu. 21. lib. 2. Zanch. vbi ſupra, verſic. & attende quòd in caſu Oldradi.

Et ſi diceretur ab Oldradi deciſione declinandum eſſe, vbicunque ex præſumptionibus & coniecturis colligi poſſet, teſtatorem voluiſſe onus reſtitutionis fideicommiſſi cenſeri repetitum à ſubſtitutis & vocatis in alios, Petr. de Anchar. conſ. 27. Nō ſeruato ordine dubiorum, col. 8. in princ. verſi. Poſtquàm igitur. cum quo multi ſentire videntur.

6 Reſponderi poteſt, periculoſum † valde eſſe pręſumptionibus & coniecturis aduerſus dictam Oldradi deciſionem inhærere. nam Iuriſconſ. in d. l. ex facto, §. ſi quis autē ſuſceperit. & Imper. in d. l. cum vxori, vnū ſaltem verbum de hoc dixiſſent, ſi ex coniectura voluntatis ab illis reſponſis eſſet recedendum, pro vt alijs multis in locis ſemper cōiecturam voluntatis excipere ſolēt: eo magis, quia ipſemet Imp. in d. l. ſi quis hæredem. dum rationem reddit, quare velit regulariter ſufficere conditionem appoſitam legatis, fideicōmiſſis, inſtitutionibus

vel

vel ſubſtitutionibus ſemel eſſe impletam,
licet poſtea nõ duret, quia inquit, ne dum
nimia vtimur circa huiuſmodi ſenſus ſub-
tilitatẽ, iudicia teſtantium defraudentur;
& ſic Imperator clarè fatetur periculoſiſſi-
mum eſſe, nimis velle ſcrutari defuncti vo
luntatem fuiſſe præter vel contra regulam
prędictam, ideſt vt conditio nõ dicatur im-
pleta per ſuperexiſtentiam ſimplicem filio
rum: quod accuratè aduertendum eſſe Do
ctores Oldrado abſolutè ſe ſubſcribentes
cenſuerunt, cùm penitus fundamentum o-
pinionis de præſumpta volũtate teſtatoris
conuellat & deſtruat.

Nuncupatimq́ue vbi appareret teſtato
7 rem conſeruandæ agnationis † rationem
habuiſſe, ac bona perpetuandi in eius fa-
milia, Oldradi opinio verior ſit atque tu-
tior, ex infraſcriptis Doctoribus colligi po
teſt, qui in caſu ſubſtitutorum agnatorum
conſuluerunt: Oldrad. ipſe d. conſ. 21. Iaſ.
conſ. 51. Circa primum dubium. nu. 2. ver
ſic. Aggredior ſecundum. lib. 3. & latius at
que altius conſ. 66. Viſo teſtamento condi
to, col. 4. verſic. Moueor in primis, dicens
iſtam eſſe meram veritatem, & ſæplus ita
conſuluiſſe, ac legendo tenuiſſe, eo. vol. Ca
rol. Ruin. conſ. 105. Viſo teſtamento Zeno
nis, col. 1. in princ. & conſ. 153. Viſo vtro-
que teſtamento, col. 4. nu. 5. verſic. Quia er
gò. li. 2. & ante iſtos Alex. d. conſ. 139. Cir
ca primum dubium, col. 1. & 2. nu. 3. & 4.
lib. 6. Dec. conſ. 63. Et pro tenui facultate
mea, col. 2. ante nu. 3. conſ. 218. In caſu ad
me tranſmiſſo, nu. 7. conſ. 287. In Ciuitate
Placentiæ, nu. 1. & 2. conſ. 291. Viſis & di-
ligenter conſideratis, nu. 5. conſ. 377. eiuſ-
dem initij, col. 2. in princ. nu. 1. Aym. Cra-
uet. d. conſ. 98. Nobilis & potens, nu. 4. Io.
Cephal. conſ. 269. Illuſtris Comes, col. 3.
nu. 11. verſic. Ad quod oſtendendum, lib. 2.
conſ. 544. Teſtator, col. 3. nu. 16. verſic. Cũ
enim, lib. 4. Rol. de Vall. conſ. 56. Quoniã
ex facto ius oritur, col. 2. nu. 10. lib. 3. Hie-
ronym. Gabriel. conſ. 111. Stante teſtamẽ
to Petri, col. 2. nu. 8. lib. 1. Socin. iun. conſ.
4. In occurrenti caſu. nu. 21. verſic. Nec e-
nim ex eo, lib. 3. Iacob. Menocch. conſ. 85.
Propoſita hæc conſultatio, nu. 46. libro 1.
Franciſc. Burſat. conſ. 51. Grauem, nu. 36.
lib. 1. & de communi opinione, vt Oldradi
conſ. 21. procedat etiam ſi agnationis ratio
habita ſit, teſtatur Sfortia Odd. conſ. 67.
Magnificus & nobilis, nu. 31. verſic. Poſtre
mò Menocchius, & conſ. 66. D. Nicolaus,
nu. 106.

Neque obſtat doctrina Ancharani d.
conſ. 27. col. 8. in princ. ex ijs quæ tradit
Aym. Crau. conſ. 161. Verba ſubſtitutionis,
nu. 11. & 12. conſ. 180. Quando reddidi
conſilium. ante & poſt nu. 2. ac etiam Iaco.
Menocch. d. conſ. 85. nu. 126. d. li. 1.

Cumq́ue dictus Lucas Ioannes in di-
ctis ſubſtitutionibus, reſtrictiuè loquutus
8 fuerit per verba, eo caſu, † quæ idem im-
portant quod dictio, tunc, gl. in l. Gallus,
in princ. in verb. tunc. vbi Ang. col. 1. de li-
ber. & poſthum. Rol. de Vall. d. conſ. 56.
nu. 20. lib. 3. conſ. 70. Quoniam. nu. 16. eo.
vol. quæ quidem dictio Tunc, temporis ex
tremitatem ſignificat, l. 4. §. fin. ff. de cond.
& dem. l. in ſubſtitutione, in fin. ff. de vulg.
& pup. l. huiuſmodi. ff. de verb. oblig. l. vxo
ri vſumfructum, & quod ibi not. Bart. ff. de
vſufruct. legat. & ſic verba, tali, vel eo caſu,
9 ſunt † reſtrictiua, & limitatiua diſpoſitio-
nis præcedentis, Pariſ. conſ. 92. Prima du-
bitatio, nu. 11. lib. 2. Dec. conſ. 336. In ca-
ſu propoſito, nu. 2. in fin. conſ. 273. eiuſdẽ
initij, col. 2. in fin. ſub nu. 3. verſic. Et prędi
cta concluſio. Rol. d. conſ. 70. nu. 14. Natta
conſ. 676. In cauſa, nu. 3. lib. 4. conſ. 667.
De viribus ſubſtitutionis, nu. 4. & cõſ. 678.
In cauſa agitanda, nu. 6. eod. vol. uidetur
omninò Oldradi deciſio in propoſito fir-
ma manere. Subſtitutio enim ad alios ca-
ſus ex dictis taxatiuis dictionibus non ex-
10 tenditur, ſed alios caſus excludit † præter
incluſum, Socin. Sen. conſ. 259. Viſis & cõ
ſideratis, col. 3. verſic. Confirmantur præ-
miſſa, lib. 2. Natta d. conſ. 676. nu. 4. conſ.
678. nu. 6. & conſ. 667. nu. 5. d. lib. 4. Vnde
Pet. de Ancha. conſ. 356. ex ſerie teſtamen
ti, col. 2. verſic. Pondero verba illa. dixit,
quòd licèt vulgaris ſubſtitutio, quando v-
nus caſus exprimitur ad alios caſus proten
datur, l. cum proponas, C. de hæred. inſtit.
hoc nõ habet locum ſi adeſſet dictio, tunc,
nam ad expreſſum reſtringitur, Dec. in l. q̃-
uis, nu. 2. C. de impub. & al. ſubſti. & quod
dictiones, tunc & eo caſu, reſtringãt ſubſti
tutiones, prohibeantq́; extenſionem fieri,
voluere, Ludouic. Roma. conſ. 131. Prima
dubitatio, verſic. Secũdo illud, & conſ. 138.
Noua ſuperuenit. Bald. conſ. 57. Item inſti
tuo, col. 12. lib. 2. Ioan. de Anan. conſ.
66. Viſis his, col. 3. verſic. & hoc expreſsè,
Socin. Sen. conſ. 259. Viſis conſideratis,
col. 3. verſic. Confirmantur præmiſſa, li. 2.
conſ. 5. In primo conſultationis articulo.
nu. 7. lib. 3. Riminald. Iun. conſ. 412. Teſta
trix quædam, nu. 68. & 69. lib. 4. In tantum
11 quòd verba reſtrictiua † diſpoſitionem e-
tiam fauorabilem reſtringant, l. pen. C. de
legat.

legat.Bal.conſ.262.Recolo,In fin.li.1. Cra
uc.d.conſ.98.Nobilis & potens.col.3.nu.
14.verſic.Octauò conſidero.

Et in ſpecie vt dicta Oldradi deciſio d.
conſ.21.ſtabilis & inconcuſſa remaneat,ſi
12 teſtator reſtrictiuè ac limitatiuè † onus re-
ſtitutionis fideicommiſſi iniunxiſſet ex di-
ctionibus,tunc & eo caſu,tradunt Aym.in
præalleg.conſ.5.vbi alios citat.Dec.d.con
ſi.63.& pro tenui,nu.3.conſ.89. Viſo pun
cto.col.antepen.nu.3.verſic.Poſtremò prę
dicta concluſio.conſ.287. In Ciuitate Pla
centiæ, nu.11.verſic. Accedit etiam, conſ.
314.Pro reſolutione caſus,nu.3.in fin. ver
ſic. Secundo hoc idem. Rub. Alexandrin.
conſ.31.Præſupponitur in facto, nu.1. Ia-
cob.Menocch. conſ.152. Reſpondendum
videbatur, nu.36.& 41.lib.2. Hieronym.
Gabriel.conſ.111.Stante teſtamento,nu.
14.Io.Cephal.conſ.269.Illuſtris Comes,
nu.29.lib.2.Rol.de Vall.conſ.56. Quoniã
ex facto, nu.20.lib.3. Maximè quia reſtri-
13 ctio cauſari etiam videtur ex verbo, † dicti,
& prædicti,vt concludunt Dec.conſ.291.
Viſis,col.4.verſic. His præmiſſis. Aym. d.
conſ.98.nu.8.verſic.Tertio reſtrictio ſumi
tur, Carol.Ruin.conſ.108.Viſa ac benè in
tellecta,nu.3.li.2.cõſ.130. Viſo teſtamẽto
Nicolai,nu.4.eo.vol. Pariſ.conſ.86.Ad ve
rã reſolutionem,nu.36.li.2.& Eccellentiſſi
mus D.Iacob. Menocch. in tract. de præ-
ſumpt.in 2.part.princ.lib.4. præſump.69.
nu.7.ver.Reſtrictionis ſigna,ac d. conſ.85.
Dubitari adhuc cõtingit,nu.44.ver.Quod
ex eo confirmatur, vbi alios allegat, lib.1.

Ac inſuper, quoniã ſubſtitutio proprio
expreſſo nomine facta conſpicitur,gloſſ.in
l.ſi quis ita, §.1.ubi Bart.ff. de teſtam. tut.
Bart.in l.liberorum.col.2.ff.de uerb.ſign.
in l.Gallus,§.inſtituens,circ. fin.ff.de libe.
& poſthum.Aym.d.conſ.98.nu.9. quem
referendo ſequitur Iacob.Menocch. d.prę
ſump.69.nu.8. Dec.conſ.513.In Ciuitate
noſtra,in princ. Curt.Iun.conſ.121.Præ-
ſupponitur in facto,nu.9.ſuper quo mul-
tum ſe fundat Odd.d.conſ.67.nu.32.in 3.
14 fundamento.unde limitata cauſa † limita-
tum debet effectum producere, l.in agris,
ff.de acq.rer.domin. teſtantisque limitata
uoluntas non debet extendi ultra quã ex-
preſſit,l.unic. §.ſin autem ſub conditione.
C.de caduc.toll.

Aut Dominus Scipio uult ſe iuuare ꝙ
in conditione poſitus reperiatur, & tunc
uidetur quòd ex ſimplici poſitione in con-
ditione non ſit diſpoſitiuè uocatus ex te-
15 ſtamento † prædicto,iuxta magis commu-
nem opinionem gloſſæ in l.Lucius Titius,
ubi Iacob.de Are.ff.de hæred.inſtit.de qua
teſtantur Alex.conſ.108.uiſo themate,nu.
3.lib.1.conſ.185. Viſo titulo quæſtionis.
nu.15.conſ.199.Perſpectis,nu.11.li.5.Iaſ.
conſ.89.Aggredior,nu.1.lib.4.Cor.conſ.
101.licèt,nu.1.lib.4.Socin.Sen.conſ.249.
Materia,nu.5.lib.2. conſ.77. In præſenti,
nu.4.lib.1.Aym.Crauet.conſ.62. Nobilis
Vrbanus,col.2.nu.6.lib.1.Socin.Iun. con
ſil.114.Viſis nu.16. conſ.119. Viſo teſta-
mento,nu.9.lib.1.Ruin.conſ.128.eiuſdem
initij,nu.1.lib.3.Natta conſ.551. Quoniã
nu.8.lib.3.Rol.de Vall.conſ.51. Viſo, nu.
quinto.li.3.cum alijs quos adducebam in
tract.An & quan.lib.in cond. poſit.uocen.
in prima part.capitu.ſecundo. in princ. &
in conſ.pro Aemilian. nu.11.ac in alio con
ſi.pro Riuer.nu.10.

Nec refert dicere, dictos filios fuiſſe po
ſitos in conditione ſub qualitate maſculi-
16 nitatis,nam illa † non obſtante, vocati nõ
dicuntur, Alex.conſ.105. Perſpectis ver-
bis, nu.4.lib.1.conſ.24.Attentis his,col.3.
num.6. conſ.32. Viſo proceſſu, ante nu.3.
& infr.lib.3.Benedict.Capr.conſ.2. Cùm
viſo,nu.23.Raph. Cuman. conſ.122. Ge-
rardus, col.1.Ruinus reſpondens ſecundũ
conſcientiam, conſ.181.Viſis conſilijs,nu.
10.vbi hanc opin. diſputando tuetur,li.2.
quam communem dixere Soci.Iun. conſ.
118.Propoſita difficultas,nu.15.lib.1.Pa-
riſ. conſ. 31. Conſiderato primo capite,
nu.22.conſ.24.Subſtitutio fideicommiſſa
ria,nu.11.conſ.86.Ad veram reſolutionẽ,
nu.16.& 17.lib.2.Rip.in l.1. nu.8. C.de
pact.Decian.conſ.59.vt conſulam breuita
ti, nu.6. lib.2.ac magis communem eſſe te
ſtantur idem Soc.Iu.conſ.177.Reſolutio,
nu.12.lib.2. Rol.à Vall.conſ.51. Viſo, nu.
5.li.3.conſ.34.vidi dubia,nu.64.conſ.43.
Negari non poteſt,ante nu.39.lib.4.Augu
ſtin.Bero.conſ.107.Anceps quippè.nu.9.
lib.2.Franciſc.Burſat.conſ.52.In caſu præ
cedentis couſilij,nu.26.& conſ.86. Dom.
Baptiſta,nu.ſecundo.lib.1.Hieronym.Ga-
briel.conſ.95.Petrus Cataneí, nu.23.li.2.
Oſaſc.conſ.35.viſa ſpecie facti,col.1.nu.1.
& 2.eandemque maſculinitatis coniectu-
ram abſolutè conſiderata, reſpuunt etiam
Antonin. Teſſaur. deciſ.96.filij in condi-
tione,nu.23.verſic.Breuiter omiſsis.Paul.
de Monte pic.conſ.99.Audita,nu.70.verſ.
At in propoſito.Iacob.Mandel. conſ.568.
Quæſtio mihi propoſita,nu.17.lib.4.Rimi
nald. Iun. conſ.123.In hoc dubio,nu.4.&
infr.lib.ſecũdo.Purpur.conſ.30.Conſului
aliàs

alias,nu. 14.verſic.Secundò principaliter,
libro primo.

Hæcque negatiua opinio procedit etiã
ſi bis vſus fuiſſet teſtator dicta qualitate,
& ſic geminatè,vt poſt Curt.& Purput.tra
dit Hieronym.Zanc.in rep.l.hæredes mei,
§.cum ita,nu.769.verſic.Vel vltimo.& Ra
ph.Cuma.d.conſ.122.per totum. Pariſ.d.
conſ.31.n.19.lib.2.cõſ.87.Vidi & legi, nu.
26.& infr.cod.vol.Bero.conſ.84. Cùm ex
facti ſerie,nu.75.lib.2.& ſi vlterius digreſ-
ſionis ad plures ſubſtitutionum gradus cõ
iectura afferretur, iuxta tradita per Pet. de
Ancha.conſ.74.Contra Philippum.col.2.
eandem coniecturam inefficacem dixere,
17 ad † vocationem inducendam, idem An-
cha.in c.ſi pater,in 12.not.nu.4. de teſtam.
in 6.Socin.Sen.in l.cum auus,col.pen.nu.
114.ff.de cond.& dem. Ruin.conſ.140.Vi
ſo,nu.11.lib.2.conſ.128.Viſo teſtamento,
nu.19. lib.3. Pariſ. conſ.31. Conſiderato
primo capite,nu.29.lib.2. & communiter
iſtam digreſſionis coniecturam reprobari,
ttadunt Iul.Clar.de teſtam.lib.3. q.79. in
4.coniectura. Cur.Sen.conſ.64. Antiquiſ
ſima & nobiliſſima familia. col.16. nu.18.
Hieronym.Alban.in Lucrub.ad Bart.in l.
centurio,nu.27.ff.de vulg.& pupill. vbi de
communiori.& vltra eum, Franciſc.Burſa.
conſ.51.Grauem,nu.31.lib.1.Io.Ceph.con
ſi.419.Clariſſimus,nu.74.verſi.Ad tertiũ.
lib.3.conſ.517.Illuſtriſſimus Comes, nu.
76.lib.4.Rol.de Vall.conſ.51.Viſo, nu.9.
lib.3.Bero.conſ.84.Cùm ex facti ſerie.nu.
75.verſic.Alia coniectura,lib.2.Iacob.Ber
ret.conſ.74. Hęc cauſa,nu.21. dicens iſtã
coniecturam crebriori Doctorum ſenten-
tiæ repugnare.Io.Franc. Purpur. conſ.24.
Viſo teſtamento condito,nu.2. dicens cõ-
munem eſſe opinionem, de eaque atteſta-
ri etiam ſummam practicum Franciſcum
de Curte Seniorem, quicquid alias ipſe
Purpuratus conſuluerit, non enim omnia
deguſtauerat, vt per eum, lib.1. Cùmque
Io. Camillus filius Cęſaris reperiatur & is
in cõditione poſitus, atque nõ vocatus, iux
ta dictam magis communem opinionem,
ab eo fideicommiſſi reſtitutio prætendi nõ
poteſt,nam quẽ non honoro grauare non
poſſum, l.ab eo, C.de fideicom.l.cohæredi
§.cum fidei, ff. de vulgar.& pupillat. & ut
hoc ſubijciam, cum in tranſuerſalibus in-
18 ſtitutis † verſemur, dictæ gloſſæ opinionẽ
plurimum communem eſſe in iudicando
& conſulendo, tradidit Socin. Sen. conſ.
140.Conſiderato teſtamento, ante nu.3.
col.2.lib.1.cui aſſentiuntur Cor.cõſ.180.
Multitudo quæſitorum,nu.2.lib.4.conſ.4.
In præſenti,nu.21.col.9.verſic. Imo longe
magis,li.3.conſ.186.Quanquàm,nu.2.eo.
vol.& Iul.Clar.ti.de teſta.q.77.verſic.Aut
ille qui fuit ſubſtitutus.

Avt prętendit deficiente uocatione per
ſimplicem poſitionem in conditione ius
tranſmiſſionis habere,& cum fideicommiſ
ſum euanuerit per ſupetexiſtentiam Do.
Ioan.Camilli,vt declaratum deſuper fuit,
19 quod non eſt, ttanſmitti † non poteſt, l.
eius qui in prouincia,ff.ſi cer.pet. cùmque
fideicommiſſarius viuo adhuc teſtatore de
ceſſerit, nullo modo ſpem fideicommiſſi
tranſmittere dicendum eſt,l.vnic. §.ſin au
tem aliquid ſub conditione, C. de caduc.
tollen.Curt.Iun.conſ.96.Habita diligenti
conſideratione,col.2. nu.5. poſt Socin. in
l.hæredes mei,§.cum ita,in 3.& 5.col.ff.ad
Trebell.Franciſ.Mantic.d.lib.11.titu.20.
nu.29.verſ.Nouiſſimè admonendi ſumus.
dicens hoc eſſe indubitatum.

Avt vult venire virtute ſubintrationis
repræſentatiuæ in locum ſui patris, & non
poteſt,nam quod dicitur vt filius in locum
patris ſubintret, §.cùm filius.Inſtit.de hæ-
redit.quæ ab inteſtat. defer. in ſucceſſione
20 ex diſpoſitione † legali intelligitur,prout
loquitur auth.ceſſante.C.de legitim. hære
dib.ſecus in fideicommiſſis.& ſic in ſucceſ
ſione ex diſpoſitione hominis, vt loquitur
l.cum ita,§.in fideicommiſſo.vbi Bald. di-
ſtinguens in fin.Florian.de S.Petro in fin.
& Raph.Cuman.ff.de leg.2.Nicol. de Mat
tarel.in l.fi.C.de iuriſdict.omn.iudi. Dec.
conſ.1.Memini me, nu.1.de magis com-
muni opinione atteſtans,conſ.217. In ca-
ſu propoſito, nu. 2.conſ.408.In præſenti
conſultatione,col.fin.num.13. Curt. Iun.
conſ.22.Præſupponitur in facto,nu.9.Go
zadin.conſ.29.Videtur prima facie,nu.18.
Socin.iun.conſ.73.Pulchra & ſubtilis,nu.
31. magis receptam ſententiam eſſe affir-
mans,lib.1.Pariſ.conſ.30. Dubitatur, nu.
61.lib.2. Ruin.conſ.134.Viſo ac perlecto,
nu.22.pariter volum.2.Iacob.Mandel.Al
benſ. conſ.60. Habet præſens caſus, nu.
10.Rub. Alexandrin. conſ.36. enitar ex-
plicitè demonſtrare, nu.9.& conſ ſequen.
Natt. conſ.679.In caſu, nu.vigeſimo.vbi
de communi, libro quatto. Rolan.de Val.
conſ.38.In præſenti conſultatione,nu.33.
libro ptimo.

Avt credit hoc caſu poſſe extenſionem
21 fieri,& licèt ſubſtitutio † in unum caſum

concepta, ad alios caſus aliquando extendatur, vt eſt text. in l. fin. vbi Bartol. & alij, C. de inſtit. & ſubſtit. ac in l. fin. vbi idem Bart. C. de poſthum. hæred. inſtit. in l. Gallus, §. & qnid ſi tantum, iunct. gloſſ. ff. de liber. & poſthum. iſtud tamen non procedit vbicunque extenſio de perſona ad perſo-
22 nam † etiam ex tacita ac veriſimili mente teſtatoris fieri deberet, l. ſi quis ita, §. pen. ff. de teſtam. tut. per quem tex. ita dicit Frãciſc. Aretin. in eo. §. & quid ſi tantum, col. 5. paſſimque tradunt Doctores, Io. de Imo. in l. commodiſſimè, nu. 2. d. titu. de libe. & poſthu. Abb. conſ. 57. Attingam, cnl. penu. verſic. Nam reſcriptum Gregorij. libro 1. Dec. conſ. 211. Subtilis eſt caſus, nn. 5. conſi. 394. Pro vera reſolutione caſus, col. 4. in fin. nu. 8. Aym. Craue. conſ. 161. Verba ſubſtitutionis, nu. 11. Socin. iun. conſ. 129. In pręſenti conſultatione. nu. 8. 33. & 34. li. 3. Carol. Rui. conſ. 153. Viſo vtroque teſtamento, nu. 2. conſ. 177. Proponitur, nu. 10. col. 4. lib. 2. Curt. iun. conſ. 113. Pro reſolutione, nu. 10. Io. Cephal. conſ. 107. Magnificus D. Cæſar. nu. 19. lib. 1. And. Alciat. libro 3. de verb. ſign. fol. 131. uerſic. At ſi alia perſona ſit. Lancell. Galiaul. in d. §. & quid ſi tantum, nu. 22. Hocque non ſolum
23 verùm eſt cùm de perſona † ſubſtituti agitur, ſed etiam ſi varietur perſona eius cui ſubſtitutio facta reperitur. Franciſc. Rip. in l. 1. nu. 92. verſic. Attende ſi uis intelligere ff. de vulgar. & pupillar. Hieronym. Gabr. conſ. 95. Laurentius. nu. 13. lib. 1. & ante iſtos, idem voluit Soc. Sen. conſ. 77. Viſis. nu. 5. Quod procedit etiam ſi coniecturæ
24 concurrerent, ac præſumpta mens † teſtatoris. Dec. conſ. 211. Subtilis eſt caſus, nu. 5. conſ. 287. In Ciuitate Placentiæ, nu. 8. verſic. Secus dicit Aretinus. Riminal. Iun. conſ. 243. Cum vigeat, nu. 50. verſic. Sed vt concedamus. ſub uerbo forte, magis cõmunem opinionem eſſe atteſtans, lib. 3. etiam ſi materia eſſet fauorabilis, ut poſt Aretinum & Socinum Sen. tradit Andr. Tiraquel. in rep. l. ſi vnquàm in uerb. libertis. nu. 30. verſic. ex quo illud fit, C. de reuoc. donatio. quem refert Cephal. conſ. 114. Magnificus D. Bartholomæus. nu. 7. lib. 1.

Avt Dominus Scipio facit fundamentum ſuper tacita volũtate teſtatoris, quòd voluerit bona in familia conſeruari, & nihil prodeſt, in vltima uanque ſubſtitutione Annichino facta, qualitas illa, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, non fuit aliter repetita, ſed ſimpliciter dictum, ſine filijs, ergo debet etiam de fœminis intelligi: qualitas ſiquidem maſculini ſenſus in ſubſequẽ
25 ti ſubſtitutione non cenſetur † repetita, Io. de Anan. conſ. 22. Ad approbandum. nu. 3. verſi. eſt etiam multum ponderandum. Alex. conſ. 38. Perſpectis his, nu. 8. lib. 2. Pet. de Anchar. conſ. 120. Pro clariori deciſione, in fin. nu. 4. verſic. cum ergo Philippus teſtator. Cor. conſ. 230. Quanquàm in hac conſultatione, col. 4. ſub nu. 6. li. 3. Socin. Sen. conſ. 227. Pręſens conſultatio, col. 12. nu. 7. li. 2. conſ. 69. Viſo teſtamento, col. 6. in fin. ſub nu. 5. verſic. Addo tamen. lib. 3. conſ. 116. In cauſa, col. pen. nu. 8. eod vol. Dec. conſ. 524. Satis nota eſt quæſtio, nu. 5. conſ. 567. In caſu occurrenti, ante nu. 2. conſ. 581. Viſo puncto controuerſiæ. nu. 6. 7. & 8. conſ. 568. D. Daria. nn. 3. Socin. iun. conſ. 3. Viſo themate. nu. 42. libro 1. Ruin. conſ. 140. Viſo & bene intellecto, nu. 6. libro 2. conſ. 144. Proponitur in facto, ante nu. 18. conſ. 152 Ponderatis diligenter, nu. 6. & conſ. 153. Viſo vtroque teſtamento, nu. 8. d. lib. 2. Celſus Hug. conſ. 120. Et ſi dici poſſit, nu. 52. Albenſ. conſ. 7. In cauſa iſta, nu. 7. lib. 1. Laurent. Syluan. conſ. 64. Refricatur, in dubium, nu. 18. Bero. conſ. 110. Facti ſpecies, nu. 27. libro ſecundo. Riminald. Iun. conſ. 292. Magnificus D. Ioannes Baptiſta, nu. 25. lib. 5.

Confirmantur prædicta, nam conditio per teſtatorem in dicta ſubſtitutione appo
26 ſita eſt † voluntaria, & ideo ad filios debet reſtringi in terminis ſuis, nec extẽdi ad nepotes. Bart. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, col. 2. vbi Lancell. Galiaul. nu. 27. de liber. & poſthum. Alex. conſ. 1. Teſtator inſtituit, nu. 11. in fin. lib. 1. Socin. Sen. conſ. 259. Viſis, col. 3. nu. 3. verſic. Aliquando & ſecundo, lib. 2. conſ. 140. Conſiderato teſtamento, col. 6. verſic. Facit quia in conditione, lib. 1. Ruin. conſ. 110. Satis, nu. 10. libro 3. Pari. conſ. 20. In hac conſultatione. nu. 19. 40. & 41. lib. 3. Rol. de Vall. d. conſ. 56. nu. 22. & 23. lib. 3. vbi communem eſſe dicit. Vnde D. Scipioni illud obſtare uidetur, quòd agens ex ſubſtitutione, dicenſq;
27 ſe alicui ſubſtitutum eſſe, tenetur † ipſam ſubſtitutionem probare, & quòd ſubſtitutio caſum de quo quęritur complectatur, ſemper enim obijci poteſt, ſubſtitutio de hoc caſu non loquitur. Oldrad. d. conſ. 21. in fin. uerſic. ſi autem. Ludouic. Gozadin. conſ. 21. Videtur dicendum, nu. 8. conſ. 29. Videtur prima facie, nu. 13. conſ. 59. Prima facie, in princip. Socin. Iun. conſ. 155.

licèt,

licèt, col.3. nu.14. verſic. Ad illud. lib.2.
Aym. Crauett. conſ.161. Verba ſubſtitu-
tionis.nu.16.Nec refert dicere teſtatorem
in mente hoc habuiſſe, cùm non ſufficiat,
28 niſi aliqualiter † diſpoſuerit: quod enim
non dicit, velle non præſumitur, l.quidam
cùm filium, l.quoties, §. tantundem, vbi
Bald.& Ioan.de Imol.ff.de hæredib. inſtit.
Bald.in l.vnic.ante nu.11.C.de his qui an-
te apert.tabul.quem ſequitur Socin. in d.
l.hæredes mei,§.cum ita,col.4.verſic. Ad-
uerte tamen ad Trebel.Dec.conſ.159.Ca
ſus,col.4.nu.5.& frequenter alibi.Iaſ.con
ſil.228.In iſto themate,col.4.in fin.verſic.
Secundo pro eadem parte.lib.2.

Praedictis tamen & alijs quæ in con-
trarium adduci poſſent non obſtantibus,
in propoſito themate oppoſitum eſt con-
cludendum, ſcilicet dictum Dom.Scipio-
nem Mormilem Iuniorem vigore ſubſtitu
tionis ex teſtamento dicti D. Lucæ Ioan-
nis,debere ad fideicommiſſum alijs exclu-
ſis admitti: & antequàm vlterius progre-
diar,conſiderandum eſt vt in themate,eun
dem teſtatorem voluiſſe fauere lineæ D.Ia
cobi Mormilis, ipſamque conſeruare in
ſuis deſcendẽtibus agnatis de eius domo,
& proinde inſtituto Ioanne Aloiſio Mor-
mili gradatim omnes alios filios ſubſtituiſ
ſe caſu quo decederent ſine filijs maſculis
legitimis & naturalibus,ad tollendumque
omne dubium ſubdidit, id eſt maſculis,
quam quidem maſculinitatis qualitatem
in omnibus octo gradibus ſubſtitutionum
repetijt, & adeò maſculos prædilexit vt de
ficiente linea maſculorum legitimorum
voluerit in eius bonis ſuccedere Ioan. An
nichinum filium naturalem ex D. Ioanne
Bernardino Mormili eius fratre, & deni-
que proximiorem agnatum, excluſiſſeque
proprias ſorores, illis particulariter non-
nulla relinquendo, necnon quaſcunque
detractiones prohibendo. Quæ omnia ten
dunt ad conſeruandam perpetuandam-
que propriam domum & familiam, ac bo-
na in ſua agnatione: & in primis quòd ex
qualitate maſculinitatis excluſioneque fę
29 minarum voluerit teſtator † agnationem
conſeruare, quàmuis rationem huiuſmo-
di conſeruationis non adiecerit, tradidit
Ioan. Andr.referens Iacobum de Beluiſio
in addit. ad Specul. in titu. de ſucceſſ. ab
inteſt.verſi.eſt ſciendum,idẽ Io.And.in di
ctis addit.referens Ricchardum de Malum
bris in rubr.de teſtam.ad fin.Cyn.& Saly.
in l.1. C. ad l. Iul. de adulter. Mattheſil.in
not.130. Nota vnum dictum, Alexan.in l.
venia,nu.6.verſic. Pro hoc etiam facit. C.
de in ius voc.Corn.conſ.224.Non ſequen
do ordinem,nu.8.uerſic.& inſuper, lib.2.
Dec.conſ.270.D.Raynaldus,nu.3.verſic.
Circa primam concluſionem.Curt.iun.cõ
ſil.154.Præſupponitur in facto,nu.11.ver
ſic.Tamen putaui ſemper. de communi at
teſtans, multoſque Doctores allegans, &
conſ.172.eiuſdem initij, nu.6.verſic.Mul-
to igitur fortius,& nu.7. Hieronym. Grat.
conſ 89. Circa teſtamentum.col.2.nu.1.
poſt Baldum & Angelum quos citat,lib.2.
Albenſ. conſ.87. Dicebam ſuperioribus
diebus, nu.14.verſic.Quarta ratio, & licèt
aliqui contradixerint, dicta nihilominus
opinio Iacobi de Beluiſio, & Richardi de
Malumbris verior eſt, & communior,
quam tenent etiam Ludouic.de Molin.in
tract.de Hiſpan.Primogen. lib.3. capit.5.
ſub nu.29.verſic.His autem non obſtanti-
bus.Pariſ.conſ.53.Dom.Hieronymus.nu-
me.26.lib.3. Carol. Ruin.conſ.150. Viſo
teſtamento Ser Michaelis.nu.12.lib.2. di-
cens eſſe communem ſententiam Moder-
norum,& de magis communi teſtatur Bar
tholom.Socin.in l.Gallus,§.nunc de lege,
col.fin. verſicu. Tamen non eſt recedẽ-
dum, ff. de liber.& poſthu. Præſertim ſi
30 ſæpius teſtator † qualitatem maſculinita
tis, vt hic, conſideraſſet, cum ex gemina-
tione enixa voluntas oſtendatur, iuxt.not.
in l.Baliſta, ff.ad Trebellian.Pariſ.conſ.5.
Viſo teſtamento, nu.20. verſic. Quæ gemi
natio, libro tertio. Thob. Non. conſ.33.
Gaſpar. nu. decimo. Per maſculos nan-
que ſecundum communiter accidentia, a-
31 gnationis memoriam † conſeruari intue-
mur, quod quilibet naturaliter expetit, l.
pronunciatio, §.familiæ. ff.de uerbo. ſign.
& l.liberorum, in fin. eodem titu. §.1. In-
ſtit.quib. mod. ius patr. poteſt. ſolui. non
autem per fęminas, per eas enim non per-
petuatur ſed finitur memoria agnationis,
dicta l.pronunciatio, §.fin.cum l.ſequent.
Bald.in l.quod verò, in princip.ff.de legib.
Soc.Sen.conſ.12.Præſens conſultatio,nu.
2. verſic. Sed placet, conſ.63. Viſis. co-
lum.decima.in princip. libro tertio. Go-
zadin. conſ. 79. Viſo proceſſu, nu. quar-
to. Roland. de Vall. conſ. 82. factum prę-
ſentis conſultationis, nu.decimoquinto.
libro tertio.

Non obſtat ſi diceretur, rationem con-
ſeruandi agnationem in legibus vel ſtatu-
tis militare, quæ à ratione regulantur, l.ſci
re oportet. §. ſufficit. ff. de excuſat. tuto.
& ideo tunc ratio regulat.l.quod dictum,

de pact. ſecus in ultima uoluntate, quæ ex
mero teſtatoris arbitrio metitur, quæ qui-
dem voluntas ex verbi colligi debet, l. nõ
aliter, ff. de legat. tertio. l. labeo. ff. de ſup-
pell. leg. potuit nanque teſtator alijs ex
cauſis moueri: Nam reſpondetur, teſtan-
32 tis etiam uoluntatem † à lege regulari, vt
conſtat ex not. per Bar. in d. l. hæredes mei,
§. cum ita, vbi late Alex. ff. ad Trebell. Bart.
in l. 1. C. de his quib. ut indign. in l. in co-
gnitione, ad Syllan. Alexand. conſ. 185.
Viſo titulo quæſtionis. colum. ſecunda. li-
bro ſecundo. & licèt alia interprætatio aſ-
ſignari poſſet, illa tamen magis vniuerſa-
lis eſſe uidetur, ſcilicet conſeruandi agna-
tionem, ergo illam ſequi debemus, vt in
regu. inſpicimus. de reg. iur. in 6. ita reſpon
det Socin. Sen. in l. Gallus. §. nunc de lege,
ante fin. verſic. vnde licet, ff. de lib. & poſt-
hum. quem ſequitur Hieronym. Grat. con
ſil. 120. Anno præterito, nu. 40. verſic. Ac-
cedit quoque. libro ſecundo. & ante eum.
Dec. conſ. 227. In caſu ad me tranſmiſſo,
nu. 8. verſic. & iſta quæ dicuntur. de inter-
prætatione ſtatuti. Cùm igitur appareat e-
uidenter teſtatorem vòluiſſe bona in fami-
lia conſeruare, & in linea Do. Iacobi Mor-
milis, & propter hoc vocaſſe vltimò proxi
miorẽ agnatum excludendo fœminas, iſta
ratio militat, eodemq́ue modo influit, ꝙ
dictus Dom. Scipio admittatur tanquàm
vocatus, & vti proximior agnatus de dicta
linea Iacobi, quam prædilexit, & tanquàm
poſitos in conditione, quæ poſitio prædile
33 ctionem † arguit, dicta l. Lucius Titius, 2.
in fin. de hæredib. inſtit. nam eſto quòd vo
catus non diceretur, vehementem tamen
coniecturam voluntatis teſtatoris haberet
quòd bona ſua ad nepotes & pronepotes
vbi nepotes non extarent deuenire volue-
rit, vt poſt Oldra. Sal. & Corn. tradit Celſ.
Hug. conſ. 5. In caſu propoſito, nu. 7. verſ.
& perſiſtendo, Steph. Bertr. conſ. 142. Ex
caſu, nu. 3. lib. 7. Io. Cepba. conſ. 306. Con
ſultatio frequens eſt, nu. 110. vſque ad nu.
112. lib. 3. conſ. 476. Inſignis Eques Dom.
Zilius, nu. octauo. lib. 4. Simon de Prætis
in tractat. de interpretat. vltim. volunt. li-
bro tertio. ſol. ſecunda. fol. 298. nu. 7. Fran
ciſc. Vegg. conſ. 74. In cauſa, nu. 146. 162.
& 177. licèt in propoſito themate, Dom.
Scipio poſitus in conditione dicatur voca
tus, vt ſtatim dicam ponderando coniectu
ras vocationis, vt ſimus non in caſu ſimpli
cis exiſtentię in conditione, ſed in vocatio-
ne, prout ex reſponſionibus ad contraria
liquidò conſtabit; cùmq́ue hæc ſit explora
ta voluntas teſtatoris, vtiq́ue attendi de-
bet, l. 3. C. de liber. præterit. l. in conditio-
nibus. in princ. ff. de conditio. & demonſt.
34 & præcipue † in fideicommiſſis, vt tex. di-
cit. in l. pen. ff. leg. 1. tacitaq́ue voluntas ſuf
ficit, quæ ex coniecturis colligatur, l. cum
proponebatur, in fin. l. qui ſolidum. §. 1. ff.
leg. 2. l. cùm auus, ff. de condit. & dem. l.
licèt Imperator, vbi Bart. de leg. 1. & iſtud
eſt quod dicitur, quòd in fideicõmiſſis po-
tius voluntas inſpicitur, quàm verba, l. cũ
virum, C. de fideicom. dicitq́ue Bald. in
l. fin. C. de impub. col. pen. quòd ex conie-
cturata mente teſtatoris recedimus à ui &
proprietate verborum, & not. Bart. in l. in
ambiguo, ff. de reb. dub. concluſioni etiam
huic, illationes quinque congruunt, quas
longa ſerie refert Iaſ. conſ. 66. Viſo teſta-
mento antedicto. col. 3. lib. 3. quibus licèt
reſpondere conetur, tamen reſponſiones
ut videre eſt, ipſas illationes non diluunt
neque abſtergunt: & prout Excellentiſſi-
mus Dom. Hippolytus Vannius eruditè ni
mis conſiderat, fideicommiſſum de quo a-
gitur imperſonaliter in rem ſcriptum eſſe
uidetur, cùm teſtator dixerit, In bonis & hę
reditate ſuccedat, & ſuccedere poſſit & de-
beat, quo caſu non eſt neceſſe, quòd ſucceſ
ſiuè ſubſtituti capiant bona de manu ulti-
mo loco decedentis, cùm fideicommiſ-
ſum afficiat rem ad quemcunque vadat,
quando primus hæres videtur rogatus de
reſtituendo poſt omnes, ut ultra Bald.
num. 67. & Saliycet. col. penultima. in 6.
quæſtio. in l. præcibus, C. de impube. tra-
dit Dec. conſ. 182. In caſu occurrenti, ſub
num. nono. verſicu. Sed hic non ſunt, Bar-
tol. in l. ſed & ſi ſic, nu. ſecundo. verſicu.
Aduerte, ff. de legat. tertio. in l. codicil-
lis, nu. quarto. ff. de vſufruct. legat. Ale-
xand. conſ. 13. Viſis & perlectis, col. pe-
nultima, nu. vndecimo. libro quarto. An-
dr. Alciat. conſ. 209. Talis eſt caſus, num.
octauo. libro nono. Nicol. Bellon. conſ.
81. ſuperioribus diebus, num. quinto. ver-
ſic. Tertius caſus. Pariſ. conſ. 42. Ad reſo-
lutionem, col. ſecunda. num. vndecimo.
vbi de communi, libro tertio. Carol. Rui.
conſ. 105. Viſo teſtamento Zenonis, nu. ſe
cundo. libro ſecundo. vbi dicit omnes cum
hac opinione ſentire, Bertrand. conſil. 22.
ex themate, nu. 55. in ſecunda part. libro
primo. Ioan. Maria Riminald. conſ. 326.
Viſo themate, nu. vigeſimoquinto. lib. ſe-
cundo. & ſæpè alibi.

Et quoniam veritas præſentis conſulta
tionis magis ex reſolutione obiectorum
pendet,

pendet, quàm ex rationibus quæ vlterius
poſſent afferri: Non obſtat igitur Primò de
ciſio maximi Iuriſcõſulti Oldradi de Lau
de, d. conſ. 21. Nam ab ea declinamus ex
35 præſumptionibus & coniecturis † quibus
colligeretur teſtatorem voluiſſe onus re-
ſtitutionis fideicommiſſi eſſe repetitum à
ſubſtitutis & uocatis in alios, ita conclu-
dunt Petr. de Anchar. conſ. 27. Non ſerua-
to ordine dubiorum, col. 8. in princ. verſic.
Poſtquàm igitur. Dec. conſ. 270. D. Ray-
naldus, in fin. verſic. Non obſtat quod ſub
ſtitutio, conſ. 477. Viſo conſilio, nu. 2. & in
fr. conſ. 480. In caſu qui contingit, num. 7.
Hieronym. Grat. conſ. 5. etſi hoc reſpon-
ſum, nu. 86. verſic. Imo limitatur, libro 2.
Port. conſ. 44. Quanquam putem. num. 4.
li. 1. conſ. 46. Decreuerã, nu. 26. & infr. eo.
vol. Didac. Couarr. in c. Raynaldus, nu. 3.
ante fin. verſic Quo in loco addit. extr. de
teſtam. Carol. Ruin. conſ. 158. Viſo teſta-
mento, nu. 14. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 121.
Præſupponitur in facto, nu. 15. in fin. Pariſ.
conſ. 66. Nobilis Syluester, nu. 58. libro 3.
conſ. 18. Conſideratis, nu. 38. li. 2. & ita cen
ſuiſſe Senatum Pedemontanum tradit Pręclariſſimus D. Antoninus Teſſaurus deciſ.
96. filij in conditione. nu. 34. Ioan. Cepha.
conſ. 529. Teſtator, nu. 35. lib. 4. Iacob. Me
nocch. conſ. 327. Cùm ex propoſito facti
ſerie, nu. 14. lib. 4. Riminal. Iun. conſ. 464.
In occurrenti caſu, nu. 20. lib. 4. rurſus Me
nocchius in tract. de præſumpt. part. 2. li-
bro 4. præſumpt. 69. nu. 8. verſic. Receditur
tamen. Franciſc. Marza. conſ. 4. Viſo & per
lecto. nu. 11. verſic. Quæ concluſio videtur
eſſe communis ſcribentium ſententia, quã
tenent etiam Anton. Gabriel. lib. 4. concl.
7. nu. 4. Michael Craſſus in §. fideicommiſ
ſum, q. 8. nu. 2. verſic. Sed contrariam par-
tem. Achyll. Perſonal. in tract. de adipiſc.
poſſ. ſub nu. 314. Io. Petr. Surd. conſ. 96.
Magnificus D. Dominicus, nu. 34. verſic.
Declinatur & ſextum.

Videndum nunc eſt, an aliqua conie-
ctura in propoſito adſit, ex qua poſſit di-
gnoſci fideicommiſſum non eſſe extinctũ
in perſona Cæſaris decedentis cum libe-
ris, qui ſine liberis mortui ſunt: & prima
certe illa videtur vrgens atque efficax, cùm
ex dictis ſubſtitutionibus conſtet teſtato-
36 rem voluiſſe eius bona in familia † & agna
tione conſeruari, vnde reſultat voluiſſe o-
nus reſtitutionis fideicommiſſi eſſe repeti-
tum à ſubſtitutis & vocatis in alios & dein
ceps, hancque concluſionem tenuerunt,
Paul. de Caſtr. conſ. 343. Quia ex allega-
